1584

[illegible]

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — A
21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ADRIANI MANGOTII GOUDANI SOC. JESU MONITA SACRA

EX

S. SCRIPTURA & SS. PATRIBUS

POTISSIMUM COLLECTA,

In celebri Academia Lovanienſi Sodalibus Deiparæ Virginis dicta, omnibus utiliſſima, & quatuor Tomis diſtincta.

Cum triplici Indice ad calcem Operis, ſeu in fine Tomi Quarti ſubjuncto.

I. Eſt propoſitorum ordine ſcripturarum digeſtus.

II. Eſt Dominicorum & feſtorum dierum totius anni, quibus hæc monita rectè à Concionatoribus dici poſſunt.

III. Eſt rerum & materiarum copioſiſſimus.

PARS PRIMA.

Bibliotheca S. Pantaleonis Scholarum Piarum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LUGDUNI,

Apud ANISSONIOS, JOAN. POSUEL, & CL. RIGAUD.

M. DC. LXXXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

ORATIO D. AVGVSTINI ad Deum.

CIrcuncide, Domine Deus meus, ab omni temeritate, ab omnique mendacio interiora & exteriora labia mea. Sint caſtæ deliciæ meæ, Scripturæ tuæ; nec fallar in eis, nec fallam ex eis. *Lib.* 11. *Confeſſ. cap.* 2.

Oratio S. Fulgentii ad Deum.

ROgo te, veritas Deus meus, ut quæcunque ſalubriter ſcienda neſcio, doceas me; in his quæ vera novi, cuſtodias me; in quibus ut homo fallor, corrigas me; in quibus veris titubo, confirmes me; & à falſis ac noxiis eripias me. *Lib.* 1. *ad Monimum, cap.* 4.

D. Proſper Sentent. 260.

BOnorum ingeniorum clara eſt indoles, in verbis differentium verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire quod volumus, non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt? quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt.

PRÆFA

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

DO in lucem, amice Lector, hæc ſacra Monita, tum ut quorundam, qui ad hoc me frequenter incitarunt, deſiderio ſatisfacerem; tum præcipuè, quòd Catholicæ Eccleſiæ periclitanti, pro meo modulo adeſſe ac opem ferre, eique non ſolùm voce & corde, ſed & litteris ſervire ac prodeſſe cuperem. Collegi autem ea potiſſimùm ex Scripturis & Patribus.

Ex Scripturis quidem, quòd, cùm infirmi eſſemus ad inveniendam liquida ratione veritatem, earum authoritate nobis eſſet opus, *uti ait D. Auguſt.* quibus etiam nullo modo tam excellentem Deus, qui earum author eſt, per omnes terras tribuiſſet authoritatem, niſi & per ipſas credi, & per ipſas quæri voluiſſet. *Quarum intelligentiam D. Baſil. & Gregor. Nazianzenus, non ex propria præſumptione, ſed ex majorum ſcriptis & authoritate ſequebantur, quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat, ut teſtatur Ruffinus. De quibus & D. Hieronym.* Nunquam, *inquit,* in Divinis voluminibus propriis viribus credidi, nec habui opinionem meam; ſed ea etiam, de quibus me ſcire arbitrabar, interrogare ſolitus ſum; quantò magis de ipſis, in quibus anceps eram?

Lib. 6. Confeſſ. c. 1.

Lib. 2. hiſt. cap. 9.

Epiſt. 108.

Ex Patribus verò, qui in Eccleſia Catholica doctrinæ ſanæ ſtudiis claruerunt, ſpiritalibus armis muniti & accincti, ſtrenua contra hæreticos bella geſſerunt, perfuncti fideliter ſuæ diſpenſationis laboribus, in pacis gremio dormierunt. In horum

ORATIO D. AVGVSTINI ad Deum.

CIrcuncide, Domine Deus meus, ab omni temeritate, ab omnique mendacio interiora & exteriora labia mea. Sint caſtæ deliciæ meæ, Scripturæ tuæ; nec fallar in eis, nec fallam ex eis. *Lib.* 11. *Confeſſ. cap.* 2.

Oratio S. Fulgentii ad Deum.

ROgo te, veritas Deus meus, ut quæcunque ſalubriter ſcienda neſcio, doceas me; in his quæ vera novi, cuſtodias me; in quibus ut homo fallor, corrigas me; in quibus veris titubo, confirmes me; & à falſis ac noxiis eripias me. *Lib.* 1. *ad Monimum, cap.* 4.

D. Proſper Sentent. 260.

BOnorum ingeniorum clara eſt indoles, in verbis differentium verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire quod volumus, non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt? quando nihil quærimus, niſi patere quod clauſum eſt.

PRÆFA

Digitized by Google

PRÆFATIO AD LECTOREM.

DO in lucem, amice Lector, hæc ſacra Monita, tum ut quorundam, qui ad hoc me frequenter incitarunt, deſiderio ſatisfacerem; tum præcipuè, quòd Catholicæ Eccleſiæ periclitanti, pro meo modulo adeſſe ac opem ferre, eique non ſolùm voce & corde, ſed & litteris ſervire ac prodeſſe cuperem. Collegi autem ea potiſſimùm ex Scripturis & Patribus.

Ex Scripturis quidem, quòd, cùm infirmi eſſemus ad inveniendam liquida ratione veritatem, earum authoritate nobis eſſet opus, *uti ait D. Auguſt.* quibus etiam nullo modo tam excellentem Deus, qui earum author eſt, per omnes terras tribuiſſet authoritatem, niſi & per ipſas credi, & per ipſas quæri voluiſſet. *Quarum intelligentiam D. Baſil. & Gregor. Nazianzenus, non ex propria præſumptione, ſed ex majorum ſcriptis & authoritate ſequebantur, quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulam ſuſcepiſſe conſtabat, ut teſtatur Ruffinus. De quibus & D. Hieronym.* Nunquam, *inquit,* in Divinis voluminibus propriis viribus credidi, nec habui opinionem meam; ſed ea etiam, de quibus me ſcire arbitrabar, interrogare ſolitus ſum; quantò magis de ipſis, in quibus anceps eram?

Lib. 6. Confeſſ. c. 1.

Lib. 2. hiſt. cap. 9.

Epiſt. 108.

Ex Patribus verò, qui in Eccleſia Catholica doctrinæ ſanæ ſtudiis claruerunt, ſpiritalibus armis muniti & accincti, ſtrenua contra hæreticos bella geſſerunt, perfuncti fideliter ſuæ diſpenſationis laboribus, in pacis gremio dormierunt. In horum

ego pacificum honorandumque conventum, *ut D.*
Lib. 1. cont. *Auguſtini verbis utar, te mi Lector*, introduco do-
Iul. cap. 4. cendum atque ſanandum. Qui quod in Eccleſia Catholica invenerunt, hoc tenuerunt; quod didicerunt, hoc docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. In eis timeas, non ipſos, ſed illum qui ſibi eos utilia vaſa formavit, & ſancta templa conſtruxit. *De quibus & S. Cyrillus*; Sanæ fidei ratio, *ait*, inſinuabitur rectè expoſcentibus veritatem, ſi Sanctorum libros legentes, magni eos momenti habere ſtudeamus, & probantes noſmetipſos, ſi ſimus in fide (ſecundùm quod ſcriptum eſt) illorum rectis & irreprehenſibilibus definitis, noſtros ſenſus benè atque optimè roboremus.

Ibid. c. 10.

In epiſt. cit. in 1. act. Synod. Chalced.

2. Cor. 13.

Lib. 3. hiſt. Trip. c. 19.

Prudenti certè conſilio uſus eſt Theodoſius Orthodoxus Imperator, qui non diſputationes hæreticorum audire cupivit, ſed hoc interrogavit eos, an ſuſciperent Magiſtros Eccleſiæ, qui ante diviſionis tempora extitiſſent? qua brevi quæſtiuncula planè eorum ora obſtruxit. Cujus prudentiam imitatus Marcianus Auguſtus Imperator, petivit in Concilio Chalcedonenſi, ſic fidem noſtram effulgere, quemadmodum Patrum declaravit doctrina. Sic & Agatho Pontifex Legatis ſuis quos miſerat ad ſextam Synodum mandavit, *ut duntaxat ex libris Sanctorum Patrum, quos Eccleſia Romana ſuſcipit, Imperatori Conſtantinopolitano ſatisfacere ſtuderent.* Gloriatur Leo magnus Papa, dicens; *Et nos, & beati Patres noſtri, quorum doctrinam & veneramur, & ſequimur, in unius fidei concordia ſumus. Habes paucis, mi Lector, conſilii mei rationem. Laborem boni conſule, ac in Domino Vale.*

In Conc. Chal. Act. 1

Epiſt. 33. ad Theodoſ. Imper.

INDEX

Digitized by Google

CONCIONES IN DOMINICAS

ET

FESTA TOTIUS ANNI,

PER MONITA DEDUCTÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
PROPOSITORUM
PRIMÆ PARTIS.

1. *Vigilate,quia neſcitis diem,neque horam. Matth.25.*
2. *Parate viam Domini. Matth.3.*
3. *Attendite à falſis Prophetis.Matth.7.*
4. *Veniunt ad vos in veſtimentis ovium &c. ibidem.*
5. *Non ignoramus cogitationes Sathanæ. 2.Cor.2.*
6. *Vix juſtus ſalvabitur. 1.Pet.4.*
7. *In Chriſto Ieſu valet fides, quæ per charitatem operatur. Galat. 5*
8. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. ibid.*
9. *Niſi efficiamini ſicut parvuli,non intrabitis in regnum cœlorum. Matth.18.*
10. *Patientia vobis neceſſaria eſt, ut reportetis promiſſionem. Hebr.10.*
11. *Reddite quæ ſunt Dei, Deo. Matth.22.*
12. *Non veni mittere pacem,ſed gladium Matth.10.*
13. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Joan. 14.*
14. *Militia eſt vita hominis ſuper terram. Job 7.*
15. *Beatus homo qui ſemper eſt pavidus.Prov.28.*
16. *Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. 1.Joan.3.*
17. *Filii tui ſicut novellæ olivarum, in circuitu menſæ tuæ. Pſal.127.*
18. *Domine, dic animæ meæ,Salus tua ego ſum. Pſal 34.*
19. *In omnibus ſumentes ſcutum fidei.Epheſ.6.*
20. *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt. Phil.3.*
21. *Charitas veſtra magis ac magis abundet, in omni ſcientia Philip.1.*
22. *Quid hic ſtatis tota die otioſi? Matth.20.*
23. *Voca operarios, & redde illis mercedem. ibid.*
24. *Per totam noctem laborantes,nihil cepimus. Luc.5.*
25. *Aliud cecidit in terram bonam. Luc. 8.*
26. *Bona eſt oratio cum Jejunio, & Eleemoſyna. Tob.4.*

Digitized by Google

27. *Omnis qui malè agit, odit lucem. Joan.3.*
28. *Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videam. Luc.18.*
29. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Matth.20.*
30. *Gloriamur in tribulationibus. Rom.5.*
31. *Separamini, exite de medio eorum. 2.Cor.6.*
32. *Perverſæ cogitationes ſeparant à Deo. Sap. 1.*
33. *Omnis qui petit, accipit. Matth. 7.*
34. *Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. 1.Cor.11.*
35. *Quid ad te? tu me ſequere. Joan.ult.*
36. *Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. Matth.5.*
37. *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, Ioan.8.*
38. *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem. Ioan.15.*
39. *Recumbe in noviſſimo loco. Luc.14.*
40. *Regnum Dei intra vos eſt, Luc.17.*
41. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. Matth.13.*
42. *Ut poſſitis comprehendere, quæ ſit latitudo, &c. Epheſ.3.*
43. *Alium paracletum dabit vobis. Ioan.14.*
44. *Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus. Ioan.10.*
45. *Ego ſum via, veritas & vita. Ioan.14.*
46. *Scrutemur vias noſtras. Thren.3.*
47. *Ite, oſtendite vos Sacerdotibus. Luc.17.*
48. *Sumus invicem membra. Epheſ 4.*
49. *Domine, bonum eſt nos hîc eſſe. Matth.17.*
50. *Si cognoviſſes & tu. Luc.19.*
51. *Tetigit eum, dicens; Volo, Mundare. Matth. 8.*
52. *Hoc eſt corpus meum. Matth.26.*
53. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat. 1. Cor. 11.*
54. *Dico vobis, quod nemo virorum illorum guſtabit cœnam meam. Luc.14.*
55. *Statutum eſt hominibus ſemel mori. Hebr.9.*
56. *Mors peccatorum peſſima. Pſal.31.*
57. *Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. 2. Machab.12.*
58. *Nimis honorificati ſunt amici tui Deus. Pſal.138.*
59. *Exemplum accipite, fratres, laboris & patientiæ, Prophetas. Iacobi 5.*
60. *Ecce, venio citò, & merces mea mecum eſt. Apoc.ult.*
61. *Non habebis Deos alienos coram me. Exod. 20.*
62. *Pater peccavi in cœlum & coram te. Luc. 15.*

Digitized by Google

63. *Pietas ad omnia utilis eſt.* 1. *Timoth.* 4.
64. *Non quod intrat in os coinquinat hominem. Matth.* 15.
65. *Memor eſto unde excideris, & age pœnitentiam. Apoc.* 2.
66. *Peccatum meum contra me eſt ſemper. Pſalm.* 50.
67. *Aſcendit mors per feneſtras. Ierem.* 9.
68. *Redde rationem villicationis tuæ. Luc.* 16.
69. *Domine ſalva nos, perimus. Matth.* 8.
70. *Deus propitius eſto mihi peccatori. Luc.* 18.
71. *Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? Luc.* 10.
72. *Ecce ego ipſe requiram oves meas. Ezech.* 34.
73. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Matth.* 11.
74. *Per unum hominem peccatum intravit in mundum. Rom.* 5.
75. *Beati mundo corde. Matth.* 5.
76. *Laudabuntur omnes recti corde. Pſalm.* 63.
77. *Dives induebatur purpura & byſſo, &c. Luc.* 16.
78. *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chri-ſto.* 2. *Cor.* 11.
79. *Quis aſcendet in montem Domini? Pſal.* 23.
80. *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Matt.* 11.
81. *Fides tua te ſalvam fecit. Luc.* 7.
82. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? &c. Pſal.* 54.
83. *Violenti rapiunt regnum cœlorum. Matth.* 33.
84. *Accedite ad eum, & illuminamini. Pſal.* 33.
85. *Attende tibi, & doctrinæ.* 1. *Timoth.* 4.
86. *Docentes eos ſervare omnia, &c. Matth. ultimo.*
87. *Cùm dormirent homines, venit inimicus, &c. Matth.* 13.
88. *Eſcam dedit timentibus ſe. Pſal.* 110.
89. *Erat pernoctans in oratione Dei. Luc.* 6.
90. *Vocavit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim, &c. Luc.* 6.
91. *Conſolatus eſt lugentes in Sion. Eccleſ.* 48.
92. *Mortificate concupiſcentiam malam. Coloſſ.* 3.
93. *Niſi granum frumenti cadens in terram, &c. Ioan.* 12.
94. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Ioan.* 12.
95. *Spiritus ſanctus arguet mundum, &c. Ioan.* 16.
96. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Luc.* 16.
97. *Laxate retia veſtra in capturam piſcium, Luc.* 5.
98. *Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis.* 1. *Tim.* 3.
99. *Vinea Domini domus Iſraël eſt. Iſaiæ* 5.
100. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Luc.* 10.
101. *Grave jugum ſuper filios Adam. Eccleſ.* 40.
102. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire. Matth.* 6.

103. *Erit tanquam lignum quod plantatum eſt, &c.Pſal.1.*
104. *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Matth.16.*
105. *Quærite primùm regnum Dei,& juſtitiam ejus.Matth.6.*
106. *Appropinquate Deo. Iacobi 4.*
107. *Vos eſtis Templum Dei vivi.2. Cor.6.*
108. *In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Ioan.14.*
109. *Nonne oportuit Chriſtum pati, & ita intrare. Luc.24.*
110. *Diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Ioan 15.*
111. *Conſideravi opera tua & expavi. Abac.3.*
112. *Omnes reſurgemus. 1. Cor.15.*
113. *Vade in domum tuam. Matth. 9.*
114. *Videns fidem illorum, dixit paralytico &c.Matth.9.*
115. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. Ioan.14.*
116. *Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. 1. Cor.13.*
117. *Charitas omnia ſuffert omnia credit, &c. 1. Cor.13.*
118. *Beati pauperes ſpiritu, &c. Matth.5.*
119. *Beati miſericordes, &c. ibid.*
120. *Separabit oves ab hœdis. Matth 25.*

Digitized by Google

FRANCISCUS FLE-
rontinus Societ. Ieſu per Bel-
gium Præpoſitus Provincialis.

IUxta Privilegium à Sereniſſimis Principibus nobis conceſſum, poteſtatem facio imprimendi *Monita Sacra* ex Scriptura & Patribus collecta per P. Adrianum Mangotium Goudanum, Societatis noſtræ Sacerdotem; & ejuſdem Privilegii tenore caveo, ne alius imprimat, aut alibi impreſſa in Belgio vendat. In cujus fidem has manu noſtra ſubſignavi, & noſtri officii ſigillo munivi. Antuerpiæ Anno 1612. 8. Febr.

Franciſcus Flerentinus.

CENSURA.

EGo infraſcriptus S. Theol. Licent. Canonicus, & Cenſor Antuerpienſis, hæc *Monita Sacra*, è Scripturarum, Sanctorumque Patrum viridariis velut floſculi quidam, decerpta ſtudiosè evolvi: eáque nihil præter eximiam tum pietatem, tum eruditionem ſpirare reperi. Quocirca digna ea cenſeo, quæ meritò, & Parthenio Sodalitio

litio conſecrentur, & typis expreſſa divulgentur. Actum Antuerpiæ in Seminario Epiſcopali, 8. April. 1610.

LAURENTIUS BEYERLINCK.

Vivere poſt mortem vatem vis noſſe viator?
Quod legis, ecce loquor: vox tua, nempe mea eſt.

HÆc prima pars monitorum ſacrorum R. P. Adriani Mangotii Societ. Jeſu Theologi, quibuſdam ſententiis, ſcripturarum potiſſimum, & Patrum aucta, utiliter admodum recudetur. Quod cenſeo. 21. Octob. anno 1615.

Egbertus Spitholdius S. T. L. Canonicus Plebanus Antuerpienſis librorum Cenſor.

SUMMA PRIVILEGII.

AUctoritate Regia ſancitum eſt, ne quis *R. P. Mangotii Monita Sacra & Mariale*, intra decem annos à prima editione numerandos imprimat, aut alibi impreſſa, in hoc regno divendat, præter ANISSON, Poſuel, & RIGAUD Bibliopolas Lugdunenſes; ſi ſecus faxit, librorum confiſcatione, aliiſque pœnis Regio diplomate declaratis mulctabitur. Datum Pariſiis die 26. Septembris 1682.

De Mandato Regis, ſignatum

JUNQUIERES.

Hæc prima editio abſoluta fuit die vigeſima Octobris 1683.

ADRIA

Digitized by Google

[§]

ADRIANI MANGOTII

MONITA SACRA,

EX S. SCRIPTURA ET SS. PATRIBUS POTISSIMUM COLLECTA.

MONITUM PRIMUM.

Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. Matth. 25.

SVNT, inquit D. Ambroſ. *qui propoſita ſpe agendæ pœnitentiæ, licentiam ſibi delinquendi propagatam putant; cùm Pœnitentia peccati ſit remedium, non peccandi incentivum. Vulneri enim medicamentum neceſſarium eſt, non vulnus medicamento; quia propter vulnus medicamentum quæritur, non propter medicamentum vulnus deſideratur.* Sunt præterea, qui ſeculi aut peccatorum ſarcina, ut ſomno aſſolent, dulciter premuntur; & ſi interdũ bonas cogitationes habeant, ſunt ſimiles conatibus expergiſci volentium, qui tamen ſuperati ſoporis altitudine, remerguntur. His duplici opus eſt cõſideratione, ut citò pœnitentiam agant, & vitam in melius commutent. Lib. 2. de Pœn. ca. 9. Vide Aug. lib. 8. Conf. cap. 5.

Prior conſideratio eſt, ut diligenter ſecum cogitent, hujus vitæ tempus incertum: & an Deus dabit dormienti, ac differenti, ſpacium pœnitendi & vitam corrigendi. *Quis enim tam ſtultus, eſt,* inquit Cicero, *quamvis ſit adoleſcens, cui ſit exploratũ* De ſenect.

Ser. 5. de je. ju. 7. menſ. *ſe ad veſperam eſſe victurum!* *Hæc*, inquit D. Leo, *ſollicitiſſima meditatio debet eſſe ſapientis, ut quoniam breves dies iſtius vitæ, & incerta ſunt ſpatia, nunquam ſit mors morituro improviſa; nec in inordinatum incidat finem, qui ſe novit eſſe mortalem.*

Horat. in epiſt. *Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum*, ait Poëta: & reprehendit Iacobus Apoſtolus eos qui præſumentes dicunt, Hodie aut cras facie-

Iacob. 4. mus illud aut illud. *Qui ignoratis*, inquit, *quid erit in craſtino. Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Non cau-*

In pſal. 38. *tionẽ tibi fecit Deus*, ait Aug. *& placito quodã ſe obſtrinxit, & conductor domus acceſſiſti certa penſione ad certũ tẽpus; quando vult dominus eius, migraturus es, gratis manes. Quoniã autẽ dicturus eſt dominus domus, Migra, & quãdo dicturus eſt neſcis, paratus eſto.*

Infidelis illa fiducia qua quis ſibi longiorem ſemper vitam promittit: magnus eſt laqueus Diaboli, quo multos cepit & perdidit. Quotidiana ſunt exempla ſubitò morientium, etiam in ipſo ætatis flore. *Nec ulla eſt ratio conquerẽdi de imma-*

Lib. 2. de voc. gent. c. 21. & 22. *turitate mortis*, inquit D. Proſp. *cùm ſemel in naturam noſtram per peccatum ingreſſa mortalitas, obnoxium ſibi omnem vitæ noſtræ fecerit diem.* Dicit malus ſervus in Evang. *Moram facit Dominus meus*

Matth. 24. *venire*, indéque occaſionem ſumit comeſſandi & bibendi cum ebrioſis, & percutiendi conſervos ſuos: ſed quid de eo Dominus: *Veniet Dominus ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: & dividet eum partẽque ejus ponet cum hypocritis.* Et

Luc. 12. Diviti illi, qui dicebat animæ ſuæ; *Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare*; dictum eſt à Deo, *Stulte hac nocte*

animam

Digitized by Google

animã tuã repetunt à te; quæ autẽ paraſti, cuius erũt. Li.4. c.49.

Narrat D. Gregor. in Dial. de quodam, cui ſomnium immiſerat Diabolus, quòd diu viveret; quo ille confiſus, cœpit colligere pecunias; vix dum cœperat, ſubitò extinctus eſt. Item de alio, qui ſeptimo die poſt patratum grave ſcelus, jam ſecurus de impunitate, quaſi aut Deus non vidiſſet, aut non curaret humana, ſubitò corruit exanimis. Habet & V. Beda duo exempla eorum, qui de vitæ emendatione ſæpè moniti, cùm ſemper differrent, tandem conſcientia ſcelerum ad deſperationem adacti, miſerrimé perierunt. *Quæ exempla,* ſubdit Beda, *multos ad agendam & non differendam ſcelerum ſuorum pœnitudinem provocarunt. Quod utinam,* inquit, *ex hinc noſtrarum etiam fiat lectione literarum.* Lib.5. hiſt. Angl. c.14. & 15.

Pulchrè D. Gregor. Nazianz. *Quod ſi,* ait, *hodiernum diem ſemper præteriens ſalutem in futurum rejicias, tacitis nimirum dilationibus à peſtifero ſpiritu deceptus, ut illius conſuetudo fert, dicẽtis, Da mihi id quod nunc fluit temporis, futurum Deo; mihi ætatis florem, Deo ſenectutem: mihi voluptates, Deo corpus effœtum, nulliſque uſibus aptum, quanto miſer in periculo verſaberis? quot quantique inopinati rerũ caſus te abripient? Remedia ergo converſionis ad Deũ,* monet S. Aug. *nullis ſunt cunctationibus differẽda, ne tẽpus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitẽti promiſit indulgentiam, diſſimulanti diem craſtinum non ſpopondit.* Unde & ſapiens: *Non tardes converti ad Dominũ, neque differas de die in diẽ: ſubitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ, diſperdet te.* Oratio. in S. Batiſ. Sent. 71. apud Proſp. Ecclef. 5.

Poſterior conſideratio eſt, quod etſi certus eſſet homo de longiore vita, de pœnitendi ſpatio,

incertus tamen eſt de Pœnitentiæ dono. Eſt enim Pœnitentia, ac vitæ emendatio Dei donum quod non omnibus datur. *Dixi, nunc cœpi*, ait David: *hæc mutatio dextræ Excelſi. Ignoras*, inquit Apoſtolus, *quoniam benignitas Dei ad pœnitẽtiam te adducit?* & ad Timoth. *Ne quando det illis Deus pœnitentiam, ut reſipiſcant à diaboli laqueis.* Et diſcipuli audita Gentium converſione: *Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad ſalutem. Quantumlibet enim præbeat patientiam, niſi ipſe dederit quis agit pœnitentiam?* inquit S. Auguſt.

Pſal 76. Rom. 2. 2. Tim. 2. Act. 11. lib. 5. in Iulia. cap. 3.

Videmus frequenter impios uſque ad extremam ſenectutem vivere; Habent illi tempus pœnitendi, donum non habent. Rectè quidam ſapiens; *Longa vita non ſemper emendat, ſed ſæpe culpam magis auget. Diu vivere & vitam non emendare, eſt pœnam accumulare.* Et tales ſenes qui ex lõgiori vita non emendantur, hinc abeunt *magis onuſti faſcibus peccatorum*, inquit D. Hier. *Fruſtra concedis corrigendi ſpatium*, ait D. Bernard. Domino, *niſi etiam dederis correctionis donum.* Hinc etiã ſollicitè orat Eccleſia; *Dans tempus acceptabile, & pœnitens cor tribue, convertat ut benignitas, quos longa ſuffert pietas.* Et in Litaniis; *Vt nos ad veram pœnitentiam perducere digneris, te rogamus audi nos.* Pulchrè D. Chryſ. *Multis, inquis, Deus dedit privilegium, ut in ultima ſenecta confiterentur. Quid enim? Nunquid & tibi dabitur? Fortaſſe dabit, inquis. Cur dicis, fortaſſe? Contigit aliquoties. Cogita, quòd de anima deliberas; proinde etiam de contrario cogita, & dic; Quid autem ſi non det? Quid autem ſi det, inquis, Dat quidem ipſe, verumtamen, hoc illo certius & utilius.* Ita Chryſoſt.

Tho Kẽp. lib 1. c. 23. de Imit. & in Soliloq. cap. 6. in Epiſt. ad Heliod. In Meditationib. Ambroſ. in hymno. Quadrag. Hom. 22. in 2. ad Corinth. 10.

Non eſt in hominis præjudicio pœnitere quã-

Digitized by Google

do voluerit, ſed in Dei arbitrio hoc dare, quando voluerit. Ita enim D. Cypr. de Lapſ. *Nō omne quod petitur in præjudicio petentis, ſed in dantis arbitrio eſt.* Quò autem magis differt homo hoc donum à Deo petere, & adjicit peccatum ſuper peccatū, eò magis veriſimile quòd non dabit; quod ita agendo paulatim magis magíſque ſe à Deo diviniſque rebus alienat, fit ſervus peccati, *& ex mala conſuetudine venit in quandam neceſſitatem peccandi:* contrahit etiam miſerabilem quandam mentis cœcitatem, qua peccatum non videtur, vel non æſtimatur. Quomodo ergo agi poterit vera Pœnitentia? Séque in dies magis indignum reddit Dei gratiis & beneficiis accipiendis. Aug. lib. 8. Conf. c. 5.

Denique ipſe Deus, iis qui in tempore emendationem ac ſalutem ſuam negligunt, ad quam variis modis eos vocare dignatur, deſertionē atque interitum poſteà minatur; dicens apud Sapientem; *Vocavi, & renuiſtis; extendi manus meas, & non fuit qui aſpiceret; deſpexiſtis omne cōſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo; & ſubsānabo, cùm vobis, id quod timebatis, advenerit.* D. Greg. in Paſtor. docet admonendos eſſe ſanos, *ut ſalutem corporis exerceant ad ſalutem mentis; Primò, ne, ſi acceptæ incolumitatis gratiam ad uſum nequitiæ inclinant, dono deteriores ſiāt, ut eò poſtmodum graviora ſupplicia mereantur, quò nunc largioribus bonis Dei malè uti non metuunt; ſecundò, ne placere Deo, ſi cùm poſſint, noluerint; cùm voluerint, ſerò non poſſint. Hinc eſt enim quòd eos ſapientia deſerit, quos priùs diutiùs renuētes vocavit, dicens, Vocavi, & renuiſtis, extendi manum, &c.* Prov. 1. Part. 3. admo. 13.

Nemo, inquit D. Leo, *patientiam bonitatis Dei de* Ser. 5. de Quadr.

peccatorum ſuorum impunitate contemnat; nec ideo illum æſtimet non offenſum, quia necdum expertus eſt iratum. Non ſunt longa vita mortalis induciæ, nec diuturna eſt licētia inſipientium voluptatum, in æternarum dolorem tranſitura pœnarum; ſi dum iuſtitiæ ſententia ſuſpenditur, Pœnitentiæ medicina non quæratur. Et alibi: *Abutuntur quidam patientia Dei, & qui non ſunt in conſcientia liberi, fiunt de longa impunitate ſecuri, cum ideo differatur ultio, ut tempus poſſit habere correctio. Miſericordiā igitur Dei noſtri, quæ non vult mortem peccatoris, ſed tantum ut convertatur & vivat, non ideo quiſquam tardet amplecti, quia quod meruit non recepit. Neque enim quicquid differtur, aufertur, aut condemnationem evaſit, qui indulgentiam non quæſivit.*

Ser. 12. de Quadr.

Ezech. 18. & 33.

Et rurſum: *Inter hæc autē permanet ſuper omnes benignitas Dei, & nulli miſericordiam ſuam denegat cùm indiſcretè univerſis bona multa largiatur, eoſque quos meritò ſubderet pœnis, mavult invitare beneficiis. Dilatio enim vindictæ, dat locū pœnitentiæ. Nec tamen dici poteſt nulla eſſe ibi ultio, ubi nulla cōverſio èſt: quia mēs dura & ingrata jam ſibi ipſa ſupplicium eſt, & in conſcientia ſua patitur quicquid Dei bonitate differtur. Non ita igitur delinquētes peccata delectent, vt illos in ſuis actibus vitæ huius finis inueniat. Quoniam in inferno nulla eſt correctio, nec datur remedium ſatisfactionis, ubi iam non ſupereſt actio voluntatis, dicente Propheta David: Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Dicit Chriſtus in Evang. *Vt ſciatis filium hominis habere poteſtatem dimittendi peccata hominibus in terra*, videlicet exiſtentibus; quemadmodum Marcus huic lectioni patrocinari videtur; ut in terra, jungatur nō, filio hominis, ſed

Serm. 5. de Epiphan.

Pſal. 6.

Matth. 9. Marc. 2.

Digitized by Google

hominibus. Siquidem non dimittit peccata mortalia hominibus niſi in terra exiſtentibus, ut doctè notat Theophy. *Quandiu*, inquit, *ſuper terram ſumus, poterimus delere peccata noſtra, at poſtquam è terra migraverimus, non ultra poterimus nobiſipſis per confeſſionem peccata delere: clauſa enim eſt janua. Multum utile ac neceſſarium eſt*, inquit S. Leo, *ut peccatorum reatus, ante ultimum diẽ Sacerdotali ſupplicatione ſolvatur. Quod antẽ manens in corpore non recepit, conſequi exutus corpore non poterit.* In hunc locum. Matth. 25. Epiſt 91.

MONITUM II.

Parate viam Domini.

Matth. 3.

VOx iſta clamantis in deſerto, *Parate viam Domini*, exhortatio eſt ad Pœnitentiã, à qua prædicationem ſuam exorſus eſt Præcurſor Domini. Hæc eſt enim via Domini, qua videlicet nos ad illum imus, & qua ille ad nos venit. *Convertimini ad me*, inquit, *& ego convertar ad vos Occurrunt ſibi mutuo in oſculo ſancto, Deus & pœnitens anima.* Prima hominis inſtitutio eſt, eſſe cum Deo, cum illo ambulare, illi adhærere, illo frui. *Domine*, inquit S. Aug. *Feciſti nos ad te*, non ad creaturas, quæ etſi bonæ ſint valde, Deus tamen bonum eſt hominis, non ipſæ. *Feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. Atque in eo*, ait idem Auguſt. *oſtendit Deus, quàm magnam fecerit creaturam rationalem, cui nullo modo ſufficit ad beatam requiem, quicquid illo minus eſt.* Si hæc eſt prima hominis inſtitutio, quid ergo eſt quod hominem à Deo ſeparat? Zach. 1. Kemp. li. 3. cap 57. Lib 1. Conf. cap. 1. Ibid. lib. 13. cap. 8.

Non cogitet homo, quod à Deo remotus vel ſejunctus ſit, vel Deus ab ipſo, quando incidit in tribulationem, quando bonis exuitur, amittit famam, perdit amicos, quando morbis vel aliis malis affligitur. In eo errore erat Gedeon, cui cùm dixiſſet Angelus, *Dominus tecum, virorum fortiſſimè*: reſpondit: *Si Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia?* (graviter enim tunc opprimebatur Iſraël à Madianitis) quaſi dicat, non incidiſſemus in hæc mala, ſi Dñus nobiſcū eſſet; ſed fallebatur. *Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles*, dicebat Iudith conſolans populum Et Angelus ad Tobiam, poſt tot præclara opera adhuc cœcitate percuſsū: *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tẽtatio probaret te.* Et ipſe Dominus apud Pſalmiſtam; de homine juſto? *Cum ipſo ſum in tribulatione*: Cujus conſideratione ait D. Bern. *Deus nobiſcum eſt in tribulatione: Et ego aliud quæram quam tribulationem?* Et D. Greg. ita Dominum precatur, *Da mihi ſemper aliquam tribulationem, ut poſſis ſemper mecum eſſe.*

Iudic. 6. Iudith. 8. Tob. 12. Pſal. 90. Bernard. in illum Pſ. ſer. 17.

Quid ergo hominem à Deo ſeparat? Sola peccata, inquit D. Aug. ſeparant inter Deum & hominem. Clamat Iſaias Propheta, *Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos & Deū veſtrum.* Unde & Scriptura peccatum vocat, *medium parietem & murum*, inter Deum & homines dividentem. Et rurſum Aug. *Non niſi peccatis homines ſeparantur à Deo, quorum in hac vita non fit noſtra virtute, ſed divina miſeratione purgatio.* Si ergo prima hominis inſtitutio eſt eſſe cum Deo, & non ſeparat à Deo, niſi Peccatum, omnis cura & opera Chriſtiani hominis in eo collocari debet, ut peccatum, quan

De peccat. merit. li. 1. cap. 24. Iſai. c. 59. Pſal. 17. Epheſ. 2. Aug. li. 10. cap. 12. de Civi. Dei.

tum

Digitized by Google

tum fieri poteſt, deleatur. *Hic eſt omnis fructus*, inquit Iſaias, *ut auferatur iniquitas*. Optimum autem remedium auferendi iniquitatem eſt Pœnitentia, *quæ* ut Hier. ait in Epitap. Fabiolæ, *Dei ad ſe trahit oculos*: ad quam ſedulò nos hortatur Ioannes Baptiſta, Chriſtus Dñs, ipſi Apoſtoli, quibus præcepit Dominus, prædicare hominibus pœnitentiam. Horum omnium prædicatio cœpit à pœnitentia, uti ex Scripturis clariſſimum eſt. Hæc eſt enim via qua ad Deum itur. *Non opus eſt*, ait D. Bern. *ut ad Deum venias, montes tranſcendere, tranſnatare maria &c.* duobus ſolùm paſſibus opus. Oportet enim progredi *uſque ad cordis compunctionẽ*, ab hac *uſque ad oris confeſſionem*, quæ ſunt duæ pœnitentiæ partes: Hæc eſt via ad Dominum: ambulare in ea.

Iſai. 27.
Matth. 3.
Matth. 4.
Luc. 24.
Act. 12.
Ser. 1. de advent.

Vt autem ad contritionem ſeu compunctionem veniat peccator, diligenter ſecum expendat gravitatem peccati. Primò quidem ex Dei judiciis in Luciferum & angelos ejus, quos ob unum peccatum ſuperbiæ è cœlo exturbavit, æterniſque ignis ſuppliciis ſine ulla ſpe liberationis addixit; & in primos parentes, quos ob unum inobedientiæ peccatum, è Paradiſo voluptatis loco, ejecit, & cùm omni poſteritate ad hujus & alterius vitæ miſerias graves & innumerabiles, ad corporis & animæ mortem æternam condemnavit, niſi miſericordia ſuccurrat. Deinde eandem gravitatem conſideret ex punitione cuilibet peccato mortali debita, quo perditur Dei amicitia & gratia, incurritur ejus ira & indignatio; filius Dei fit ſervus & mancipium Diaboli; amittit æternæ beatitudinis regnum, ad quod creatus eſt, & ad nunquam finiendos inferni cruciatus damnatur;

Geneſ. 3.
Rom. 6.

Digitized by Google

Iſai. 53. ſi in eo ſine pœnitentia diſcedat. Tertiò, conſideret vulneris gravitatem ex difficultate remedij: quia ex ſanguine filij Dei, & tormentis grauiſſimis, ac demum ex morte eius acerbiſſima medicina ad id ſanandum confici debuit. *Ex conſideratione remedij*, inquit D. Bernard. *periculi mei æſtimo quantitatem.* Ser. 3. in Nat.

Vt etiam ad oris confeſſionem peccator veniat, cogitet non eſſe alioqui ſpem remiſſionis conſequendæ, niſi Sacerdoti, qui ejus Iudex ac ſpiritualis medicus à Deo conſtitutus eſt, peccatum ſuum in confeſſione aperiat. Non poteſt Iudex ferre ſententiam, niſi cauſa cognita; *& quod medicina ignorat, non curat*, inquit D. Hieron. Aperiendus eſt ergo morbus & delictum, expuendum eſt peccati venenum per rectam & plenam confeſſionem: *Virus enim peccati ſalubriter aperitur in confeſſione*, ait D. Greg. *quod peſtiferè latebat in mente.* Sed quidam timore prohibentur, quibus ita D. Aug. *Quid times confiteri? Si non confeſſus lates, non confeſſus damnaberis. Times confiteri, qui non confitendo eſſe non potes occultus? Damnaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus.* Alii prohibentur pudore, quibus idem Aug. *De vulnere ipſo non erubeſcis; de ligatura vulneris erubeſcis? Non pudet ſordes contrahere & pudet abſtergere? Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus*, inquit David. Vbi D. Aug. *præcedit confeſſio, ſequitur pulchritudo. Vis eſſe pulcher? confitere fœdus eras, confitere ut pulcher ſis; peccator eras, confitere ut ſis juſtus. Vome mala, quæ avidè voraſti, & vide ne redeas ad vomitum.* Debet autẽ eſſe vera & ſincera confeſſio; cur enim idem non audire meruit Saul correptus per Samuelem quod David correptus

[Marginal notes: In cap. 10. Eccleſ. — Homil. 40. — In Pſal. 66 — In Pſal. 50 — Bernar. in Cant. — Pſal. 95. & ibi Aug. — 1. Reg. 15. — 2. Reg. 12.]

ptus per Nathan, cùm & ipſe diceret, Peccavi: *Nũ perſonarum acceptio eſt apud Deum? abſit. Sed in ſimili voce*, inquit S. Aug. *quam ſenſus humanus audiebat, diſſimile pectus erat, quod divinus oculus diſcernebat*, vide contra Fauſt. lib. 22. cap. 67. Habet ibi de confeſſione Petri & dæmonum, *Tu es filius Dei*: quæ eadem voce, ſed non corde.

Diabolus ſciens utilitatem, imò neceſſitatem Pœnitentiæ, Compunctionis cordis, & oris Confeſſionis, ſciens hominem ad peccata eſſe proclivem, ſæpe & graviter peccare; reliquum tamen illi eſſe ſolatium ac remedium in prædictis, utrũque illi per ſuos miniſtros Hæreticos, auferre conatur. Clamant enim ipſam Contritionem & dolorẽ cordis tenebras eſſe ac peccata, ſola fide hominem juſtificari, Confeſſionem peccatorum planè eſſe impoſſibilem, carnificinam conſcientiarum, inventum humanum. Quibus rectè dicitur, quod olim Manichœus dixit D. Aug *Inſani adverſus antidotum, quo ſani eſſe poterant. Pœnitentiã vel errando neſciunt eſſe ſaluberrimam, vel oderunt ægrotando medicinam.* Et illud poëtæ Chriſtiani. Li. 9. Conf. cap. 4.

Qui ſcelerum vobis virus letale propinat,
Ille ſalutiferum ſurripit antidotum. Fruſius in Epigram.

Docet D. Cyprianus duplex eſſe genus perſecutionis ſeu tentationis diabolicæ: primum impellit ad culpã: hoc enim agit Diabolus indefeſſus ac pervigil, ut homines ad peccata pertrahat, ſive ſuperbiam, ſive luxuriam, ſive odium, ſive injuſtitiam, ſive ad aliud aliquod peccatum in erroribus, & cupiditatibus pravis: perinde enim eſt ei, modo ſuus fias. Lutheranus ſit, inquit Diabolus, meus eſt; Calviniſta ſit, meus eſt; Mennoniſta ſit, Tract. de Lapſ. Ierem. 17. Vide Aug.

de Civit. li.18.c.41. ſit,meus eſt. Sit ebrioſus, meus eſt;ſit luxurioſus, meus eſt:ſit injuſtus,meus eſt. Hinc dicitur,*facere* De paſto- *divitias non in judicio.* Non enim ad eum pertirib. c.11. net,quis iſto aut illo modo peccet,aut erret;modo per aliquod peccatum aut errorem in ipſius venias poteſtatem. Alterum genus tentationis excludit à Pœnitentia; quod variis modis efficere conatur, vel nimis alleviando peccata,vel nimis aggravando, incutiendo timorem aut pudorem, vel ſolam fidem jactando,&c. Et poſterior perſecutio ſeu tentatio priore gravior eſt.Unde ibidem De lapſ. D.Cypr. *Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce maiora delicta; peccaſſe,nec ſatisfacere;delinquere, nec delicta deflere.*

2.Cor.2. Chriſtianus ergo, *qui non ignorat cogitationes Satanæ*, id eſt, ſtudia & conatus ejus, ante omnia laboret oportet,ut primum genus tentationis ſuperet, id eſt, non conſentiat Diabolo in aliquo peccato.Si fortè ex infirmitate aut alia cauſa contingat illum cadere, ſtatim ad pœnitentiæ remedia recurrat.Sic agat in ſalute animæ,ſicut corporis. Primò enim homo valetudinem ſuam curat diligenter:ſi ea lædatur aut perdatur, modis omnibus laborat,ut recuperet.Sic agat in ſalute animæ: tueatur eam diligenter, ſi fortè lædatur aut amittatur, det operam ut ſtatim ſibi reſtituatur. Alioqui audiet illud poëtæ gentilis:

Horat. *Quæ lædunt oculos,feſtinas demere,ſi quod*
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Rectè D.Auguſt. *Prima ſalus declinare culpam.* Sent 200. apud Proſ. *Secunda ſalus, non deſperare de venia:nam ipſe ſe in æternum perimit,qui apud miſericordem Iudicem* Li.1.ep.11. *ad Pœnitentiæ remedia nō recurrit.*Et D.Cypr.*Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere:ſecundus,*

delicta cognoſcere, & deflere. illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela, quæ ſanet.

MONITUM III.

Attendite à falſis Prophetis. Matth. 7.

A*Rcta & ardua eſt via, quæ ducit ad vitam*, nō tantum propter certamen contra pravas concupiſcentias malorum morum, ſed etiam præcipuè propter fidem cuſtodiendam, inter varias hæreſeon oppugnationes, ſicut D. Leo explicat dicens: *Ratio divini conſilij ſapientibus mundi patere non poteſt, niſi humanæ ignorantiæ tenebras Lux vera diſcuſſerit. Non enim in ſolo opere virtutum, aut in ſola obſervantia mandatorum, ſed etiam in tramite fidei anguſta & ardua via eſt, quæ ducit ad vitam: & magni laboris eſt, magnique diſcriminis, inter dubias imperitorum opiniones, & veriſimiles falſitates, per unam ſanæ doctrinæ ſemitam, inoffenſis greſſibus ambulare: & cum undique ſe laquei, erroreſque opponant, omne periculum deceptionis evadere.* De ſuo tempore queritur Prudentius. Matth. 7. Ser. 5. de Nat.

Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas,
Tam multa ſurgunt impiorum compita,
Tortis polita erroribus &c.

In poſter. præſtat ſuæ Apotheoſ.

De ſuo item D. Hier. *Quoniam Chriſti vineam per Orientem exterminavit vulpes, ut inter lacus contritos, difficile ubi fons ſignatus & hortus ille concluſus, id eſt, Eccleſiæ veritas ſit, poſſit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri & fidem Apoſtolico ore laudatam, conſulendam cenſui, &c.* Ad Damaſum. Roman. 1.

Digitized by Google

de Civit. li.18.c.41. De paſtorib. c.11. ſit,meus eſt. Sit ebrioſus, meus eſt;ſit luxurioſus, meus eſt:ſit injuſtus,meus eſt. Hinc dicitur,*facere divitias non in judicio.* Non enim ad eum pertinet,quis iſto aut illo modo peccet,aut erret;modo per aliquod peccatum aut errorem in ipſius venias poteſtatem. Alterum genus tentationis excludit à Pœnitentia; quod variis modis efficere conatur, vel nimis alleviando peccata,vel nimis aggravando, incutiendo timorem aut pudorem, vel ſolam fidem jactando,&c. Et poſterior perſecutio ſeu tentatio priore gravior eſt.Unde ibidem D. Cypr. *Ecce pejora adhuc peccandi vulnera, ecce maiora delicta; peccaſſe, nec ſatisfacere;delinquere, nec delicta deflere.* (De lapſ.)

2.Cor.2. Chriſtianus ergo, *qui non ignorat cogitationes Satanæ,* id eſt, ſtudia & conatus ejus, ante omnia laboret oportet,ut primum genus tentationis ſuperet, id eſt, non conſentiat Diabolo in aliquo peccato.Si fortè ex infirmitate aut alia cauſa contingat illum cadere, ſtatim ad pœnitentiæ remedia recurrat.Sic agat in ſalute animæ,ſicut corporis. Primò enim homo valetudinem ſuam curat diligenter:ſi ea lædatur aut perdatur, modis omnibus laborat,ut recuperet.Sic agat in ſalute animæ: tueatur eam diligenter, ſi fortè lædatur aut amittatur, det operam ut ſtatim ſibi reſtituatur. Alioqui audiet illud poëtæ gentilis:

Horat.

Quæ lædunt oculos,feſtinas demere,ſi quod
Eſt animum, differs curandi tempus in annum.

Rectè D.Auguſt. *Prima ſalus declinare culpam. Secunda ſalus, non deſperare de venia:nam ipſe ſe in æternum perimit,qui apud miſericordem Iudicem ad Pœnitentiæ remedia nō recurrit.* Et D.Cypr. *Primus felicitatis gradus eſt, non delinquere:ſecundus,* (Sent 200. apud Proſ. — Li.1.ep.11.)

Digitized by Google

delicta cognoſcere, & deflere. illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela, quæ ſanet.

MONITUM III.

Attendite à falſis Prophetis.
Matth. 7.

ARcta & ardua eſt via, quæ ducit ad vitam, nō tantum propter certamen contra pravas concupiſcentias malorum morum, ſed etiam præcipuè propter fidem cuſtodiendam, inter varias hæreſeon oppugnationes, ſicut D. Leo explicat dicens: *Ratio divini conſilij ſapientibus mundi patere non poteſt, niſi humanæ ignorantiæ tenebras Lux vera diſcuſſerit. Non enim in ſolo opere virtutum, aut in ſola obſervantia mandatorum, ſed etiam in tramite fidei anguſta & ardua via eſt, quæ ducit ad vitam: & magni laboris eſt, magnique diſcriminis, inter dubias imperitorum opiniones, & veriſimiles falſitates, per unam ſanæ doctrinæ ſemitam, inoffenſis greſſibus ambulare: & cum undique ſe laquei, erroreſque opponant, omne periculum deceptionis evadere.* De ſuo tempore queritur Prudentius.

Matth. 7.

Ser. 5. de Nat.

Arctam ſalutis vix viam diſcernere eſt
Inter reflexas ſemitas,
Tam multa ſurgunt impiorum compita,
Tortis polita erroribus &c.

In poſter. præfat ſuæ Apotheoſ.

De ſuo item D. Hier. *Quoniam Chriſti vineam per Orientem exterminavit vulpes, ut inter lacus contritos, difficile ubi fons ſignatus & hortus ille concluſus, id eſt, Eccleſiæ veritas ſit, poſſit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri & fidem Apoſtolico ore laudatam, conſulendam cenſui, &c.*

Ad Damaſum.

Roman. 1.

De unit. Eccleſ.

Qua autem aſtutia, ac ſubtilitate hæreticos excitarit Diabolus, declarat D. Cypr. *Quid* inquiens, *aſtutius quidve ſubtilius, quam ut Chriſti adventu detectus, ac proſtratus inimicus, videns ille idola derelicta & per nimium credentiũ populum, ſedes ſuas ac templa deſerta, excogitaverit novam fraudem, ut ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos? Hæreſes invenit & ſchiſmata, quibus ſubverteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem.* Et poſt eum D. Aug. *Videns*, inquit. *Diabolus templa dæmonum deſeri, & ad nomen liberantis Mediatoris currere genus humanum, hæreticos movit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ. Sub Chriſti autem nomine tradunt ſua dogmata*, ait idem Aug. *ut hinc intelligeremus, quantum ſit illud nomen, quo addito etiam illi qui contra ejus præcepta vivũt, ſuas nefarias artes honorare conãtur. Sic enim diverſis hominũ erroribus multi etiã diverſas hæreſes adverſus veritatẽ ejus nomine condiderunt. Ita ſentiũt etiã inimici Chriſti, ad ſuadẽdum quod proferũt cõtra doctrinam Chriſti, nullum ſibi pondus eſſe authoritatis, ſi non habeat nomen Chriſti*, ita D. Aug.

Lib. 18. Civ. c. 51.

Lib. 1. de Conſ. Evan. cap. 14.

De vera Relig. c. 8.

Diſpoſitione tamen divinæ miſericordiæ fit; *ut hæretici plurimum proſint Eccleſiæ, non verũ dicẽdo quod neſciunt, ſed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum ſpiritales Catholicos excitando. Multa quippe*, ait idem Aug. *ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorũ calida inquietudine exagitantur, ut adverſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & inſtantiùs prædicantur, & ab adverſario mota quæſtio diſcendi exiſtit occaſio* Et diſcipulus ejuſdẽ S. Proſper in Sententiis: *Inimici*, inquit, *Eccleſiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia depravẽtur, ſi accipiant*

De Civit. lib. 16. c. 2.

Sent. 158. ex D. Aug. lib. 18. Civit. c. 51.

poteſtatem corporaliter affligendi Eccleſiam,exercẽt ejus patientiam; ſi tantummodo malè ſentiendo adverſantur,exercent ejus ſapientiam:Vt autem etiam inimici diligantur,exercent ejus benevolentiam,aut etiam beneficentiam; ſive ſuaſibili doctrina cum eis agatur,ſive terribili diſciplina. Matt.24.

Sæpe autem prædixit Scriptura falſos Prophetas exorituros, multoſque ſeducturos, ideóque non mirum ſi veniant,& multos ſeducant;& hoc debet nos in fide confirmare,non autem fidẽ noſtram enervare.Undè rectè Tertull. *Conditio præſentium temporum,etiam hanc admonitionem provocat noſtrã,non oportere nos mirari ſuper hæreſes iſtas, quia ſunt; Futura enim prænuntiabantur. Sive quia fidem quorundam ſubvertunt;Ad hoc enim ſunt, ut fides habendo tentationem,habeat etiam probationẽ.* Sic & D.Cypria. *Non nos moveat aut turbet multorum nimia & abrupta perfidia, ſed potiùs fidem noſtram prænuntiatæ rei veritas corroboret:ut quoniam quidam tales eſſe cœperunt, quia hæc ante prædicta ſunt;ita cæteri fratres ab ejuſmodi caveant, quia & hæc antè prædicta ſunt,inſtruente Domino,& dicente; Vos autem cavete, ecce prædixi vobis omnia.* De iiſdem loquens D.Aug. *Mirandum non eſt*, inquit, *ſi exurgant;vigilandum ne noceant*, ita conſolans Maximam matronam,conquerentem provinciam ſuam per errores noxios nimiùm periclitari: *Miſerearis illorum*, ait, *tanquam ſimplex ut columba; caveas illos tanquam aſtuta,ut ſerpens.* Sic & Dominus, *Attendite à falſis Prophetis.*

Actor.20. 1.Tim 4. 2.Tim.3. In lib. de Præſcript. hæret. c.1. De Vnit. Eccleſ. Matt.13. Epiſt.141. Matth.10.

Prophetæ non ſolùm futura prædicebant, ſed & populum docebant: Ergo falſi prophetæ hic dicuntur, Doctores falſi,qui homines abducunt à via veritatis. Leproſi enim ſunt ſpirituales, cum

Aug. lib.2. quæſt. Eva. cap.40.

De verbis Apoſt. Serm.10. Ioan.10. quia varias doctrinas habent, quaſdam veras, quaſdam falſas; tum quia alios facile inficiunt, & ideo ſicut vitantur leproſi, ne corporibus noceãt, ſic vitandi falſi doctores, ne noceant animabus. Ecclеſ.13. Ovium Chriſti eſt *alienum non audire, ſed fugere ab eo.* Difficile eſt picem tangere, & non inquinari ab ea: difficile eſt verſari cum hæreticis, illorum ſermones audire, libros legere, & nihil læſionis accipere, nullam omninò ſcabiem contrahere. De Iudæis dicit Propheta; Pſal.105. *Cõmixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum:* Dicamus & nos de Catholicis, commixti ſunt inter hæreticos, & didicerunt Matth.10. errores, & ſcelera eorum. *Eſtote*, ait Dominus, *prudentes ſicut ſerpentes:* qui contra incantatorẽ utrãque obturant aurem, unam cauda obtegunt, alteram ad terram premunt. Et ſapienter admonet Sapiens, Eccleſ.28. *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam.* Linguâ hæreticorum quæ nequior? 2.Tim.2. *quorum ſermo ut cancer ſerpit*, inquit Apoſtolus. Cujus Rom.16. & illa ſalutaris eſt admonitio: *Rogo vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter doctrinã quã didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis.*

Epiſt.2. Ab iiſdem D. Ioannes uſque adeo nobis interdicit, *ut nec Ave eis dici velit, nec in domũ eos recipi ſinat.* lib.3.cont. hæreſ.c.3. Cujus & illud exemplũ refert D. Irenæus, quod cùm Epheſi ad balneum iret lavandi cauſa, videns intus Cerinthum hæreticũ, de balneo exilierit non lotus, dicens, Vide Bedã in Epiſt.2. Ioan. *quòd timeret, ne concideret balneum, & omnes opprimeret, in quo Cerinthus erat veritatis hoſtis* Refert ibidẽ de S. Polycarpo, quod Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti, cognoſce nos; reſponderit, *Cognoſco te primogenitum Sathanæ. Tantum Apoſtoli,* (ſubdit Irenæus,)

eorumque

eorumque diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus, communicarent alicui eorum, qui adulteraverunt veritatem. D. Antonius, ut de eo refert S. Athanaſ. *Amicitias hæreticorum, perditionem animæ eſſe aiebat: & ſermones eorum multò ſerpentibus eſſe deteriores. Vnde omnibus dicebat, nec juxta eos quidem eſſe accedendum.* In vita.

Audiamus D. Cyprianum præclare nos hac de re monentē: *Vitate quæſo, fratres, ejuſmodi homines, & à latere atque auribus pernicioſa colloquia, velut contagium mortis arcete, ſicut ſcriptum eſt: Sepi aures tuas ſpinis, & linguā nequam noli audire. Et iterū; Corrumpūt bonos mores colloquia prava. Peſtes ſunt, & lues fidei, ſerpentis ore fallētes, & corrumpēdæ veritatis artifices, venena lethalia linguis peſtiferis evomētes, quorum ſermo ut cācer ſerpit, quorū tactus ſingulorum pectoribus mortale virus infundit.* Et S. Leonē: *Hoſtis noſter nocendi cupidus, & peritus, ſicut decipiēdis primis hominibus, miniſteriū ſibi ſerpentis aſſumpſit; ita hæreticorū linguas ad ſeducendos rectorum animos veneno ſuæ falſitatis armavit, ideòque admonemus, ut labia iniqua, & linguam doloſam à quibus animā ſuam Propheta liberari poſtulat, declinetis, quoniam ſermo eorum ut cancer ſerpit, ſicut ait Apoſtolus: Humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt.*

De unitat. Eccleſ. — Eccleſ. 28. — 1. Cor. 15. — 2. Tim. 2. — Serm. 5. de jeju. 10. menſ. — Pſal. 119. — 2. Tim. 3.

Addendum hic eſt, eſſe, qui dicant facta hominum, & communionem Sacramentorum Chriſti, nihil de interna fide ſignificare, & ideo licitum eſſe pio viro, prout in variis locis fuerit, nunc his hæreticis, nunc illis communicare: ſicut faciebat Herodes, in Iudæa quidem Deum verum, alibi verò alienum Deum colens. Nos imitandum cenſemus factum Martyris Ermegildi, (quod recitat

Ioſeph. lib. 15. cap. 14. & lib. 16. ca. 9 Antiq. Li. 3 Dial. cap. 31.

D.Gregor. in Dialog.) qui de manu Ariani Epiſcopi ſacrilegæ conſecrationis communionem ſuſcipere renuit, ſed Ariano Epiſcopo exprobravit, ut debuit, ejuſque à ſe perfidiam dignis increpationibus repulit, malens mortem ſubire, quam ſimulare Sacramentorum communione perfidiam Arii.

In hiſt. Bohem. cap 62. Ladiſlaus Rex Bohemiæ (ut refert Pius ſecundus) cum Rocheſana Huſſita Sacerdos, Sacram Euchariſtiam per urbem deferret, nullum Reverentiæ ſignum præbuit, percunctantibus amicis, cur Sacramentum dehoneſtaſſet; *Non me latet*, inquit, *diviniſſimum Chriſti corpus, dignius eſſe, quàm ut à me ſatis honorari queat: Verum cavendum mihi fuit, ne dum Chriſtum honoro, ſacrilegum preſbyterum popularibus approbaſſe videar, quorum plerumque mores ex principe pendent.*

MONITUM IV.

Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.

Matth. 7.

VEſtimenta ovium, in quibus veniunt falſi Prophetæ, varia ſunt; Primò, ut D.Hilar. ait,
In Com. 7. cap Matth. *Manſuetudinis ſimulatio, & blandimenta verborum.*
Rom. 16. Vnde Apoſtolus de iis loqués: *Per dulces ſermones,* inquit, *& benedictiones ſeducunt corda innocentium.* *Qui affluit inſipienti eloquentia*, ait D.Proſper.
Sent. 265. *tanto magis cavendus eſt, quanto magis ab eo in his quæ audire inutile eſt delectatur auditor; & eum quem ornatè*
lib. 5. c. 3. *dicere audit, etiam verè dicere exiſtimat.* Dicit. D. Aug. in Conf. de Fauſto Manichæo; *quod erat ma-*

gnus laqueus Diaboli, & multi implicabantur in eo per illecebram ſuaviloquentiæ;quam ego, inquit,*tametſi laudabam, diſcernebam tamen à veritate rerum, quarum diſcendarum avidus eram : nec quali vaſculo ſermonis, ſed quid mihi ſcientia comedendum apponeret intuebar.Sic eſt,Sapientia & ſtultitia,*ait idem Auguſt. *ut cibi utiles & inutiles,verbis autem ornatis,& inornatis,ſicut vaſis vrbanis & ruſticanis, uterque cibus miniſtrari poteſt. Non acuſo verba quaſi vaſa electa atque pretioſa,ſed vinum erroris, quod in eis nobis propinatur ab ebriis doctoribus.* Ibidem c 6. & l.1.c.16.

2.Veſtimenta Ovium allegationes ſunt Scripturarum, quas ſemper in ore habent. *Omnes enim hæretici,*ait D.Aug *ex ſacris Scripturis falſas atque fallaces opiniones ſuas conantur defendere.* Ipſe Diabolus Scripturis abuſus eſt ad ſuam nequitiam comprobandam : idem faciunt miniſtri ejus hæretici. Vnde recte D. Chryſ. *Diabolus,recitans Scripturas, non ideo os illius ſanctificatũ eſt,ſed manſit quod erat, Diabolus.Et ideo odi Iudæos*(hæreticos)*quoniam Scripturam habent,quoniam hinc habent eſcam variamque fraudis materiam,qua ſimpliciores illiciant,*&c Et D. Hier.*Non ſibi blandiantur hæretici, ſi de Scripturarũ capitulis videntur ſibi affirmare, quod dicunt, cùm & Diabolus de ſcripturis aliqua ſit locutus & ſcripturæ non in legendo,ſed in intelligendo conſiſtant.* Denique D.Auguſt.*Non aliunde hæreſes enatæ ſunt,quam cum Scriptura bonæ, intelliguntur non benè, & quod in eis non benè intelligitur,etiam audacter & temerè aſſeritur.* Et rurſum ad Conſentium : *Intellectum valde ama;quia & ipſa Scriptura ſancta,quæ magnarum rerum ante intelligentiam ſuadet fidem,niſi eas rectè intelligas,utiles eſſe non poſſunt.Omnes enim hæretici,qui*

Lib. 1. de Trin.c 3.

Matth.4. Hom. 3. cont. Iud. Matth. 4.

Vincent. Lirinenſ. cont. Novat.

Cont. Lucifer.

Tract.18.in Ioann.

piunt ipſas ſibi videntur ſectari, cùm ſuos potius ſectentur errores, ac per hoc, non quod eas contemnant, ſed quod non intelligant, hæretici ſunt. De intelligentia hæreſis, non de ſcriptura eſt; ſenſus, non ſermo fit crimen. ait Hilar. Et unde rectius ac certius ejus ſenſum habebis, quam unde ipſam Scripturam? id eſt, ab Eccleſia Catholica?

Lib. 2. de Trinit.

3. Sunt officia & ſpecies virtutum. *Bene permittit Diabolus,* ait S. Auguſt. *aliquos infidelium habere nonnulla velut opera virtutum*, ſciens ea nihil ſine fide prodeſſe, & per tales amplius decipere affectans. Sic in Manichæis videbatur mirabilis quædam continentia, quam idem vocat vecordem, ſeductoriam, & pretioſas animas captantem; etſi in occulto infandas turpitudines exercebant, ut eſt apud D. Leonem. In Montaniſtis erat mirabilis abſtinentia. Pro una enim Quadrageſima tres in anno celebrabant, ut author eſt D. Hier. Sic in quibuſdã noſtri temporis hæreticis, apparet mira quædam vitæ ſanctitas, maximè in Mennoniſtis; etſi in abſcondito ſint turpiſſimi. Sed audi Origenem, *qui fictam Sanctimoniam hæreticorum, decipulam quandam vocat animarum, ad capiendos incautos, inſidiis Diaboli collocatam.* Et Divus Leo. *Hoc dolo actuum ſuorum obſcæna circumtegunt,* inquit, *& de prophani cordis penetralibus jacula, quibus ſimplices vulnerent, emittunt.* Denique hæreticos facere, ait D. Hieron. quod apud Lucretium ſcribitur:

Epiſt. 105. ad Sixt.
In Conf. lib. 6. c. 7.
Ser. 7. de jejun 10. menſ. & alibi.
In epiſt. ad Marcellam adverſus Montan.
In Ezech.
Serm. 4. de Nat.
ad Cteſiphont.

Ac veluti pueris abſynthia terra medentes
Quum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flavóque liquore.

4. Veſtimenta ovium etiam intelligi poſſunt miracula, quibus inſtructi erunt aliquando Pſeudopro

Matth. 24.

doprophetæ, juxta prædictionem Domini, ut diſpergant, ſicuti erant Apoſtoli ut colligerent; *Tempus enim colligendi lapides*, inquit Sap. *& tempus ſpargendi.* Unde D.Chryſ. *Non ſemper tempus vocationis eſt,* ſicut ait Sapientia; *Tempus congregandi lapides & tempus diſpergendi. Tempus ergo fuit colligendorum lapidum, quando lapides vivi, id eſt, fideles ab infidelitate vocabantur ad fidem. Tempus autē erit diſpergendi lapides, quando Eccleſia tradetur in tentationē, ut lapides, id eſt, Chriſtiani, qui non proficiunt in ædificationem corporis Chriſti, foras projiciantur.* Eccleſ.3. Hom.49. in cap.24. Matt. oper. imperf.

Dicit Chriſtus, quod in tempore noviſſimo Pſeudoprophetæ, *ſigna magna facient*, id eſt, *utilia*, ſicut Apoſtoli, ait Chryſ. quibus electi probabuntur, reprobi excæcabuntur, & perdentur. *Mittet enim illis Deus operationem erroris*, inquit Apoſtolus, *ut credant mendacio, quia charitatem veritatis non receperunt.* Et dicit idem Apoſt. *quod adventus Antichriſti erit inſignis & prodigiis mendacibus, Sed ſolet ambigi*, inquit, D. Aug. *utrum ideo mendacibus quia mortales ſenſus per phantaſmata, decepturus eſt, ut quod non facit, facere videatur; vel quia etiam ſi vera ſint, ad mendaciū pertrahent credituros non ea potuiſſe niſi divinitus fieri, virtutem Diaboli neſcientes, maximè quando tantam, quantam nunquam habuit, accipiet poteſtatem.* Ideo D.Aug. Manichæis hæreticis; *Miracula*, ait, *non feciſtis; quæ ſi faceretis, etiam ipſa in vobis caveremus, per inſtruentem nos Dominum, & dicentem; Exurgent Pſeudoprophetæ, & facient ſigna & prodigia magna. Ecce prædixi vobis.* Matth.24. Ibidem. 2.Theſ.2. li.20.1.Civit. c.19. Con. Fauſt. li.13. c.5. Matth.24.

Hæc ergo ſunt veſtimenta ovium; ſed addit Dominus, *intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces?* Qui ſui feritatem ingenii, non ſolùm in animas exer- Matth.7.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

cent, noxij ſermonis & interpretationum dentes infigendo, ſed etiam in corpora, vel fugando exiliis, vel fuſtibus ferróque cædendo. *Tempore Arianæ perfidiæ, non ſolum parva res, ſed etiam maxima res labefactata ſunt*, inquit Vinc.Liri. *Nec enim tantum affinitates, cognationes, amicitiæ, domus: verum etiam urbes, populi, nationes, provinciæ, univerſum poſtremo Romanum Imperium funditus concuſſum & emotum eſt. Tunc temeratæ conjuges, depopulatæ viduæ, prophanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati Clerici, acti in exilium Sacerdotes, oppleta Sāctis ergaſtula, &c.* Quis non videt in his verbis horum temporũ imaginem vivam, quibus eadem & fortè etiam deteriora per hæreticos variis in provinciis deſignata ſunt: *Atque hæc omnia*, ſubdit Vincent. *non ob aliã cauſam niſi utique dum benè fundata antiquitas, ſceleſta novitate ſubruitur.*

Cont. Novat.

Ibidem.

Sed unde agnoſcentur falſi Prophetæ? *A fructibus eorum*, inquit Chriſtus, *cognoſcetis eos*. per fructus autem hoc loco, non poſſunt intelligi opera, ſeu vita: ex vita enim diſcerni non poteſt falſus Propheta à vero: nam interdum accidit, quod doctor benè vivens malam doctrinam depromat, ut Origenes; & malè vivens, bonam & ſanam, ut Scribæ & Phariſæi. Et S.Paulus non curat qua intentione doceatur Evangelium, dummodo bene doceatur. Deinde plurimæ Scripturæ, Doctores ex doctrina, non ex operibus cognoſci docent, ut in Deuteron. *Si ſurrexit in medio tui Prophetes, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſerviamus eis, non audies verba Prophetæ illius, &c.* Et apud Apoſtolum, *Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini*, &c. & in actis apoſtolicis

Matth.7.

Matth.23.

Philip.1.

Deut.13.

1 Tim.5.

Act.20.

ſtolicis, *Ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abdicant diſcipulos poſt ſe.* Et Apoſtolus Ioannes dicit, *In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei; Omnis qui confitetur, &c.* 1.Ioan. 4.

Primò ergo ac præcipuè agnoſcuntur falſi Prophetæ, ex doctrina. Puram enim ac ſinceram doctrinam in ſola diſcimus Eccleſia Catholica, ubi Chriſtus Dominus eam tanquam *in columna & firma ſede* collocavit, & perpetuam manſuram fixit, *ad quam omnes gentes pro Dei doctrina confluxuras* dixerunt per Spiritum Dei Iſaias & Michæas; quam Apoſtolus dixit *eſſe columnam, & firmamentum veritatis*; cui promiſit Chriſtus quod errores à Diabolo nati, ſive *portæ inferi adverſus eam nunquam prævalebunt, à qua*, ut Iſaias ait *miſericordia Dei non recedet*; *cum qua manet Chriſtus omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi*; quam audire præcepit, & *audire nolentem, tanquam Ethnicum & Publicanum à Chriſtianis haberi voluit.* Cognita ergo doctrina Divina in Eccleſia, ex diverſitate doctrinæ poteſt noſci falſus Propheta; quemadmodum D. Paulus ait; *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, anathema ſit.* & D. Ioannes: *Si quis venerit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, eſt Antichriſtus.* Et Chriſtus: *A fructibus eorum*, id eſt, *à doctrina, cognoſcetis eos*, nempe Pſeudoprophetas. Inf.Mo.7. 1.Tim.3. Iſai.2. Mich. 4. 1. Tim.3. Matth.16. Iſai. 54. Matth.28. Matth.18. Galat.1. Epiſt. 2. Matth. 7.

At dices: Vbi & apud quos eſt hæc Eccleſia? De hoc enim diverſæ partes diverſa ſentiunt, & timidiores dubitant. Vbi, quæſo, eam quæras, niſi ubi *Chriſtus eam ædificavit, hoc eſt, ſuper Petrum?* Quod utique inconcinnè de unica perſona dicitur, cum illa fuerit mortalis; Eccleſia autem ſit perpetua. Igitur *ſuper Petrum dicitur ædificata* ſicut *pactū Dei* Matth.16. Vide Chryſoſt. li. de 2. Sacerdotio. Malach.2.

cum Levi fuiſſe dicitur, quod in poſteris Levi magis quam in ejus perſona completum eſt; ſicuti & in ſucceſſoribus Petri hoc maximè completur.

1. Tim. 3. *Vbi quæras Eccleſiam quæ ſit columna & firmamentum veritatis*, niſi ubi Chriſtus *indefectibilem* Luc. 22. *fidem ſua prece* impetravit, & omnes fratres ipſius, ſive Chriſtianos, *in fide confirmari*, & *omnes oves* Ioan. ult. *ſuas paſci*, (quod præcipuè fit recta doctrina) voluit, hoc eſt, in Apoſtolo Petro, & ejus poteſtate? In quam promiſſionem Petro factam omnes verè fideles intuentes, non tam attenderunt in ſucceſſoribus Petri, mores, quos quandoque malos fuiſſe conſtat; non tam morati ſunt privata eorum facta, vel dicta, quàm Chriſtum veracem eſſe in ſuis promiſſis.

vide Heſſel. de offic. pij viri. Ubi quæras Eccleſiam Chriſti, niſi illic, unde omnes olim hæretici habiti, egreſſi ſunt; & quam in aliqua parte æmulantur omnes Pſeudochriſtiani ut Chriſtiani haberi poſſint? Ubi eam quæras, niſi unde Chriſti fama ubique diſſeminata eſt; niſi in ea ſocietate, ſine qua nec Chriſtus, nec ejus Sacramenta, vel Evangelia ulli nota eſſent?

Denique, ut alia omittam, quam judices Chriſti Eccleſiam, niſi eam, quæ ex eo tempore, quo Chriſtus eam plantavit, ſe ſaporem eundem doctrinæ, ſine interruptione ulla retinuiſſe, per varios variorum temporum & locorum Scriptores clariſſimè monſtrat; quæque omnes ſcripturas de Eccleſia loquentes, ſibi optimè quadrare declarat, & ſe ſemper inter omnes hæreſes & perſe- Matth. 16. cutiones, in fide & pietate à Chriſto uſque in hodiernam diem protectam, ſicque ſe eandem cum ea quæ in Hieruſalem die Pentecoſtes poſt Chri-

ſti aſcenſum nata eſt, eſſe demonſtrat? Hanc igitur Eccleſiam, ejuſque paſtores & Doctores primo Paſtori adhærentes, hoc eſt, Romanam Eccleſiam, quæ ab Apoſtolo Petro, Apoſtolica vocatur, veréque ſancta eſt, & Catholica, audiant omnes, & Chriſto donante, non ſolum de doctrina ſecuri erunt, ſed & vitam conſequentur æternam. Actor. 2.

MONITUM V.

Non ignoramus cogitationes Satanæ.

2. Cor. 2.

DVplex Diaboli ſtudium ac conatum inſinuat nobis Chriſtus Dominus in D. Lucæ Evangelio. Primus eſt; ***Atrium ſuum cuſtodire***, id eſt, Cor hominis, quod per infidelitatem, vel aliam aliquam iniquitatem poſſidet. Secundus, ſi à fortiori devictus & ejectus fuerit, ***Reverti in domum ſuam unde exivit.*** Lucæ 11.

Primò ergo cor hominis quod poſſidet, fortiter cuſtodit; quia per Sapientiam carnalem impedire conatur ne homo recipiat fidem: per carnalem concupiſcentiam, ne recipiat juſtitiam. Impedimentum fidei eſt carnalis Sapientia. Unde pulchre D. Ambroſ. ***Omnis infidelis infirmitatem animi patitur, conſtrictus carnali ratione, ne credat ſpiritali.*** Quis ignorat Arium carnali ratione oppugnaſſe Trinitatem? Neſtorium, Chriſti incarnationem? Pelagium, Peccatum originis? Quis ignorat hæ- In 1. ad Tim. ca. 1.

 reticos

reticos noſtri temporis Myſterium Euchariſtiæ conari carnali ratione è medio tollere ?Contra quos

Cõt.Iulian. omnes D. Auguſtin. *Quid quæritis humana ratione evertere, quod in Dei Sapientia non poteſtis comprehendere* ? Corruptus ergo homo fidem Dei non recipit, *niſi Spiritus Dei aſpernationem ſubegerit ſuperborum, rationeſque illas quæ ignotæ virtuti canina facundia repugnant, gratiæ ſuæ virtute deſtruxerit.*

Vide Proſp. cont. Col-lat. 29.

In Pſal.9. Sic impedimentum Iuſtitiæ eſt, carnalis concupiſcentia. Pulchrè D.Auguſt.*Pes*,inquit,*peccatorum amor eſt, quo ad delectationem feruntur:quæ cùm actionem fuerit conſecuta,alligat eos,ut inde abrumpere amorem & ad utilia conferre non queant; quia cum conati fuerint,dolebunt animo, tanquã pedem de compede exuere cupientes,cui dolori ſuccumbentes à perniti oſis delectationibus nolunt abſcedere*.Idem Auguſt. de ſe ante converſionem:*Ligatus eram*,ait,*non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus,& inde mihi cathenam fecerat, & conſtrinxerat me.Quippe ex voluntate perverſa,facta eſt libido, & dum ſervitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dũ conſuetudini non reſiſtitur facta eſt neceſſitas. Quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis (unde cathenam appellavi) tenebat me obſtrictum dura ſervitus.* Sic & D.Ambroſ.dicit,*homines mundi cupiditate poſſeſſos, emergendi non habere poteſtatem.* Et rurſum;*Cum ſemel anima fuerit in cupiditates demerſa terrenas, difficile in altum poteſt unde deſcendit, ſine Dei favore revolare. Actuũ enim ſuorũ vincta laqueis, & deliciarum ſecularium illecebris obnoxia,jã tenetur.*

Li.8. Conf. cap.5.

In Luc.c.6.

Libr.4. in Luc.

Ita ergo Diabolus atrium ſuum poſſidet, ac firmiter cuſtodit, donec fortior ſuperveniens, vicerit eum;qui eſt Chriſtus Dominus, abrumpens omnia

nia infidelitatis & iniquitatis vincula.De quo ipſe,
Si vos filius liberaverit,tũc verè liberi eritis.Ipſe edu- Ioan. 8.
cit vinctos de tenebris & umbra mortis & vincula eo- Pſal.106.
rum diſrumpit.Ipſe erigit eliſos,ſolvit compeditos,illu- Pſal.146.
minat cæcos. Vnde ei dicitur;*Dirupiſti vincula mea,* Pſal.115.
(errorum & peccatorum)*tibi ſacrificabo hoſtiam lau-* Li.5.Conf.
*dis.Purgas tu Domine nos,*ait Aug.*a conſuetudine ma-* cap. 8.
la,& exaudis gemitus compeditorũ,& ſolvis à vincu-
lis,quæ nobis fecimus; *Sic autem victus & ejectus,*non
dormit,non quieſcit, non otiatur,ſed omnibus mo-
dis redire conatur, unde expulſus eſt;*Revertar,* in-
quit, *in domum meam,unde exivi.*

Præcipuè enim perſequitur eos, qui ex faucibus
ejus erepti ſunt , idque iiſdem armis quibus cuſto-
dit:Sapientia carnali, ut auferat fidem ; Concupiſ-
centia carnali,ut auferat juſtitiam *Non quærit Dia-* 1.Epiſt.13.
*bolus,*ait Cyprianus,*quos jam ſubegit,aut geſtit ever-*
tere,quos jam ſuos fecit;Inimicus & hoſtis Eccleſiæ,il-
los ut captivos & victos,cõtemnit & præterit,eos pergit
*laceſſere,in quibus Chriſtum cernit habitare.*Ita & D.
Gregor.*Eos,*inquit,*pulſare negligit, quos quieto jure* Lib.24.
poſſidere ſe ſentit:cõtra nos verò eò vehementius inci- Mor.ca.7.
tatur,quò ex corde noſtro,quaſi ex jure propriæ habita-
*tionis expellitur.*Et D.Hier.*Non quærit Diabolus in-* ad Euſtoch.
fideles,non eos qui foris ſunt,de Eccleſia Chriſti rape- Habac. 1.
re feſtinat:Eſca ejus (ſecundum Abacuc)electa ſunt.

Hæc clariſſima ſunt in Iuliano apoſtata, inſigni Lib 6.Hiſt.
Diaboli organo , qui Chriſtianos perſequebatur, Trip.c.40.
fovens Iudæos,atque Gentiles : Et in Valente Im-
per. Ariano, qui omnes Gentiles, Iudæos,& hære- Lib.8.ibid.
ticos fovebat , ſolos orthodoxos perſequens. Sic cap.43
queritur Tertullia. Contra Gentiles Principes;*Nos* in Apolog.
ſoli arcemur à Religionis proprietate. Cæteris enim cap.24.
gentibus

Digitized by Google

Leo ſer. 1. de natali Apoſt. gentibus ſuos Deos permittebant, ſolis Chriſtianis non ſuum. Sicut apud hæreticos omnibus aliis profeſſionibus datur libertas, ſoli Catholici exturbantur, vel impediuntur. Vndè facilè quis advertit, quæ ſit vera Religio, quam Diabolus perſequitur, quæ ſola ei adverſatur, & lædit: in reliquis autem, ſicut olim ſub variis ſimulachris, ita nunc ſub variis hæreſibus ipſe colitur.

Apoc. c. 12. Dicit Ioan. in Apocal. *Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet*, ad nocendum hominibus, ſcit imminere diem judicii. Contra ſanctos autem longè magis iratus eſt, vires ſuas omnes intendens, ut de ignominia ſe vindicet, qua ſibi affectus videtur, dum hominum ei ereptum eſt dominium. Ibidem. Vnde ſubdit Ioannes: *Poſtquam vidit Draco, quod projectus eſt in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum:* id eſt, Eccleſiam primitivam, cujus proles maſculæ erant ob robur & fortitudinem in perferendis omnibus. Sed poſtquam hæc evaſit manus ejus, *iratus eſt Draco in mulierem, & abiit facere præliũ cùm reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiũt mandata Dei & habent teſtimonium Ieſu Chriſti.*

1. Pet. 5. *Adverſarius veſter Diabolus*, ait D. Petrus, *circuit, quærens quem devoret.* Circuit terram, per ſe, per ſuos angelos, inferiores dæmones, nunc hic, nunc alibi Iob cap. 1. exiſtens, ſicut & in libro Iob ait, *Circuivi terram, & perambulavi eam.* Deinde, *circuit etiam ille*, inquit D. Ser. de zelo & livore. Cypr. *nos ſingulos, & tanquam hoſtis, clauſos obſidens muros explorat & tentat, an ſit pars aliqua membrorum minus ſtabilis, & minus fida, cujus aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices & fallaces voluptates, ut viſu deſtruat caſtitatem; aures per canorem*

Digitized by Google

rem muſicum tentat,ut ſoni dulcioris auditu ſolvat & molliat Chriſtiani vigorem; Linguam ad convitia provocat, manus laceſſentibus iniuriis ad petulantiam cædis inſtigat. Vt fraudatorem faciat, lucra opponit injuſta; ut animam pecuniâ capiat, ingerit pernitioſa compendia; honores terrenos promittit, ut cæleſtes adimat; oſtentat falſa, ut vera ſurripiat; & cùm latenter non poteſt fallere, exertè atque apertè minatur, terrorem turbidæ perſecutionis intentans; ad debellandos Dei ſervos, inquietus ſemper & ſemper infeſtus; in pace ſubdolus, in perſecutione violentus hæc S. Cyprian.

Armis ergo ſpiritualibus opus eſt Chriſtiano, ut ſe adverſus hoſtem tueatur, ne in priſtinam Diaboli ſervitutem revocetur, ac redeat. Vnde Apoſtolus Paulus: *Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias Diaboli.* Et *Accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo.* Quod igitur accidit Iudæis captivitate Babylonica liberatis, ut propter inimicorum crebros atque inſidioſos impetus, *altera quidem manu facerent opus* ad ædificandũ, *altera vero gladium tenerent* ad repugnandum: id piis quoque omnibus faciendum eſſe perſpicitur, ne inter hoſtes varios ædificium juſtitiæ ſecuri erigant, quod uno perſecutionis impetu ſubverti poſſit. Atque ut filii Iſraël contra Philiſtæos. 40. dierum ſpatio, vigiles atque armati ſteterunt, ita nobis eſt toto mortalis vitæ curriculo, tanquam in excubiis armiſque vigilandum. *Quadraginta enim dies vitam præſentem ſignificant*, in qua contra Goliath, & exercitum ejus, id eſt, contra Diabolum & Angelos ejus, populus Chriſtianus pugnare non deſinit. Nec tamen vincere poſſet, niſi verus David Chriſtus, *cum baculo, id eſt, Crucis myſterio*, deſcendiſſet.

Epheſ.6.
Ibidem.
2.Eſd.4.
1.Reg.17.
Aug.epiſt. 119.c.15.
Aug.ſer. 197.de tẽp.

Apud

Iſai. 59. Apud Eſaiam Chriſtus Dominus (in quo membra quoque ipſius intelligenda ſunt) indutus deſcribitur *iuſtitia, ut lorica, & galea ſalutis in capite ejus, & indutus veſtimentis ultionis, atque opertus pallio zeli.* Iuſtitia quidem quæ virtutes complectitur omnes, ex quibus tanquam conſertis & cohærentibus inter ſeſe annulis, ad muniendum animæ pectus firmiſſima lorica contexitur. Ultionis verò veſtimenta, quid niſi iram adverſus peccatum, ejuſque delendi ſtudium ſignificant: Quid pallium zeli declarat, niſi totam Chriſti vitam, & dicta factáque hoc præ ſe tuliſſe, quod adverſus iniquitates pio zelo inardeſceret?

Epheſ. 6. *State*, ait Apoſtolus, *ſuccincti lumbos mentis veſtræ in veritate, & calceati pedes in præparatione Evangelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladium Spiritus, quod eſt Verbum*

Ser. 1. de Quadrag. *Dei. Videte*, inquit D. Leo, *quam potentibus nos telis, quam inſuperabilibus nos munimentis, Dux multis inſignis triumphis, & invictus Chriſtianæ militiæ magiſter armaverit. Succinxit lumbos baltheo caſtitatis, calceavit pedes vinculis pacis. Quia & diſcinctus miles cito ab impudentiæ incentore vincitur, & non calceatus facilè à ſerpente mordetur. Scutum fidei ad protectionem totius corporis dedit, capiti galeam ſalutis impoſuit, dexteram gladio, id eſt, verbo veritatis inſtruxit, ut ſpiritalis præliator, non ſolum ſit tutus à vulnere, ſed & repugnantem valeat vulnerare.* Denique D.

D. Cypr. de zelo, & livore. Cyprian. *Sit*, ait, *ante oculos divina lectio, in manibus bona operatio, in ſenſibus dominica cogitatio: oratio jugis omnino non ceſſet, ſalutaris operatio perſeveret, ut quoties inimicus acceſſerit, & clauſum adverſum ſe pectus inveniat, & armatum.*

Digitized by Google

Gedeon percuſſit caſtra hoſtium,qui ſecuri erant, & nihil adverſi ſuſpicabantur. Populus Lais,quieſcens & ſecurus,ab adverſariis oppreſſus eſt.*Vita hac noſtra,* inquit S.Leo,*in medio inſidiatorum, in medio præliorum eſt.Si volumus non decipi,vigilandum eſt;ſi volumus ſuperare,pugnandum eſt.Et ideo Sapiens,Fili,* inquit,*accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Vir enim ſapientia Dei plenus, ſciens ſtudium religionis laborem habere certaminis, cum prævideret pugnæ periculum, ante admonuit pugnaturum:ne fortè ſi ad ignorantem tentator accederet,imparatum citius vulneraret.* Sic & D.Chryſoſt. *Adverſus Diabolum dimicanti,*inquit *nunquam licet arma ponere,ſomnumve ullum capere,ei præſertim qui invulneratus prælio volet excedere. Ex duobus enim neceſſario alterum conſequitur, ut aut cadat quis, & pereat,armis ſpoliatus; aut continenter vigilet,armatúſque ſtet. Siquidem ille continenter cum ſua ipſius acie ſtat,ſocordias noſtras obſervans,ac majus quidem ſtudium afferens ad noſtram internecionem, quam ad noſtram ipſi nos ſalutem afferamus.*

Iudic. 8. Ibid. 18. Ser. 1. de Quadrag. Eccleſ. 2. Lib. 6. de Sacerdotio.

MONITUM VI.

Vix iuſtus ſalvabitur.

1. Pet. 4.

COmparatur Chriſtianus ſalutis ſuæ ſtudioſus in Evang. mulieri parturienti, uterque enim fœtum enititur, non ſine labore & periculo: hic ſeipſum in vitam æternam, illa prolem in hanc temporalem. Certum quidem eſt,juſtum,ſi perſeveret,ſalvari. *Qui enim perſeveraverit uſque in finem,*

Ioan. 16. Matth. 24.

Digitized by Google

Apoc. 2. *ſalvus erit.* Et, *eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et tamen vix ſalvatur, quia non ſine periculo, labore, difficultate. In quo autem hæc difficultas ſita, explicat V. Beda ſic dicens: *Nolunt Pelagiani credere, quod in uno homine tota eſt generis humani maſſa vitiata, & tota damnata: a quo vitio & damnatione, ſola ſanat & liberat gratia Chriſti. Quare enim juſtus vix ſalvabitur? Nunquid liberare juſtum labor eſt Deo? Sed ut oſtendatur, quod merito fuerit damnata natura; non vult facile de tanto malo nec ipſe omnipotens liberare: propter quod & peccata proclivia ſunt, & laborioſa juſtitia, niſi amantibus, ſed Charitas, quæ amantes facit, ex Deo eſt*, ita Beda.

In hunc locum Petri.

1. Ioan. 4. Salvatur ergo difficulter juſtus; quia laborioſo certamine, inter tot tentationes conſtitutus, concupiſcente, quotidie carne contra ſpiritum, juſtus perſeverat. Vnde & Dominus in Evang. dicit, *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam*, non tantum hominibus ſpiritu Dei vacuis, qui nondum eam ambulant, ſed & ambulantibus eam; qualis erat Apoſtolus Paulus, qui ſe viam Dei ambulantem infelicem deplorat, dicens: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et ſe contra multiplices hoſtes, *etiam ſpirituales nequitias quotidie colluctari*, ait, *Et non quæcunque volebat, faciebat.* Et aliis dicit: *Vt non quæcunque vultis, illa faciatis.*

Matth. 7.

Rom. 7.

Epheſ. 6.

Rom. 7.

Galat. 5.

Leo ſerm 5. de natali.

Arcta eſt autem & ardua via vitæ; Primò in opere virtutum ſeu in obſervantia mandatorum Dei, propter certamen contra pravas concupiſcentias malorum morum, ad conſervandam juſtitiam: *Quarum quæ reſiſtunt*, ait, D. Aug. *periculoſo debellantur prælio & quæ victa ſunt, nondum ſecuro triumphantur otio, ſed adhuc ſollicito premuntur imperio.* Sic dicit

In ſent. 169. apud S. Proſp.

dicit D. Ambroſ. *Peccatum in nobis multa operari, reluctantibus nobis, cum mortuis peccatis nos habere certamen, redivivas plerumque reſurgere voluptates.* Facile poteſt concupiſcentia, quæ victa videbatur, nova aliqua tentatione commota, reſurgere, & vincere. Hinc D. Hier. ait; *Nec in præterita caſtitate eſſe confidendum.* Quæritur D. Greg. Nazian. ſe cum moleſtia in ſenectute ſentire, quæ in juventute facilè vicerat, videlicet, faces ardentes libidinis, & alias tentationes. Vnde ſollicitè Dominum precatur: *Senectutem quæſo meam, optime Deus, canumque hoc caput ſerva, vitæque finem optatum concede. Vrit amor gravius quo ſerius,* inquit, Poeta. Et Petrarcha, *Ardor libidinis,* ait, *quoties vetulæ oſſibus incubuit, quaſi ignis in ligno arido violentius æſtuat.*

Apud D. Aug. cont. Iulia. lib. 2. cap. 9.

In Epiſt. ad Nepotian.

In Carm. adverſ. carnem. Et, de calamitate animæ ſuæ.

Ovid. epiſt. 4.

Lib. 2. de remed. utri. fort. c. 18.

Secundò, *ardua vitæ via eſt* præcipuè in tramite fidei, propter fidem cuſtodiendam inter varias hæreſeon oppugnationes. Fides etiam non eſt, niſi integra ſit. Vnde D. Athanaſ. *Fidem Catholicā niſi quis integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternū peribit.* Et S. Proſp. *Alienus eſt à numero fidelium, & à ſorte ſanctorum, quiſquis in aliquo à Catholica veritate diſſentit.* Sic & D. Ambr. *In uno Chriſti nomine omnia ſunt. Vnum horū ſi retraxeris, retraxiſti ſalutem tuam. Nam & hæretici habere ſibi Chriſtum videntur; nemo enim Chriſti nomen negat, ſed negat Chriſtum, qui non omnia quæ Chriſti ſunt, confitetur.* Denique S. Aug. de Donatiſtis hæreticis loquens; *In multis,* inquit, *ſunt mecum, in paucis non mecum; ſed in his paucis, in quibus non mecum, nō eis proſunt multa, in quibus mecum.* Sicut & reliquæ virtutes rationem virtutis non habent ex uno vel altero contrario abjecto, niſi quicquid contrariū eſt, abjiciatur.

In Symbolo.

In epiſt. ad Demetriac.

In cap. 9. Lucæ.

In pſal. 5.

Digitized by Google

Vt juſtus dicendus non eſt, qui uni creditori ſolvit, alterius interim bona retinens; nec caſtus eſt maritus, qui alienam quidem non ſtuprat uxorem, ſua tamen non contentus, cum alia nulli nupta, rem habet.

Vtrumque ergo magni laboris, magnique diſcriminis eſt, & per unam ſanæ fidei ſemitam inter tot támque varios errores, & per unam juſtitiæ ſeu virtutis viam inter tot tamque varias cupiditates; inoffenſis greſſibus ambulare. Periculum hujus certaminis etiam inde manifeſtum eſt, quod ſæpe dum vincimus, vincimur per ſuperbiam. *Non enim ab inſidianti ſuperbia ipſa tuta eſt victoria*, inquit D. Proſp. *& de proximo ſemper virtutibus inſidiatur elatio*, ait D. Leo; quæ etſi fortè in alia peccata non præcipitet, aufert tamen fructum bonorum operum. Vnde eam vocat D. Baſil. *Latronem ſpiritualium opum, virtutum tineam, blandum animarum hoſtem.*

Lib. 2. de vocat gent. cap. 38.
Ser. 4. de Qudr.
In Conſt. Monaſt. cap 11.

Ex hac prima difficultate & alia naſcitur, ob quam juſtus vix ſalvatur. Quia ſcilicet, in hoc laborioſo certamine quotidie labitur & vulneratur. Dicebat Propheta David, *Varius eſt eventus belli, & nunc hunc nunc illum conſumit gladius.* Sic in bello ſpirituali. *A baptiſmo*, ait S. Aug. *reſtat lucta cum carne, reſtat lucta cum Diabolo; qui autem luctatur, aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquando vincit, aliquando perimitur. Quomodo de ſtadio exeat attendatur: ſi dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus & veritas in nobis nō eſt* Et D. Hieron. conſolans Theodorā ſuper obitu mariti Licinij Betici, dicit congratulandum mortuis, quia jam cum Chriſto regnantes & gaudentes omnia iſta

2. Reg. 11.
Ser. 16. de verb. Apoſt.
1. Ioan.
In Epitaph. Lic Bet.

mundi

mundi pericula evaſerunt. *Nos*,ait,*dolendi qui quotidie ſtamus in prælio peccatorum*, *vitiis ſordidamur*, *accipimus vulnera*, *& de otioſo verbo rationem reddituri ſumus*. Deinde D.Leo:*Non facile*,inquit,*cuiquam provenit tam incruenta victoria*, *ut inter multos hoſtes frequenteſque conflictus*,*etiamſi ſit liber a morte*, *ſit quoque immunis à vulnere*. Matth.16. Ser.4. de jejun.10. menſ.

Denique S.Aug. *Quanta juſtitia eſt*, inquit, *inter tantas tentationes? Poſſumus continere ab homicidio*,*ab adulterio*, *à furtis & perjuriis*, *à fraudibus. Nunquid & à ſuggeſtionibus malarum cupiditatum? ſuggerit avaritia*,*ſuggerit libido*,*ſuggerit voracitas*,*&c. Vnus homo in corde ſuo cum turba luctatur*, *difficile eſt ut non ab aliqua feriatur*. Hinc eſt quod dicat D.Petrus, *Iuſtus vix ſalvabitur*.*Certè*, ait D.Hieron.*Iuſtus eſt qui in die iudicij vix ſalvatur*, *ſalvaretur autem facile*, *ſi nihil haberet in ſe macula*; *ergo juſtus eſt in eo quòd floret multis virtutibus*;*& vix ſalvatur in eo*, *quòd in quibuſdam eget miſericordia Dei*. In pſal.99. Lib.2.cõtr. Pelagia.

Ex hac denique difficultate etiam tertia profluit, nempe multitudo afflictionum,quas pro peccatis ſuis, ut purgentur, iuſti ſuſtinere debent. D. Aug.de Civit.duas reddit cauſas,cur boni cum malis flagellentur: quarum una eſt,*quòd in quibuſdam cedunt carnali Concupiſcentiæ*,*etſi non ad maiora peccata*,*tamen ad minora*, *ob quæ temporales iſtas afflictiones merentur*, per quas etiam purgantur.Et ubique ſancti peccatis ſuis tribuunt, quæ patiuntur,ut Daniel, Tres pueri, Machabæi, ut eſt apud S.Aug. qui etiam in Pſal. 147. verſu, *Et judicia ſua non manifeſtavit*, &c. *Nemo*,inquit,*etiam Martyrum dicere poteſt*, *quod habet paſſionem innocẽtia*,*qualis fuit in* CHRISTO,*qui dicit:In me non habet quicquam:*Et, Lib.1.c.9. Epiſt. 122. In pſ.147. Ioan.14.

Digitized by Google

Pſal 68. *Quæ non rapui, tunc exoluebam. Cæteri ſuo merito, & Dei judicio patiuntur.*

2. Pet. 4. *Hinc D. Petrus exhortans Martyres, Tempus eſt, ait, ut incipiat judicium à Domo Dei*, id eſt, punitio Dei, à ſanctis, in quibus Deus tanquam in templo

Ezech. 9. ac domo inhabitat, alludens ad 9. caput Ezechielis Prophetæ, ubi Dominus præcipit Angelis percuſſoribus, *ut incipiant à ſanctuario ſuo*, quod myſticè ſignificat Sanctorum Eccleſiam: qua quidem re, opere oſtendit Dominus, quam ſeverè vindicaturus ſit

Ibidem. impiorum peccata, quando tam horribiliter afflixit Martyres. Vnde ſubdit D. Petrus, *Si primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?*

Lucæ 23. Et ipſe Chriſtus in paſſione ſua; *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Vnde & Apoſtolus

2. Theſſ. 1. Paulus dicit, *Iuſtos tribulari in exemplum juſti judicii Dei*, id eſt, in declaratione juſti Dei judicii, quo condemnabit impios. *Preſſuras perſecutionéſque ju-*

Li 22. c 20. cont. Fauſt. *ſtorum*, inquit D. Aug. *dicit Apoſtolus eſſe exemplum juſti judicii Dei: Hinc enim intelligitur, quomodo non parcatur impiis, tanquam ſarmentis præciſis ad combuſtionem, quando juſtis non parcitur propter perficiendam purgationem.*

Apud Proſ. ſent. 204. Deinde ait S. Auguſt. *Ad hoc exagitantur homines tribulationibus, ut vaſa electionis evacuentur nequitia,*

Pſal 98. & ibi Aug. *& impleantur gratia. Sic vindicando Deus ſuis propitius eſt*, inquit idem alibi, *donando peccata, ne noceant ad futurum ſæculum, & caſtigando, ne ſemper peccare delectet.* Triticum percuſſionibus nudatur palea; Vinum vinaciis, preſſura torcularis; purgantur palmites Chriſtianæ vitis, falce tribulationis; ac lapides vivi ædificii cœleſtis, tunſionibus expoliun-

Epiſt. 120. tur per manus artificis, & ſuis locis coaptantur, D.

Baſi

Digitized by Google

Baſilius, cùm D. Greg. Nazianzenus coram eo ægrotante explicaret Pſalmum 72. erupit in hanc vocem: *Gratias tibi ago, Pater, ô conditor hominum tuorum, quòd nos etiam invitos rectè fingis, & per externum hominem internum purgas, & per adverſa ad beatum nos finem perducis.*

Denique D. Gregor. Pontifex, demonſtrans nobis, quæ ſit differentia inter res adverſas & proſperas: *Res*, inquit, *ſecundæ ſæpius per tumorem cor inquinant, adverſa verò cor per dolorem purgant. In illis ſe animus erigit, in his etiam quando ſe erexerat ſternit. In illis ſe homo obliviſcitur, in his ad ſui memoriam, etiam nolens & coactus, revocatur. In illis ſæpè anteacta bona depereunt, in his longi quoque temporis admiſſa terguntur, & quæ admitti poterant compeſcuntur.* Ita D. Gregor. Quærenti Sigiſmundo Imperatori à Theodorico Epiſcopo Colonienſi, viro inſigni, quonam pacto felicitatem conſequi poſſet? *Inter mortales*, inquit *fruſtra requiris.* Petenti rurſum, ad cæleſtem illam quo itinere pergeret? *Recta*, reſpondit. Inſtanti tertio, quid agens recta pergeret? *Si vitam tuam* ait, *ita inſtitueris duxeriſque, ut facturum te promiſiſti, dum calculus aut podagra, ſive alia valetudo te acriùs oppreſſerit.* Vnde ſapienter quidam, Gentilis alioqui ſcriptor, admonet, *ut tales eſſe ſani perſeveremus, quales nos futuros profitemur infirmi.* Illum enim ipſum cujuſdam infirmi languor admonuerat, *optimos eſſe nos dum infirmi ſumus.*

In Paſtor. c. 3. part. 1.

Æneas Sylvius de dict. & fact. Alphonſi.

Plinius 1. lib. 7. epiſt.

Vide Mon. 101.

MONITUM VII.

In Chriſto Ieſu valet fides, quæ per charitatem operatur.

Galat. 5.

In epiſt. ad Epheſ. In Epiſt. ad Celant. Serm. 7. de Quadrag. Jac. 2. Matt. 22. De gratia Chriſt. c. 26 Et Sent. 224 apud Proſp. Pſal 78. Pſal. 118.

DIcit S. Ignatius: *Initium vitæ, Fides; finis, Charitas: quæ duo in unum coaleſcentia, perficiunt hominem.* Et D. Hieron. ait, *non poſſe nos cœleſtis præmij magnitudinem promereri, niſi fidei & juſtitiæ opera conjuncta ſint.* D. verò Leo, *Charitas*; inquit, *eſt robur fidei, & fides fortitudo charitatis. Hoc eſt mandatum Dei*, ait Ioan. *ut credamus, & diligamus alterutrum.* Et Iacob. *Iuſtificatur homo ex operibus & non ex fide tantum.* Ejicitur è nuptiis fide imbutus, ſed charitate deſtitutus. Idcirco tantopere iſtis virtutibus fidei & charitatis, inſidiatur Diabolus, ut vel utramque vel alteram impediat vel auferat; quia altera ſine altera non perducit ad regnum. *Non ſunt opera bona*, ait D. Auguſt. *niſi quæ per fidem & dilectionem fiunt; quia alterum ſine altero nullius virtutis fructum parit.* Ac triplex potiſſimum fides homini ad ſalutem neceſſaria. I. Dei Creatoris omnium. hunc enim ſi ignorat, ad eum pro juſtitia & vita confugere non poterit, ſine quo tamen ſalus non poteſt contingit, juxta illud Pſalmiſtæ: *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt, & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.* Et: *Longè à peccatoribus ſalus, quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.*

Deinde neceſſaria eſt fides Redemptoris, & mediato

Digitized by Google

mediatoris Dei & hominum, quem ſi ignorat, in juſtitia & vita quærenda errabit, utpote reputans ſe integrum, ac minimè depravatum, ſibi ipſi ad juſtitiam & vitam comparandam ſufficere, nec gratia Dei indigere. Aut ſi ea ſe egere agnoſcat, Mediatore tamen ſe non egere, qui error eſt multum pietati veræque Religioni contrarius, & juſtitiam impediens, ſicut docet Apoſtolus dicens: *Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* Et Apoſt. Petrus: *Non eſt in alio aliquo ſalus*, quàm in Ieſu Nazareno à Iudæis crucifixo. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Heſſ. de offic. pij viri. Rom. 10. Actor. 4.

Denique neceſſaria eſt cognitio Eccleſiæ, quam Spiritus ſanctus ſanctificat, & Chriſti participem efficit. Hanc enim ſi ignorat, multiplici periculo ſalutis ſubjacebit. Cùm enim quemlibet oporteat in diſcendo Deo & ejus cultu, aut ab ipſo Deo immediatè, aut ab eo cui Deus revelavit, & adeſt, inſtitui; ſi ignoret populum, cui Deus adeſt, & quem inhabitat, & gubernat; cum immediatè, quod publicum eſt & omnium Deus non revelet unicuique, non habebit qui in diſcendo Deo & Mediatore Dei & hominum, innitatur: ſed incertus, & vagus, præter ſeipſum ignorantia & erroribus plenum, nullum Magiſtrum habebit, atque ita de errore in errorem præcipitabitur, & tanto vehementius atque gravius, quanto ſibi videbitur veluti religioſior, diligentius quæ Dei ſunt inveſtigare.

Neceſſe eſt ergo noſſe veram Chriſti Eccleſiam, quam *Domum Dei* vocat Apoſtolus: Primo quia ipſa eſt, *columna veritatis*, per quam à falſa religione

2.Tim.3. ne cuſtodimur, adverſus quam dicit Chriſtus portas inferi, id eſt, errores, hæreſes, ſchiſmata non
Matth.16. prævalitura: quam Prophetæ tam illuſtrem futu-
Iſai.2.
Mich. 4. ram prædixerunt, ut omnibus gentibus eſſet conſpicua, uſque adeo ut pro doctrina & lege Dei diſcenda, ſeſe mutuo exhortantes omnes gentes, ad eam confluerent. Nec tantum plebej & popu-
Iſai.60. lares ex gentibus, ſed & Reges, nobiles, potentes, divites. *Ambulabunt*, inquit Iſaias, *gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortus tui.* Et ne temporariam tantum putes Lucem Eccleſiæ, *Et aperientur* (inquit) *portæ ejus jugiter, die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. Gens enim & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit.* Meritò igitur Chriſtus
Matth.18. præcepit, *hanc Eccleſiam audiendam*, eúmque, *qui non audierit, tanquam Ethnicum & publicanum habendum.*

Iſai.54. Deinde credenda & cognoſcenda eſt Eccleſia,
Gal 4. quia ipſa tanquam Mater omnia neceſſaria filiis ſuis impetrat, juxta illud Apoſtoli, explicantis quo-
Rom.8. modo Spiritus adjuvet noſtram infirmitatem. *Spiritus*, inquit, *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Facit enim nos clamare, *Abba, pater*; ideo enim Mater eſt illa ſuprema Ieruſalem omnium filiorum promiſſionis, quod dono Spiritus Sancti gemitibus poſtulet inenarrabilibus pro omnibus filiis ſuis; preces Deo placentes & gratas, veluti maternos enixus habens.

Denique, quia ipſa fidelis eſt cuſtos ac miniſtra Sacramentorum, quæ tanquam vaſcula vivificæ medicinæ ex ſua paſſione plena, Dominus nobis reliquit, quæ extra Eccleſiam prodeſſe noluit. Imò, *omnia*

Digitized by Google

omnia Sacramenta, CHRISTI ?ait D. Aug. *non ad ſalutem, ſed ad judicium habentur, ſine charitate unitatis.* Quia igitur & Eccleſia mater eſt, per quam Chriſtus in nobis eſt efficax, dicit idem Auguſt. *ſpem ponendam eſſe in Chriſto & Eccleſia.* Lib. 3. cont. lit. Petilia. cap. 40. Cont. Adimant. c. 16.

Diabolus itaque ſciens triplicem hanc fidem ad ſalutem neceſſariam: In his impedit vel aufert fidem unius Dei omnium creatoris, ut infidelibus, qui verum Deum ignorantes, colunt Idola. In aliis verò fidem mediatoris, ut Iudæis, Mahumetiſtis, qui, quia ſe juſtos & integros natos reputant, nullum agnoſcunt ſalvatorem à peccatis. In aliis denique fidem Eccleſiæ, ut hæreticis, qui quidem noſcunt redemptorem ſibi neceſſarium, ſed nolunt agnoſcere Sponſam ejus, per quam ipſe docet, quam ipſe exaudit, per quam bona ſua diſtribuit; ideoque nec integræ ſunt fidei, ſed tenebris multarum infidelitatũ excæcati, & orationes eorum vertuntur in peccatũ, nec Evangelij Chriſti fiunt participes. Pſal 108.

Si fortè Diabolus non poteſt impedire vel auferre fidem, conatur auferre charitatem, Vnde rectè D. Leo: *Sciens Diabolus Deum non ſolum verbis, ſed & factis negari, quibus non poteſt auferre fidem, aufert charitatem.* Vtroque enim modo venit homo in ejus poteſtatem, ſeu fidei ſeu vitæ perverſitate. Vnde pulchrè Chryſ. *Quemadmodum avis,* inquit, *etſi non toto corpore ſed uno tantum pede capta teneatur, in poteſtate ejus eſt, qui laqueum tetendit; ita & nos cum vita & fidei perverſitate capi valeamus, ſi vita ſolum oberraverimus, in jus Diaboli venimus.* Ser. 4. de Collect. Matth. 22. Hom. 6. in 2. ad Tim.

Novit præterea Diabolus ablata vel amiſſa charitate, ipſam etiam fidem facile amitti. Vnde D. Paulus dicit: *quoſdam repellentes bonam conſcien-* 1. Tim. 1.

tiam, quæ ex charitate ejuſque operibus bonis naſcitur, *naufragaſſe circa fidem*, id eſt, fidei naufragium feciſſe, vel ipſam amiſiſſe. *Citò fides inexercitata langueſcit*, inquit S. Ambr. in Pſal. 118. ſerm. 11. Fides enim, quæ ſine operibus mortua eſt, Deo juſtiſſimè deſerente, citò frequenter amittitur, facileque cætera bona ſine charitate poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe, cùm *dignus ſit*, teſte Proſpero, *perdere inutilem fidem, qui non exercuerit charitatem. Atque ut in fide eſt operũ ratio*, (quia, *intentionem dirigit, qua opus facit bonũ*) ut inquit Aug. *ita viciſſim in operibus eſt fidei fortitudo*, quemadmodum ait D. Leo. Quod ſi ad fidei firmitatem, vitæ valet integritas, profectò ad illam infirmandam, extinguendámque non mediocriter vitia conferunt. Ut enim eſt luminoſa charitas, ita eſt è diverſo tenebricoſa cupiditas.

Iacob 2. Lib. 2. de voc. gent. c. 8. & 11. In præfat. Pſal. 31. Ser. 5. de collect.

D. Auguſt. tractans illum verſiculum Pſalmi 7. *Propter hanc in altum regredere, Propter hãc*, inquit, *congregationem* (Gentilium, quos Deus relictis Iudæis, aſſumpſit) *peccatis ſuis à ſe lumen veritatis abalienantem, Dominus in altum regreditur, id eſt, ut aut nullis aut perpaucis (de quibus dictum eſt: Beatus qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit:) teneatur & percipiatur ſincera fides, & ab omnium pravarum opinionum labe purgata: ut verè dictum ſit, Putas cum venerit filius hominis, inveniet fidem in terra? & illa veniat per Prophetam denuntiata fames Verbi.* Hæc Auguſt.

Pſal. 7. & ibi Auguſt. Matth. 24. Luc. 18. Amos 8.

De utraque hac virtute fide, & charitate, earumque neceſſitate ita S. Leo: *Quia ſicut Apoſtolus ait, In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium; ſed fides, quæ per dilectionem operatur, ſimul*

Serm. 7. de Quadr. Galat. 5.

mul atque conjunctim & charitati ſtudeamus & fidei. Hic eſt enim quidam efficaciſſimus geminarum alarum volatus, quo ad promerendum & videndum Deum puritas mentis attollitur, ne onere curarum carnalium deprimatur. Nam qui ait, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, idem dicit, ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Vnde duo hæc, in quibus omnium præceptorum doctrina concurrit, ſtudioſius appetantur, quibus ſinguli quique fidelium, & ſacrificium Deo efficiantur, & templum. Inſtet fides ſperare quòd credit, inſtet charitas propitiare, quod diligit: utrumque amantis eſt, utrumque credentis. Et qui intelligentiæ conceſſione ſubjicimur, eidem pietatis imitatione jungamur. Sic Leo. Hebr. 11. 1. Cor. 13.

Quandoquidem ergo utraque virtus ad ſalutem neceſſaria ſit, & tantopere conetur Diabolus utramque vel alteram impedire, vel auferre; ſequatur Chriſtianus admonitionem Apoſtoli Pauli dicentis: *Curent bonis operibus praeſſe qui credunt Deo.* Et meminerit illius Apoſtoli Iacobi; *Quid proderit, Fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat: Nunquid poterit fides ſalvare eum?* Audiat etiam D. Auguſt. ita loquentem: *Ille ſperat, qui bonam conſcientiam habet; quem verò pungit mala conſcientia, retrahit ſe à ſpe, & non ſibi ſperat, niſi damnationem. Vt ergo ſperet regnum, habeat bonam conſcientiam, & ut habeat bonam conſcientiam, credat & operetur, quia quod credit fidei eſt; quod operatur charitatis eſt.* Ita Auguſtin. Tit. 3. Iac. 2. In Pſal. 31. in præfat.

MONI

MONITUM VIII.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.

Galat. 5.

Mat.8.9.19 Marc.7.8. DEo inimica eſt gloriæ Cupiditas; quam etiam fugiendam oſtendit Chriſtus in Evangelio, quando patrato aliquo inſigni miraculo, aliquoties ait, *Vide nemini dixeris*, aut quid ſimile. Non quòd prohiberet opera Dei revelare, & confiteri; Tob.8. quod honorificum eſſe, dixit Angelus Tobiæ: Ser. 1. de Anniverſ. ſui Pontifi. *Et ingratæ mentis indicium eſt*, inquit, D.Leo; *beneficia tacere Divina*; ac matronæ cuidam graviter indignatus fuit S.Auguſt. lib.21. Civit.c.8. eámque objurgavit; quod miraculum illuſtre circa ſe factum, latere permiſiſſet, fecítque ut & aliis revelaretur. Sed ſignificat Dominus, quòd non eſſet vanæ gloriæ cupidus, nos Matth. 9. Marc. 7. inſtruens. Hoc intellexerunt cæci illi à Chriſto illuminati quibus dixerat; *Videte ne quis ſciat: illi autem diffamaverunt eum in tota terra illa.* Magnæ ſunt vires hujus cupiditatis, *atque hujus hoſtis vires non ſentit*, inquit, Auguſt. Aug.epiſt. 64. *niſi qui ei bellum indixerit, quia etſi cuiquam facile eſt, laude carere dum denegatur, difficile eſt ea non delectari, cùm offertur.* Et D.Hieron. In Epitap. Fabiolæ. *Difficilius*, ait, *arrogantia, quàm auro caremus & gemmis; his enim abjectis, interdum glorioſis tumemus ſordibus, & vendibilem paupertatem populari aura offerimus*, & de D.Hilar. in vita Hilarion. *Mirētur alij ſigna, quæ fecit, incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem*; *ego*, inquit, *nihil ita ſtupeo, quam gloriam illum, & honorem calcare potuiſſe.*

Obtenta

Digitized by Google

Obteuta in bello Turcico inſigni victoria, cujus præcipui Duces, Ioannes Huniades Imperator Exercitus Chriſtiani, & Ioannes Capiſtranus, concionator egregius; nec Huniades Capiſtrani, nec Capiſtranus Huniadis mentionem fecere, in iis Literis, quas de obtenta victoria, ſive ad Romanum Pontificem, ſive ad amicos ſcripſere, per ſuum quiſque miniſterium Deum Chriſtianis dedediſſe victoriam affirmavit. *Avariſſima honoris humana mens,* (inquit Pius ſecundus, qui hanc narrat hiſtoriam) *facilius regnum & opes, quam gloriam partitur. Potuit Capiſtranus patrimonium contemnere, voluptates calcare, libidinem ſubigere, gloriam verò ſpernere non potuit. Conveniat* (ait D. Hieron.) *unuſquiſque cor ſuum, & in omni vita inveniet, quam rarum ſit fidelem animam inveniri, ut nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob hominum rumuſculos faciat, Difficile eſt, Deo tantum iudice eſſe contentum.* Pius ſecun. in deſcrip. Europæ. cap. 8. Cont. Lucifer.

Huic cupiditati laudis, & gloriæ vitio, non ſolum non reſiſtebant Gentiles, verum etiam id excitandum & accendendum eſſe cenſebant; ut quando dicit Cicero, *Principem alendum eſſe gloria,* cùm de eo inſtituendo agit, putans hoc eſſe Reipub. utile. Et alibi; loquens de ſtudiis artium, (*quæ utique ſectanda ſunt,* (inquit D. Auguſt.) *non ventoſitate laudis humanæ, ſed fine veri boni,* hanc generalem intulit concluſionem; *Honos alit artes, omneſque accenduntur ad ſtudia gloriâ, jacentque ea ſemper quæ apud quoſque improbantur.* In lib. de Rep. In Tuſcula. in proœmio. Lib. 5. de Civ. c. 13.

Verum uti eodem loco aſſerit idem Aug. *Huic cupiditati melius reſiſtitur quam ceditur: tantò enim quiſque eſt Deo ſimilior, quātò ab hac immūditia mūdior: quæ in hac vita etſi nō fūditus eradicatur ex corde* Ibidem ca. 14.

Digitized by Google

quia etiam bene proficientes animos tentare non ceſſat, ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur dilectione juſtitiæ;ut ſi alicubi jacent quæ apud quoſque improbantur;ſi bona,ſi recta ſunt,etiam amor humanæ laudis erubeſcat, & cedat amori veritatis. Tam eſt enim hoc vitium inimicum piæ fidei,ſi major in corde ſit cupiditas gloriæ,
Ioan. 5. *quàm Dei timor,vel amor,ut Dominus diceret; Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis:& gloriam,quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Itē*
Ioan. 12. *de quibuſdam qui in eum credentes verebantur palàm confiteri, ait Evangeliſta:dilexerunt hominum gloriā magis quàm Dei. Non ita fecerunt Apoſtoli,qui etiam, ubi nomen fidei deteſtabile erat, prædicare non ceſſabant,etiam inter pericula, perſecutiones. Audierant*
Matth. 10. *enim à Magiſtro ſuo: Qui negaverit me coram hominibus,negabo & ego eum coram Patre meo.Et Apoſto-*
2. Cor. 6. *lus incedere nos vult in via Domini & juſtitiæ,per infamiam & bonā famam,per gloriam & ignobilitatem.*

In Conſt. Monaſt. c. 11. Hoc autem cupiditatis grave malum, duo alia graviſſima mala producit,uti ait D.Baſilius;Primū, quod *honeſtas omnes actiones ſubvertit*;unde idem author: *Inanis gloria ſpiritualium opum eſt latro,blandus animarum hoſtis, tinea virtutum, ſub mellis illitu fraudis ſuæ venena propinat, & poculum mortiferum*
Hom. 29. in Matth. *porrigit*. Sic & D.Chryſ. de vanæ gloriæ cupiditate diſſerens;*Clam*,ait, *hæc ingreditur beſtia,cunctaque bene orientia,intus, maxima cum quiete,& abſque ullo*
Hom. 15. in Matth. *ſenſu perdentis,exportat*. Et alibi:*Subducta humilitate etiāſi ad ipſum uſque cœlū converſationis ſublimitate pervenias,ſimul omnia ſubtrahuntur,atque in finem peſſimum relabuntur.Etenim ſive orationem,ſive jejunium,ſive miſericordiam, ſive pudicitiam, ſive aliud quid bonorum abſque humilitate congreges,ſtatim cuncta defluunt, cunctáque depereunt.*

Quod

Digitized by Google

Quod vel in apertiſſima ſcelera præcipitet: Vnde orat David ſollicitè: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: Ibi*, id eſt, in pede ſuperbiæ, inquit Aug. *ceciderunt qui operantur iniquitatem.* Vel quod hac graviſſima peſte necet, videlicet, bonorum operum fructũ intercipiendo. Hinc rectè monet D. Auguſt. *Cætera vitia in peccatis, ſuperbia etiam in rectè factis timenda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur.* In quibus dum ſibi placet homo, efficit ut nihil placeat Deo, ſolamque virtutum inanem ſpeciem relinquat. *Computrui coram oculis Domini*, ait Auguſt. *placens mihi, & placere cupiens oculis hominum.*

Pſal. 35. in illud pſ.

Epiſt 55. & in ſent. Proſp. Sent. 48.]

Lib. 2. Cõf. cap 1.

Alterum malum eſt; quod etiam *ad improbas actiones impellat.* Dictũ eſt jam ex Evang. quod quoſdam impedierit ne in Chriſtum crederent alios vero jam credentes, ne illum confiterentur. Nonne Pilatus Chriſtum Dominum, quem innocentem ſciebat, & fatebatur, Iudæis tradidit, ut crucifigeretur, ita quærens demereri homines? Et Herodes Rex, ut eſt in Actis, *Occidit Iacobum fratrem Ioannis gladio; Videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit, ut apprehenderet & Petrum.* Et ut ex Gentilitate aliquid adferamus; *Multi apud Gentiles ſceleribus innoteſcere, & gloriam aſſequi non dubitarunt*, inquit Valer. Max. Sic Pauſanias cum Hermoclem percunctatus eſſet, quonam modo ſubitò poſſet clarus evadere; atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem aliquem virum occidiſſet, futurum ut gloria ejus ad ipſum redundaret; continuò Philippum interemit. Inventus eſt etiam, qui Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo conſumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem diffunderetur;

Ioan. 5. & 12.

Luc. 23.

Act. 12.

Lib. 8. c. 15.

retur, quē mentis furorem, eculeo impoſitus, detexit.

Lib. 2. Cōf. cap. 3. De ſe ait D. Auguſt. ante converſionem; *Præcepſ ibam tanta cæcitate, ut inter coætaneos meos puderet me minoris dedecoris, quàm audiebam eos jactantes flagitia ſua & tanto gloriantes magis; quantò magis turpes eſſent: & libebat malum facere, non ſolum libidine facti, verumetiam laudis. Quid dignum eſt vituperatione niſi vitium? Ego, ne vituperarer; vitioſior fiebam Et ubi non ſuberat quo admiſſo æquarer perditis, fingebam me feciſſe, quod non feceram; ne viderer abjectior, quo erā innocentior; & ne vilior haberer, quo erā caſtior.* Ita Aug. *Tanta eſt*, ait idē, *perverſitas generis humani, ut aliquando metuendum ſit, ne caſtus erubeſcat inter impudicos*, in lib. de Decach. c. 9. Queritur Plautus in Trinūmo; *Ambitio jam more ſancta, libera eſt à legibus. Laudatur*, ait Pſalmiſta;

Pſal. 9. *peccator in deſideriis animæ ſuæ; & qui iniqua gerit, benedicitur. Sed qui laudari vult ab hominibus*, (inquit S. Au-

Lib. 10. Cōf. cap. 36. guſt. ad Dominum,) *vituperante te, non defenditur ab hominibus, judicante te, nec eripitur, damnāte te. Quādo verò laudatur homo propter aliquod verum bonum, ſed ille plus gaudet ſibi, laudari ſe, quam ipſum bonum*

Ibidem. *habere, unde laudatur; etiam iſte*, inquit, *te vituperante laudatur. Et melior jam ille qui laudavit, quàm iſte qui laudatus eſt. Illi enim placuit in homine Dei donum, huic amplius placuit donum hominis quàm Dei.*

Pſal 118. Meritò ergo orabat Propheta; *Averte oculos meos ne videant vanitatem. In qua vanitate præcipuum locū*

In eund. Pſ. Auguſt. *obtinet amor humanæ laudis*, ait D. Aug. *propter quam multa magna fecerunt, qui magni in hoc ſeculo nominati ſunt.* Contra quam idem Auguſt. ita Dominum

Lib. 10. cap. 36. precatur in Confeſſ. *Nobis quoniam neceſſarium eſt propter quadā humanæ ſocietatis officia amari & timeri ab*

ri ab hominibus, inſtat adverſarius veræ beatitudinis noſtræ, ubique ſpargens in laqueis, euge, euge, ut dum avidè colligimus, incautè capiamur, & à veritate tua gaudium noſtrum deponamus, atque in hominum fallacia ponamus, libeatque nos amari & timeri, nō propter te, ſed pro te, atque iſto modo ſui ſimiles factos, ſecum habeat non ad concordiam charitatis, ſed ad conſortiū ſupplicij, qui ſtatuit ſedem ſuam ponere ad Aquilonē. Nos autem Domine, puſillus grex tuus ecce ſumus, tu nos poſſide. Prætende alas tuas, & fugiamus ſub eas. Gloria noſtra tu eſto, propter te amemur, & verbū tuū timeatur in nobis. Ita D. Aug. qui & alibi; *Chriſtianus totus debet eſſe corā Deo, & humana omnia contemnere, Quod autem datur laudis atque accipitur, totum ad Dei gloriam, & proximi utilitatem referendum, cui conſulere non potes, ſi nimia dejectione vileſcas.* 2. Pet. 5. Iſai. 14. Luc. 11. Epiſt. 64. ad Aurelium.

B. Laurentius Iuſtinianus cum de Rectoribus Civitatum loqueretur, quaſi illorū laboribus condolens? *Non ſine clementia Dei fieri putabat, ut virtutis comes eſſet gloria, & quaſi laborum curarūque delinimentū aliquod; Tantiſper autem gloriæ cupiditati ignoſcendū, dum virtutē velut ancilla ſequeretur, non autem quaſi domina præcederet.* Et D. Aug. *Laude*, inquit, *ut careamus, nunquid malè vivendū eſt, & tam perditè atque immaniter, ut nemo nos noverit qui non deteſtetur? Quæ major demētia dici aut cogitari poteſt? At ſi bona vita bonorúmque operum comes & ſolet & debet eſſe laudatio, tā comitatum ejus, quàm ipſam bonā vitā deſeri nō oportet.* Et fatetur ibi Aug. *delectari ſe laudibus, amplius tamē ipſa veritate quàm laudibus. Verūtamē*, inquit, *nollē ut vel augeret mihi gaudiū cujuſlibet boni mei, ſuffragatio oris alieni; ſed auget fateor, nō ſolū, ſed & vituperatio minuit.* Quod tamē re- In vita c. 9. Lib. 10. cōf. cap. 36. Ibidem.

Digitized by Google

ctè fieri oſtendit, *cùm quis de profectu aut ſpe proximi delectatur, cùm bene intelligentis laude delectatur; & rurſum cùm quis ejus malo contriſtatur, cùm audit eũ vituperare, quod aut ignorat, aut bonum eſt. Non enim tantũ imperavit nobis Dominus continentiam, id eſt, à quibus rebus amorẽ cohibeamus: Verùm etiam juſtitiã,* Deuter. 6. *id eſt, quò eum conferamus, nec ſe tantùm voluit à no-* Luc. 10. *bis, verumetiam proximum diligi.* Hæc D. Auguſt.

MONITUM IX.

Niſi efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum.

Matth. 18.

LAborabant Apoſtoli ambitionis vitio, ideoque frequens erat inter illos contentio, quis eorum eſſet major. Voluit Dominus hoc dicto *deſiderium gloria humilitatis contentione ſanari*, inquit. Hiero. Et quis quæſo ab iſto malo immunis eſt? Nec ſeculares nec Eccleſiaſtici. Et quis dicat quas turbas, quæ ſcandala dederit hoc malum Eccleſiæ Dei? S. Ambroſio ægrotante ſtatim quidam Diaconi inter ſe tractare cœperunt, quis poſt ejus mortem ordinandus eſſet Epiſcopus, ut Paulinus refert. Divus Auguſtinus tractans locum Apoſtoli; *Non in comeſſationibus & ebrietatibus*, &c. quando agit de contentione & æmulatione, *Iſta*, inquit, *vitia non in plebe* (ut priora) *ſed in noſtro numero ſunt graviora. Quorum morborum mater ſuperbia eſt, & humanæ laudis aviditas.* Alexander magnus Clitum amicum optimum occidit, *quòd memoriam Philippi patris tueretur, ejuſque res geſtas laudaret, cùm ipſe*

Luc. 22. Matth. 20. Lib. 3. Cōment. in Matth.

In vita Ambr.

Epiſt. 64.

ſe

ſe patri præferret. Idem Dario petenti ut regnum cú eo partiretur, reſpondit: *præſtiturum ſe, ſi ſecundus ſibi, non par haberi vellet: Mundum nõ poſſe regi duobus ſolibus, ſic nec duobus regibus.* Dicebat Cæſar, *ſe in parva civitate malle eſſe primum, quàm in magna ſecundum.* De eodem & Pompeio, Florus; *Nec hic ferebat parem, nec ille ſuperiorem.* Vnde ille. Iuſt. lib. 12. Iuſt. lib. 11. Plutarch in Cæſare.

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit. Lib. 4. c. 2. Lucanus.

Atque una hæc ſuperbia eſt, quam jure *omnium hæreticorum matrem eſſe,* cenſuit Auguſt. Sic Novatus contra Cornelium diviſionem fecit; quia non poterat obtinere ejus Epiſcopatum; Donatus contra Cæcilianum; Arius contra Alexandrum, &c. Similiter & ejus proles, zelus & æmulatio, pietatem infeſtiſſimè perſequitur. *Hinc,* inquit, D. Cyprian. *vinculum pacis rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, ſcinditur unitas, ad hæreſes & ſchiſmata proſilitur, dum obtrectatur Sacerdotibus, dum Epiſcopis invidetur, dum quis aut queritur ſe non potius ordinatum, aut dedignatur alterum ferre Præpoſitum,* &c. Ita Cypr. *Non vult Dominus,* inquit S. Leo, *ut ad ludicra infantiæ & imperfecta primordia redeamus, ſed aliquid quod etiam annos graves decet, inde ſumendum eſt: velox commotionum tranſitus, citus ad pacem recurſus; nulla ſit memoria offenſionis, nulla cupiditas dignitatis, amor ſociæ dilectionis æqualitas naturalis.* Cont. epiſt. fundam. cap. 6. Ser. de zelo & livor. Serm. 7. de Epiphan.

Et ut paulò latiùs diſſeramus de hac ſententia Domini. Primò, illis ſimiles effici debemus per innocentiam. Nihil enim parvuli ante uſum rationis agunt mali, unum peccatum habuerunt, in quo concepti & nati ſunt, baptiſmo ſanatum eſt. Pſal. 50. Rom. 5.

Et concupiſcentia mala in qua omnia mala contineñtur, in ipſis adhuc ſopita eſt, nondú vim ſuã exe-
2. Cor 14. rit. *Malitia*, inquit Paulus, *parvuli eſtote*. Tales effici
Apoc. 21. debemus, ut ſalvemur. *Nihil enim coinquinatum intrabit in cæleſtẽ Ieruſalẽ. Univerſitas fidelium*, inquit
Ser. 12. de Quadr. S. Leo. *ad perfectã innocentiã, & ad plenam debet tẽdere puritatem, ut eorum conſortio mereatur adſcribi, de quibus dicitur; Beati mundo corde, quoniã ipſi Deum
Matth. 5. videbunt. Ideo omni inſtantia & virtute nitendum eſt,
Prov. 20. ut quicquid ſecretum conſcientiæ maculat, quicquid aciẽ mentis obſcurat, diligentiſſimis emendationibus deleatur. Quãvis enim ſcriptum ſit; Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut mundum ſe eſſe à peccato? nõ tamen deſperanda eſt apprehenſio puritatis, quæ dum ſemper appetitur, nec ſemper accipitur, nec remanet judicio condemnãdum quod fuerit confeſſione purgatum.*
Epiſt. 59. quæſt. 1. Vide etiam de nat. & grat. c. 35. Et Aug. oſtendens, quomodo hinc innocẽtes, id eſt, ſine peccato exire poſſimus, etſi innocentes id eſt, ſine peccato non vixerimus; *Qui*, inquit, *miſericordia Dei adjutus & gratia, ſe ab eis peccatis abſtinuerit, quæ etiam crimina vocantur, atque illa peccata ſine quibus hîc non vivitur, mundare operibus miſericordiæ & piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire ſine peccato, quamvis cùm hic viveret, habuerit nonnulla peccata; quia ſicut iſta non defuerunt, ita etiam remedia, quibus purgarentur, affuerunt.*

Lib. 1. conf. cap. 0. Deinde parvulis ſimiles efficimur per humilitatem, cujus *ſignum in parvulis probavit Dominus* ait
Matth. 19. D. Auguſt. *quando dixit, Talium eſt regnum cælorum.* Videns enim parvulos creſcente paulatim ætate, evigilante ratione, concupiſcentia reviviſcente, in peccata ferri præcipites, in ipſa ſtatura, pueri, dicit nobis commendari ſignum humilitatis. Ut

quomo

Digitized by Google

quomodo illi ſtaturâ ſunt puſilli, ita & nos parvi ſimus in oculis noſtris, humilitate, ac demiſſa de nobis ipſis exiſtimatione. *Si quis enim exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit*, inquit Apoſt. Galat. 6. Galat. 1 & ibi Auguſt. Et de Ioanne, Iacobo, & Cepha. *Videbantur*, ait, *aliquid eſſe, ſed nihil erant*, ut ibi notat S. Aug. Et rurſum de Philoſophis; *Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt*. Rom. 1. Sic Dominus in Evangelio; *Cùm*, inquit, *feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Servi inutiles ſumus*. Luc. 17. Ad hanc humilitatē multa nos hortantur. (Omitto miſerias corporis) Illam in nobis excitat 1. Noſtra in bono propoſito inconſtantia. 2. Defectus proprij multi ac varij. 3. Ipſa bona opera, tāta imperfectione permixta. 4. Majora & excellentiora aliorum opera. 5 Opera bona, etiamſi in te magna ac pura eſſent; *Quid ſunt vera merita tua*, ait Aug. *niſi Dei munera?* Lib. 9. confeſſ. c. 13. 6. Perſeverantiæ incertitudo, *Nemo enim eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine mutabilitatis incerto*, inquit Proſp. Ad Demetriad. *Ceciderunt ſtellæ de cœlo, & ego pulvis quid præſumo? Qui comedebant panem Angelorum, vidi ſiliquis delectari porcorum.* Kemp. lib. 3. c. 15. Matth. 24. Thren. 4.

Denique parvulis ſimiles effici debemus, per obedientiam D. Baſil. mota quæſtione, *Quo modo quis poſſet ut parvulus intrare in regnum cœlorum? Si*, inq. *tales nos præbeamus ad doctrinam Dei, qualis eſt parvulus in percipiendis diſciplinis, qui non contradicit, neque diſputans ſe adverſus magiſtros defendit, ſed tradita ſibi præcepta cum fide & obedientia ſuſcipit.* In Reg. brevior. lib. reg. 217. Verbum, Quomodo, in rebus fidei cavēdū; *Iudaicum enim eſt*, & extremi ſupplicij cauſa, inquit Cyrill. In Ioan. lib. 4. c. 14. *Oportet diſcentem credere*, ait Ariſtoteles: & Apoſtolus Paulus; *Si quis*, inquit, *vult contentioſus eſſe*, non acquieſcens traditæ ſibi veritati, *nos talem conſue-* 1. Cor. 11. & ibi Chryſoſt.

tudinem non habemus, ut videlicet contendamus, ait Chryſoſt. *neque Eccleſia Dei.* In Chriſtiana religione debet eſſe ſimplicitas ſancta. *Semper habui*
Ad Creſiphont. *ſtudio*, inquit Hieron. *non argumenta Philoſophorum ſectari, ſed Apoſtolorum ſimplicitati acquieſcere.* Et D.
Lib 10. cõf. cap. 35. Auguſt. petens liberari à tentatione quam ſuggerebat Diabolus, ut ſignum aliquod peteret, *Tibi Domine*, inquit, *humilem ac ſimplicem famulatum debeo:* petitque à Deo, ejus conſenſionem ſemper á ſe eſſe longiſſimè.

Lib 5. in Luc. Geneſ. 3. Similiter in rebus morum cavendum eſt. Verbum, Quare; *Serpentina vox iſta eſt*, ait Ambroſ. *Quare præcepit vobis Deus*, unde qui ſimiliter dicũt, *patris ſui venena diffundunt.* Hinc Apoſtolus Philip-
Philip. 2. penſes monet, *Omnia facite ſine murmurationibus & hæſitationibus, ut ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei.* Ad laudem populi Gentilis dicitur, *In auditu auris*
Pſal. 17. *obedivit mihi:* ſignificatur facilitas & promptitudo obediendi, ſtatim ut audivit veritatis prædicationem. Monet Ruſticum D. Hieron. *Præpoſitum timeas*
In epiſt. ad Ruſt. *ut Dominum, diligas ut Patrem. Credas tibi ſalutare, quicquid ille præceperit, nec de majoris ſententia judices, cujus officij eſt, obedire & implere quæ juſſa sũt, dicente Moyſe; Audi Iſrael, & tace. Imperfecti cordis,*
De præc. & diſpenſ. *& infirmæ prorſus voluntatis inditium eſt*, ait D. Bernard. *ſtatuta ſeniorum ſtudioſius diſcutere, hærere ad ſingula quæ injunguntur, exigere de quibuſque rationem & malè ſuſpicari de omni præcepto cujus cauſa latuerit, nec unquam libenter obedire, niſi cùm audire contigerit, quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtravit, vel aperta ratio, vel in-*
Lib. 2. Reg. cap. 4. *dubitata authoritas. Diſputare hoc eſt in æſtu cordis, non in auditu auris obedire*, &c. ſic D. Gregor. *Vera*

obedientia

Digitized by Google

obedientia nec præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit, quia qui omne vitæ ſuæ judicium majori ſubdit, in hoc ſolo gaudet, ſi quod ſibi præcipitur, operatur. Neſcit enim judicare, quiſquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantùm bonum putat, ſi præceptis obediat. Ita Gregor.

Valdè commendatur obedientia ſine mora, quæ ex hac animi moderatione quam iſti Patres expreſſerant, facilè fluit, quæ tamen non debet eſſe talis ac tam cæca, ut non liceat dijudicare, quale ſit quod jubetur; ſed quia promptè faciendum eſt, quod jubetur, ubi nihil apparet divinis contrarium inſtitutis. Vnde illud reprehendit D. Bern. *Non attendere quale ſit quod præcipitur, hoc ſatis eſſe quod præcipiatur.* Cùm enim hanc ille, ad quem ſcribit, interpretaretur eſſe obedientiam, ſine mora reſpondit ei Bernard. *Si ſic eſſe oporteat, ſine cauſſa legi in Eccleſia; Omnia probate, & quod bonum eſt tenete. Deleri quoque de libro Evangelij illud oportere, Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, cùm alterum ſufficiat quod additur; Et ſimplices ſicut columbæ. Nec dico,* inquit, *à ſubditis mandata præpoſitorum eſſe dijudicanda, ubi nihil juberi deprehēditur divinis contrariū inſtitutis, ſed neceſſariam aſſero & prudentiam, qua advertatur, ſi quid adverſetur; & libertatem, qua & ingenuè contemnatur. Cæterùm iſte, nihil,* inquit, *habeo interrogare, viderit ille qui juſſerit. Dic, quæſo, ſi dato in manu gladio ſuum te armari juſſiſſet in jugulum, acquieviſſes? aut ſi ſe tuo voluiſſet impulſu in ignem vel in aquā præcipitē dari, obtemperaſſes? Nonne etiam ab his non prohibere cùm poſſis, in crimen tibi reputatur homicidij?* & alia quæ ſequuntur eodem pertinentia.

Epiſt. 7. ad Adamum Monach.

1. Theſſ. 5.

Matth. 10.

Digitized by Google

MONITUM X.

Patientia vobis neceſſaria eſt, ut reportetis promiſſionem.

Hebr. 10.

DVplex Chriſtianis patientia neceſſaria eſt, una in ſufferendis malis præſentibus quæ prædicta ſunt; Altera in exſpectandis futuris bonis quæ promiſſa ſunt. Debet in primis agnoſcere Chriſtianus conditionem ſuam, quæ eſt *manducare* Pſal. 126. *panem doloris*, ut loquitur Pſalmiſta, ob antiqua peccata & quæ quotidie adjicit.

Sunt autem duplices tribulationes; Quaſdam enim communes habet cum aliis hominibus etiam Eccleſ. 40. malis, ut ægrotare, eſurire, pauperem eſſe, ſpoliari bonis, laborare, &c. de quibus ſapiens; *Grave jugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium.* Sic peſtilentia etiam bonos corripit, ſterilitas etiam agros juſtorum invadit, etiam inno- De Morta. centes exuuntur bonis, &c. *Quoſdam movet*, inquit D. Cyprian. *quod nobis cum Gentilibus ſit mortalitas iſta communis.* Quibus reſpondet; *Non ad hoc credidit Chriſtianus, ut immunis à contactu malorum, mundo feliciter perfruatur, ſed ut omnia hic adverſa perpeſſus, ad futuram lætitiam reſervetur. Quamdiu in iſto mundo ſumus, cum genere humano carnis æqualitate conjungimur, ſpiritu ſeparamur.*

Digitized by Google

Quaſdam verò tribulationes proprias habet, quas nimirum patitur, quia juſtus, quia bonus, quia Deo ſervit. Vnde ibidem Cyprian. *Scire debet Chriſtianus plus ſibi quam cæteris in ſeculo laborandum, cui magis ſit cum Diaboli impugnatione luctandum*, & D. Auguſt. *Non putet Chriſtianus, quia Chriſtianus, quòd melius aliquid habebit in hoc ſeculo, imò quia Chriſtianus, aliquid plus paſſurus eſt. Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur*, inquit Apoſtolus. Et Sapiens: *Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Prior labor eſt*, ait D Aug. *ut diſpliceas tibi, ut peccata tua expurges, & muteris in melius: ſecundus labor eſt, pro eo quod mutatus es, ferre tribulationes, & tentationes hujus ſeculi, & inter illas perſeverare uſque in finem.* De mortal. De Paſtor. cap. 5. 2. Tim. 3. Eccleſ 2. In Pſal. 59.

Veriſſimè D. Gregorius quandam Religioſam feminam, cùm de perſecutione quereretur, admonuit: *Confidenter dico, quia minus piè vivis, ſi minus perſecutionem pateris.* Tametſi enim foris nulla ſit adverſitas à malis, cruciatur tamen intus in animo, ob eorum ſcelera, quibus Dei legem, ejuſque juſtitiam variis modis ab eis violari conſpicit. *Quid enim*, inquit Auguſt. *hic magis perſequitur vitam bonorum, quam vita iniquorum? non cùm cogit imitari quod diſplicet, ſed cùm cogit dolere, quod videt. Quoniā coràm pio vivens impiè, etſi non obligat conſentientem, cruciat ſentientem. Et pia eſt iſta triſtitia & ſi dici poteſt, beata miſeria, vitiis alienis tribulari, non implicari; mœrere, non hærere; dolore contrahi, non amore attrahi.* Idcirco Eccleſia lamentatur, *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Quia*, ut D. Bern *Etſi pax ei ſit a paganis & hæreticis, pax tamen* Lib. 6. Reg. Epiſt. 17. Epiſt. 145 Serm. 33. in Cant.

 non

non ſit à filiis, ſed bellum triſtiſſimum. Et quæ amara prius fuerat in nece martyrum, ac poſt amarior in conflictu hæreticorum, omni tempore, lociſque omnibus amariſſima eſt in moribus domeſticorum. Ita Bernard.

Patientia ergo nobis neceſſaria, quæ ſi deſit, periclitatur homo de gravi lapſu. Vnde Sapiens: *Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam.* Facilè enim diſcedunt à fide, charitate, Eccleſia. *Impatientia in Eccleſia etiam hæreticos facit,* inquit Cypr. Clarum eſt in Tertulliano viro tanto, de quo refert D. Hieron. quod *invidia & contumeliis clericorum Romanæ Eccleſiæ ad Montani dogmata delapſus ſit.* Imò ſine patientia nulla virtus perficitur, id eſt, in virtute non perſeveratur. Vnde ibidem Cypr. *Tolle charitati patientiam, & deſolata non durat. Patientia,* ait D. Iacob. *opus perfectum habet*, quod Cyprianus intelligit non de virtutis ſumma excellentia, ſed de virtutis perſeverantia.

Eccleſ. 2.
De bo. patient.
De Scrip. Eccleſ.
Vide Mon. 45.
Ibidem.
Iacob. 1.

Secundò, patientia Chriſtianis neceſſaria, quòd patienter ac longanimiter expectare debeant promiſſum præmium ſuorum operum, licet diu differi videatur. *Abraham longanimiter ferens,* ait Apoſtolus, *adeptus eſt repromiſſionem. Si moram fecerit, expecta eum,* ait Propheta, *quia veniens veniet & non tardabit.* Et Apoſt. *Si quod non videmus ſperamus, per patientiam expectamus.* Et Iacob. *Patientes eſtote fratres, uſque ad adventum Domini. Ecce Agricola expectat pretioſum fructum terræ; patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum. Non te terreat ô Chriſtiane quòd credita differuntur,* ait D. Aug. *licet enim in abſcondito ſit promiſſio, in ſpe tamen perſeveret oratio, exercere operibus, creſce virtutibus, dum fidei conſtantia probatur, gloria retributionis augetur.*

Hebr. 16.
Abac. 1.
Rom. 8.
Iacob. 4.
Sermo. 93.
Tob. 3.

Dicebant

Digitized by Google

Dicebāt amici Tobiæ ad eū, cùm poſt tot opera magnifica adhuc cæcitate percuſſus eſſet; *Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos dicens; Nolite ita loqui, quoniā filij ſanctorū ſumus, & vitā illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.*

Narrat Euſeb. quod obtritis ubique varia perſecutione Chriſtianis, exultabant gentes & magnificabant Deos ſuos, quorum virtute ſumpta de illis ſupplicia dicerent: ſi quis autem inter ipſos paulo mitior vel humanior videbatur, Vbi nunc eſt, dicebant, Deus eorum? Et quid profuit eis iſta religio, pro qua etiam animas poſuerunt? Quibus ita vult reſponderi. D. Auguſt. *Deus meus ubique præſens eſt, ubique totus, nuſquam incluſus, qui poſſit adeſſe ſecretus, abeſſe non motus. Ille cum me adverſis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata caſtigat, mercedemque mihi æternam pro toleratis piè malis temporalibus ſervat.* Lib. 5. hiſt. cap. 3. De civit. lib. 1. c. 29.

Qui credit in eum, non feſtinet, ait Propheta. Talis eſt ille, qui contemptis futuris quæ promittuntur, ſed aduc procul eſſe videntur, amplectitur terrena, & præſentia, quæ ante oculos ſunt. *Hoc eſt feſtinare*, ait D. Aug. *non attendere quod promiſit Deus, quia longè eſt & ad id reſpicere quod proximum eſt, unde jā liberatus es. Reprehenditur in ſcript. affectus iſte feſtinantiū, reprobati ſunt in populo Iſraël qui feſtinaverunt aſſiduè. Qui ſunt enim qui feſtinant? Qui cōverſi ad Deum, cum hîc non invenerint requiē quam quærebant, & gaudia quæ promittebantur, tanquā in itinere deficientes, & longum ſibi quiddam donec hoc ſæculū, vel hæc vita finietur, reſtare arbitrantes, & quærentes hîc aliquam requiem, quæ ſi habetur falſa eſt, reſpiciūt retro,* Iſai. 27. In Pſal. 83.

decidunt à propoſito, nec attendunt, cum quanto terrore dictum ſit, Luc. 12. *Mementote uxoris Loth; Vt quid enim in ſtatuã ſalis verſa eſt, ſi non homines cõdit, ut ſapiãt?* Hæc Aug. Dicitur apud Sapientem, quod principes Eccleſ. 10. & cives terrenæ civitatis, cui præeſt Diabolus, *manè comedunt*, id eſt, ait S. Aug. *ante horum congruam:* De civit. li. 17. c. 20. *quia non expectant oportunam, quæ vera eſt, in futuro ſeculo felicitatem, feſtinanter beari hujus ſeculi celebritate cupientes*; Principes verò & cives civitatis cœleſtis cui præeſt Chriſtus, *tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant.*

MONITUM XI.

Reddite quæ ſunt Dei, Deo.
Matth. 24.

DIxit hæc Dominus iis, qui imaginem Cæſaris Creatori ſuo oſtendebant, & ejus imaginem Aug. in Pſ. 57. in cordibus ſuis delebant; *Tanquam ſi diceret*, inquit Aug. *Quemadmodum Cæſar à vobis exigit im-* In Pſal. 4. *preſſionem imaginis ſuæ, ſic & Deus: ut quemadmodum illi redditur nummus, ſic Deo reddenda eſt anima, lumine vultus ejus illuſtrata atque ſignata.* Pſal. 4. *Quod lumen totum eſt hominis & verum bonum, quod non oculis ſed mente conſpicitur. Signatum autem dixit Propheta in nobis, tanquam denarius ſignatur regis imagine: homo enim factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei.* Geneſ. 1. Recte idem D. Auguſt. Sect. 15. Proſp. *Quiſquis bene cogitat, quæ Deo voveat, & quæ vovendo perſoluat, ſeipſum voveat & reddat. Imago Cæſaris reddatur Cæſari, imago Dei reddatur Deo.* De qua quatuor nobis breviter dicenda. 1. Quæ Dei ſit imago, ad quam homo eſt con

Digitized by Google

conditus. 2. Quomodo corrupta & deformata. 3. Quomodo reparanda. 4. Quare reparanda.

Quoad primum; Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam: quia rectum, ſapientem, juſtum. Rectū, quia ſpiritus ejus per omnia ſubditus erat Deo, & corpori reliquíſque inferioribus dominabatur. Illa eſt hominis rectitudo. Sapientem & juſtum, quia præditum ſcientia rerum agendarum, & earundem dilectione, ſine aliqua ignorantia, & cupiditate mala. *Chriſtiano enim dubitare fas non eſt*, inquit D. Proſper. *rectum & omni vitio carentem creatum eſſe hominem primum, in quo omnium hominum concreata natura eſt.* Magnum porro vitium eſt, ignorantia agendorum, cæcitas mentis & mala cupiditas. Quas tanquam cauſas & radices omnium peccatorum ponit D. Aug. *Peccamus enim, vel dum non videmus quid agendum ſit, vel ſi videmus, cupiditate tamen prævalente non agimus.* Eccleſ. 7. Cont. coll. cap. 18. Ench. c. 81.

Quantum ad 2. attinet, hanc imaginem homo in ſe peccando corrupit ac deformavit. In primis enim, quando contra Dominum ſuperbè ſurrexit, inferiora ejus ſupra ipſum facta ſunt, & premunt eum: & ſic rectus ordo everſus. Non enim ordo rectus, aut omnino ordo appellandus eſt, ubi deterioribus meliora ſubduntur. *Mentis & carnis Deus eſt artifex*, ait D. Aug. *Ipſe quando hominem creavit, utrumque fecit, utrumque conjunxit; carnem animæ ſubdidit, animam ſibi: ſi ſemper illa ſtaret ſub Domino ſuo, ſemper & iſta obediret Dominæ ſuæ. Noli ergo mirari, ſi ea quæ deſeruit ſuperiorem, pœnas patitur per inferiorem.* Deinde non ſolum juſtitiam, quam acceperat homo, ſed etiam boni ſcientiam perdidit per peccatum, ſubjectus ignorantiæ rerum agendarum, Lib 7. Cóf. cap. 7. Vide de civit. lib. 14. cap. 15. Lib. 2. de peccator. merit. c. 22. Proſp. cont. coll. c. 2.

Digitized by Google

& concupiſcentiæ noxiarum. Quæ vulnera novis quotidie peccatis auget peccator. *In Adam omnes peccaverunt*, inquit S. Proſp. *& quicquid ille perdidit, perdiderunt. Perdidit autem primitus fidem, continentiam, charitatem; ſpoliatus eſt ſapiẽtia & intellectu, caruit conſilio & fortitudine, & impiè altiora ſectando, à veritatis ſcientia & obedientia pietate dejectus eſt.* ſic Proſp. *Non tamen eſt*, D. Aug. teſte, *uſque adeò in anima humana, imago Dei terrenorum affectuum labe detrita, ut nulla in ea velut extrema lineamenta remanſerint, unde meritò dici poſſit, etiam in ipſa vita impietate facere aliqua legis vel ſapere*, detrita eſt, non deperdita: deformata, non extincta: reparari ergo debet. Quod erat 3.

Cont. coll. cap. 19.

De ſpirit. & lit. c. 27.

Sed quomodo reparabitur? *Hoc agit ſpiritus Chriſti*, ait D. Auguſt. *ut imaginem Dei, in qua naturaliter conditi ſumus, inſtauret in nobis.* Et alibi: *In animo tuo eſt imago Dei, mens hominis capit eã. Accepit eam, & inclinando ſe ad peccatum, decoloravit eam: Ipſe ad eũ venit reformator, qui erat ejus antè formator.* Hoc ergo orandum quemadmodum David orabat, *Illuminet vultum ſuum ſuper nos*; de quo aliàs dixit, *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Appareat vultus tuus & ſi fortè per me deformis effectus eſt, à te reformetur, quod à te formatum eſt.* Hoc etiam conandum; Vnde hortatur Apoſtolus: *Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri:* ut incipiat illa imago ab illo reformari, à quo formata eſt; non enim ſeipſum reformare poteſt, ſicut potuit deformare. Et: *Renovamini ſpiritu mentis veſtra, & induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in juſtitia & ſanctitate veritatis.* Peccando enim juſtitiam & ſanctitatem veritatis amiſit, propter

Ibid. c. 72. In Pſ. 22. Conc. 2.

Pſal. 66. ibi Aug. Pſal. 4.

Rom. 12.

Epheſ. 4.

Lib. 14. de Trin. c. 16.

Digitized by Google

propter quod hæc imago deformis & decolor facta eſt, quam recipit cùm reformatur & renovatur.

Reformatur autem quando homo iterum rectus efficitur, quando Dei gratia opitulante, incipit ſe Deo, cui ante adverſabatur, per omnia ſubjicere, & corpori cæteriſque, quæ infra ipſum ſunt, quibus ante ſerviebat, dominari. Item, quando cum ignorantia & concupiſcentia incipit viriliter congredi, ea magis magiſque quotidie minuendo, & in interioris hominis novitate, cognitione agendorum, & eorum dilectione ſemper proficiendo. *Hæc*, inquit D. Leo, *eſt naturalis generis noſtri dignitas, ſi in nobis, quaſi in quodam ſpeculo, Divinæ benignitatis forma reſplendeat, ad quã quotidie utique nos reparat gratia Servatoris, dum quod cecidit in primo Adam, erigitur in ſecundo.* Ac mox oſtendens quomodo reparet; *Accendens*, ait, *mentium noſtrarum lucernas, & igne nos ſuæ charitatis inflammans.*

Ench. cap. 81.

Serm. 1. de jejun. 10. menſ.

Sed cur toti eſſe debemus in hac reſtauranda imagine: quod erat 4. Nimirum, ne Deus ob nimiam corruptionem & deformationem imaginis ſuæ, opus ſuum non agnoſcens, projiciat nos à facie ſua, dicátque nobis quod fatuis Virginibus, *Neſcio vos.* Quomodo enim vos pro meis agnoſcerem, cùm vix ullum mei veſtigium in vobis deprehendam: Homo per imaginem Dei Divinæ quodammodo factus eſt conſors naturæ. Quomodo ergo Deus non eum repellat, qui tantam dignitatem deſerens, in tantam vilitatem ſponte degeneravit? qui honorem in quo poſitus erat, non intelligens, ſeipſum jumentis inſipientibus comparavit?

Matth. 25.

Pſal. 48.

Ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei conditi ſumus, inquit,

Ad Marcel. quit S.Hier. *ex vitio noſtro. perſonas nobis plurimas ſuperinducimus. Et quomodo in ſcenis unus atque idem hiſtrio, nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen; ita & nos tot habemus perſonarum ſimilitudines, quot peccata. Vnde cum in uno homine animorum tam diverſa ſit facies, Propheta Dominum deprecatur; Domine in civitate tua imaginem ipſorum diſſipa.* ita Hier. *Nonne digni ſunt hæc pati,* ait Aug. *ut Deus in civitate ſua imaginem ipſorum ad nihilum redigat, quia & ipſi in civitate ſua terrena imaginem Dei ad nihilum redegerunt?* Idem alibi: *Si contempſeris te in te, & imaginem Dei, in qua fecit te, neglexeris, victus cupiditate terrenarum rerum, tanquam amiſſo homine eris pecus, non quaſi converſus in naturam pecoris, ſed in hominis forma, habens ſimilitudinem pecoris.*

Pſal. 72. ibi Auguſt.

Ser.[1] in Decal. in nou. ſer.

Quod quantum malum ſit declarat Cicero, quem citat Lactant. Præclarè Cicero, *Si nemo eſt, quin emori malit, quàm converti in aliquam figuram beſtiæ, quamvis hominis mentem ſit habiturus; quanto eſt miſerius in hominis figura, animo eſſe efferato?* Quod quomodo fiat, audi D. Chryſoſt. *Hominem,* inquit, *te agnoſcere nequeo; cùm nempe tanquam aſinus recalcitres, laſcivias autem ut taurus: tanquam equus vero poſt mulieres hinnias, ventri tanquam urſus indulgeas, ut mulus carnem impingues, & malum memoria teneas velut camelus, porro rapias quidem ut lupus, ac ut ſerpens iraſcaris, ferias ut ſcorpius, ſis ſubdolus ut vulpes, nequitiæ tanquam aſpis & vipera venenum ſerves, ac ſicut ille malignus dæmon fratres impugnes; quomodo te cum hominibus connumerare valeam, talis in te naturæ ſigna cùm non intuear?* Sic & Boeth de Conſol. *Avaritia fervet, alienarum opum violentus ereptor?*

Lib 5. c. 11.

Ser. 23. ad pop.

b. 3. proſ.

Digitized by Google

ereptor? ſimilem lupo dixeris. Ferox atque inquietus linguam litigiis exercet? Cani comparabis. Ira intemperans fremit? Leonis animum geſtare credatur. Pavidus ac fugax non metuenda formidat? Ceruis ſimilis habeatur. Segnis ac ſtupidus torpet? aſinum vivit. Levis ac inconſtans ſtudia permutat? nihil ab avibus differt. Fœdis immũdiſque libidinibus immergitur? Sordidæ ſuis voluptate detinetur. Ita fit ut qui probitate deſerta, homo eſſe deſierit, cùm in Divinam conditionem tranſire non poſſit, vertatur in belluam.

MONITUM XII.

Non veni mittere pacem, ſed gladium.

Matth. 10.

DE terrena maximè pace loquitur hic Dominus, quam tamen & boni appetunt & mali; ſed intentione diverſa. Boni enim eam expetunt, ut quietam & tranquillam vitam agant in omni pietate & caſtitate. Pax enim & tranquillitas temporis admodum oportuna eſt pietati & honeſtati: ſicut ait D. Ambroſ. *Perturbatio & captivitas nec pietatem ſervat nec caſtitatem. Vnde enim pius qui nudus eſt? & unde caſtitas, ubi poteſtatis ſuæ non eſt? Vt ergo hæc ſervari poſſint, quies neceſſaria eſt, ut placita Deo reddantur obſequia,* ita Ambroſ. in 2.c.1. ad Timoth.

Hinc Apoſtolus mandat fieri *preces pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietã,* inquit, *& tranquillã vitam agamus in omni pietate & caſtitate.* 1.Tim.2.

Hier.29. Sic & Ieremias Propheta ex ore Domini ad tranſmigratos in Babylonem, *Quarite* ait, *pacem civitatis ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius, erit pax vobis.* Eadem ratione mandabat eis Baruch Propheta, ut orarent pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & vita Baltaſar filij ejus: *Vt det*, inquit, *Dominus virtutem nobis & illuminet oculos noſtros, ut vivamus ſub umbra Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & ſub umbra Balthaſar filij ejus, & ſerviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam eorum.*

Baruch.1.

Epiſt.264. Verùm pulchrè S. Aug. *Periculoſiores ſunt hujus mundi blanditiæ, quàm moleſtiæ, niſi cum pax ejus ad hoc proficit, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caritate. Si enim deſit pietas & caritas, quid eſt à mundi malis tranquillitas & quies, niſi luxuriæ perditioniſque materies, ſive invitamentum, ſive adjumentum?* Boni ergo illam deſiderant pacem ut ſecura mente ſerviant Deo, & tranquilla devotione lætentur, ac iis bonis temporalibus quæ pacis tempore à Deo largiſſimè concedi ſolent, piè, honeſtè, temperanter & miſericorditer utantur.

De civit. li.1.c.30. Eandem appetunt & mali, ſed *luxuriam ſuam cupientes habere ſecuram*, inquit, Aug. *& perditis moribus, remota omni moleſtiarum aſperitate, diffluere.* Nõ propterea pacem deſiderant, & omni genere copiarum abundare, *ut his bonis honeſtè utantur; hoc eſt, modeſtè, ſobriè, temperanter, piè, ſed ut infinita varietas voluptatum inſanis effuſionibus exquiratur, ſicque ſecundis rebus ea mala oriantur in moribus, quæ ſævientibus pejora ſunt hoſtibus.* *Vnde & Scipio*, ait Aug. *qui non cenſebat felicem Rempublicam ſtantibus mœnibus, ruentibus moribus, nolebat dirui Carthaginem Romani*

Idem.

Imperij æmulam, & decernenti ut dirueretur, contradicebat Catoni, timens infirmis animis hoſtem ſecuritatem; & tanquam pupillis civibus idoneum tutorem, neceſſarium videns eſſe terrorem. Nec eum fefellit ſententia; deleta enim Carthagine, orta de rebus proſperis mala Romam perdiderunt.

Ipſi Gentiles, inquit idem Auguſt. *qui aliquantò attenderunt prudentius, plus dolendam viderunt paupertatem quàm opulentiam periſſe Romanam. In illa enim morum integritas ſervabatur; per hanc autem nō muros urbis, ſed mentes Civitatis, dira nequitia, omni hoſte pejor irrupit.* Vnde & queritur Poëta; Vide Epiſt. 5.

Servabat caſtas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parva ſinebat
Tecta labor, ſomnique breves, & vellere Thuſco
Vexata duraque manus; ac proximus urbi
Hannibal, & ſtantes Collina in turre mariti:
Nunc patimur longæ pacis mala, ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt, facinúſque libidinis, ex quò
Paupertas Romana perit.

Iuven. ſat. 6

Appium Claudium crebrò dicere ſolitum accepimus, ait Valer. Max. *Negotium populo Romano melius quàm otium committi, non quòd ignoraret, quam jocundus tranquillitatis ſtatus talis eſſet; ſed quòd animadverteret præpotentia imperia agitatione rerū ad virtutem capeſſendā agitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi. Et ſanè negotium nomine horridū, civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit, blandæ appellationis quies plurimis vitiis reperſit. Ante Carthaginem, deletā*, inq. Sallu. *populus & Senatus Romanus, placidè modeſtéque Rempublicā inter ſe tractabant; neque gloriæ certamen, neque dominationis inter cives erant, metus* Lib. 7. c. 2. In bello Iugurth.

 hoſtis

hoſtis in bonis artibus civitatem continebat;ſed ubi illa formido à mentibus diſceſſit.ſcilicet,ea quæ res ſecundæ amant,laſcivia atque ſuperbia inceſſere. Quam noxia etiam Chriſtianis fuerit pax illa, tempore D. Cypriani, ipſe ſic recitat; *Cladis cauſa cognoſcitur, quia traditam nobis diſciplinam pax longa corruperat,jacentem fidem,& penè dixerim dormientem,cenſura cœleſtis erexit;& dum Domini mandata contempſimus, ad correctionem delicti, & probationem fidei, remediis ſeverioribus venimus.* Hæc Cypr.de perſecutione excitata contra Chriſtianos.

Tract. de lapſ.

De civit. lib. 1. c. 1.

De bellis verò D. Auguſt. *Aſpera,*inquit, *& dura quæ ab hoſtibus perpetiuntur homines,illi Divinæ providentiæ tribuenda ſunt,quæ ſolet corruptos* (tempore videlicet pacis,vel potius pacatæ libidinis) *hominũ mores bellis emendare atque conterere, itemque vitam mortalium juſtam atque laudabilem, talibus afflictionibus exercere,probatamque vel in meliora transferre,vel in his adhuc terris propter uſus alios detinere.* Et alibi idem D. Auguſt. *Chriſti præcepta de juſtis probiſque moribus ſi ſimul audirent atque curarent Reges terræ & omnes populi, principes.& omnes judices terræ, &c. omnis ætas & uterque ſexus;& terras vitæ præſentis ornaret ſua felicitate Reſpublica, & vitæ æternæ culmen beatiſſimè regnatura conſcenderet. Sed quia ille audit, & ille contemnit,pluresque vitiis malè blandientibus,quàm utili virtutum aſperitati ſunt amiciores,tolerare Chriſti famuli jubentur,peſſimam etiã, ſi ita neceſſe eſt, flagitioſiſſimam Rempublicãque, & in Angelorum curia, cœleſtique Republica, ubi Dei voluntas lex eſt, clariſſimum ſibi locum, etiam iſta tolerantia comparare.*

De civit. lib. 2 c. 10.

In pſal. 96.

*Non veni ergo,*ait Chriſtus.*pacem mittere,ſed gladium.*Idem Aug.in Pſalm. 96. ſuper illum verſicul.

Confitemini memoria ſanctificat. &c. Ait ipſe Dominus, Hæc locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis, in mundo autem preſſuram. Si Chriſtiani eſtis, preſſuras in iſto mundo ſperate. Tranquilliora & meliora tempora nolite ſperare fratres: fallitis vos. Quod vobis Evãgelium non promittit, nolite vobis promittere. Quid dicat Evangelium ſcitis, & Chriſtianis loquimur, fidei prævaricatores eſſe non debemus. Evangelium hoc dicit, quia in noviſſimis temporibus multa mala, multa ſcandala, multæ preſſuræ, multæ iniquitates abundabũt; ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Nemo ergo ſibi promittat quod Evangeliũ nõ promittit. Ecce veniẽt lætiora tẽpora, & facio illud, & emo illud. Bonũ eſt tibi ut attẽdas illum qui nõ fallitur, nec fefellit aliquem, qui tibi promiſit non hic lætitiam, ſed in ſe, & cùm tranſierint iſta, ſperes quia cum illo regnabis in æternum, ne cùm hîc vis regnare, neque hîc habeas jocunditatem, nec illic invenias. Et alibi de malis ſui temporis loquens: *Plangenda ſunt hæc*, inquit, *non miranda, & exclamandum ad Deũ, ut nõ ſecundum merita noſtra, ſed ſecundum miſericordiã ſuã à tantis malis liberet nos. Nã quid utique ſperandum fuit generi humano, cùm hæc & in Prophetis & in Evangelio tantò ante prædicta ſint: Non itaque debemus nobis ipſis eſſe contrarij, ut credamus quando leguntur, & queramur, quando complentur; ſed potius & illi qui increduli fuerant, cùm hæc in ſanctis libris cõſcripta legerẽt vel audirẽt, nunc ſaltẽ credere debẽt, cùm cõpleri jã vidẽt; ut de his tã magnis preſſuris tãquã in torculari Domini Dei noſtri, ſicut amurca infideliũ murmurantiũ & blaſphemantium fluit, ita oleum quoque fidelium confitentium & orantium exprimi & liquari non ceſſet.* Sic D. Auguſtinus.

Ioan. 16.

Matth. 14.

Epiſt. 122.

Digitized by Google

MONITUM XIII.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

Ioan. 14.

Geneſ. 1. HIc de alia pace loquitur Dominus, ea nempe, quæ cum Deo eſt, & ejus lege. Sed poteſt-ne Deus eſſe hoſtis hominis, quem ad imaginem ſuam creavit, cùm & Scriptura dicat Deo, *Nihil odiſti eorum quæ feciſti?* Sapient. 1. Deus in homine non odit opus ſuum, ſed opus hominis, non naturam quam bonam condidit, ſed peccatum quo homo naturam bonam contaminat. *Odiſti*, inquit, Propheta David, Pſal. 5. *omnes qui operantur iniquitatem.* Sap. 14. Et Sapiens; *Odio ſunt Deo impius, & impietas ejus* Quam miſer & deploratus eſt ſtatus peccatoris, qui Deũ hoſtẽ habet, qui poteſt in momento corpus & animã perdere in gehennam. Matth. 10. De quo dicit propheta, *Quis novit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam dinumerare?* Pſal. 89. Et Apoſtolus, *Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.* Hebr. 10.

Sed quid conſilij aut remedij peccatori? faciat ocyus cum Deo pacem, det operam ſedulò, ut veniam peccatorum ſuorum conſequatur, quibus ſolis (ut frequenter Auguſt. ex Script.) ſeparamur à Deo, qua remiſſione percepta, inter Deum offenſum, & hominem reum, abolita omni inæqualitate, redit æqualitas, redit pax, redit amicitia. De peccat. merit. & alibi. Hæc remiſſio peccatorum tutiſſimum quoddam azylum eſt in Eccleſia Dei, ad quod confugimus, ut protegamur

gamur ab ira Dei, peccatoribus impendente. Cujus umbram aliquam habebat, *azylum Romuleum*, (ut ait D. Aug.) *quò multitudinem, quæ civitas illa conderetur, quorumlibet deliſtorum congregavit impunitas. Per hanc*, inquit idem, *ſtat Eccleſia quæ in terris eſt. Per hanc, non perit, quod perierat, & inventum eſt.* Datur autem hæc remiſſio agentibus pœnitentiam juxta modum ſui cujuſque peccati, diligenter eleemoſynas elargientibus, & Eccleſiæ clavibus ritè utentibus. Hinc enim Sacramentum pœnitentiæ vocatur Sacramêntum reconciliationis, quia per id peccator Deo reconciliatur. Euchariſtia verò ſacramentum unitatis & pacis, quo homines cum Deo & inter ſe conjunguntur. De qua pace Apoſtolus: *Iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deum.*

Lib. 2. de civit c. 29 & lib. 5 c. 17. Enchir. ca. 64.

Roman. 5.

Eſt alia pax cum lege Dei, cui omnino conſentiendum eſſe monet Dominus in Evangel. *Eſto conſentiens adverſario tuo citò, dum es in via cum eo.* Sed quis eſt iſte adverſarius? *Adverſarius hominis, ſermo legis eſt*, ait Auguſt. ejus rationem reddit Apoſto. *Lex*, inquit, *ſpiritualis eſt*, hoc eſt, præcipit ea quæ Deo, qui ſpiritus eſt, placent: *Ego autem carnalis ſum*, id eſt, cupio & facio ea quæ carni placent, & Deo diſplicent. Vnde & queritur Propheta Iob, *Quare me poſuiſti contrarium tibi?* Et idem Apoſtolus, *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Mandat lex continentiam, ego volo luxuriam; mandat lex ſua dare, ego aliena volo rapere; præcipit lex peccanti in te ſtatim remittere, tu vis vindicare; præcipit obedire parentibus, tu rebellis es eis, & inobediens.

Matth. 5.

Ser. 1. de verb. Dom. ſerm. 5. in Nou. Dedeca. Fulg. de pec. remiſſ lib 2. c. 5. Greg. hom. 39.

Iob. 7.

Rom. 7.

Lex ergo adverſatur peccatori, quoniã eũ accuſat, & pœna dignum violata oſtendit, nec evadendi

Digitized by Google

ratio eſt, niſi ei conſentiatur : ſicut enim damnat ipſa à lege diſcordia , ita conſenſus concordáque juſtificat. Fac ergo pacem cum lege, conſentias ei, fac bonum quod jubet , declina à malo quod vetat; dirige cogitationes & deſideria, verba & opera , ſecundùm normam mandatorum Dei. Hanc
Ioan. 20. utramque pacem precatus eſt Dominus diſcipulis, quando poſt reſurrectionem non ſemel eis dixit, *Pax vobis*. Eandem voluit ut toti mundo prædicarent , ac procurarent, *Intrantes*,inquit,*domum ſa-*
Matth.10. *lutate eam,dicentes*;*Pax huic domui*. Vnde prædicatoribus ſcriptura , *Quàm ſpecioſi pedes Evangeli-*
Pſal. 52. *zantium pacem* , *evangelizantium bona*. Pacem cum Deo , per remiſſionem peccatorum , Pacem cum lege ejus , per conſenſum & executionem.

Ex hac duplici pace , alia duplex naſcitur pax. Prima cum proximo, hanc enim lex Dei præcipit.
Rom. 12.14 *Cum omnibus hominibus pacem habentes*. Et, *Inquire*
Hebr. 12. *pacem*, *& perſequere eam*. Altera pax eſt conſcien-
Eph. 4. tiæ requies, ac tranquillitas, de qua Sapiens, *Secu-*
Pſal. 33. *ra mens* , *quaſi juge convivium*. Secura mens eſt
1. Pet. 3. quæ malæ conſcientiæ ſtimulis non pungitur , ita
Prov 15. ut ſibi ob remorſum conſcientiæ malè vel hîc vel
Greg. lib. 5. poſtea metuat , ſed dicere poſſit cum Apoſtolo,
Mor. c. 9. *Gloria noſtra hæc eſt* , *teſtimonium conſcientiæ no-*
2. Cor. 1. *ſtræ*. Quæ ſecuritas non poteſt eſſe verè ſine virtute & bonitate, ut rectè talis mens dicatur bona, ut habent Hebræa. Hæc quaſi eſt juge convivium , quia continuò hominem reficit , & conſolatur in omnibus quæ accidunt , efficítque ut nihil eum contriſtet , nihílque metuat. De qua &
Pſal. 118. propheta David. *Pax multa diligentibus legem tuam.*

Et,

Digitized by Google

Et, *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Neceſſe eſt enim, ut qui quærit pacem, amplectatur juſtitiam, quæ ſita eſt in remiſſione peccatorum, & obſervatione mandatorum Dei. *Quis reſtitit Deo, & pacem habuit? Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Amant ſe duo iſta*, inquit S. Auguſt. *juſtitia & Pax, & oſculantur ſe, ut qui fecerit juſtitiam, inveniat pacem, oſculantem juſtitiam. Duæ amicæ ſunt, Tu forte unam vis, & alteram non facis. Nemo eſt enim qui non vult pacem, ſed non omnes volunt operari juſtitiam. Si amicam pacis non amaveris, non te amabit ipſa pax, nec veniet ad te.* Pſal. 24. Iob. 9. Iſai. 48. & 57. Pſal. 84 ibi Aug.

Dicit Propheta: *Impij quaſi mare fervẽs, quod quieſcere non poteſt.* Graviſſimæ enim ſunt pœnæ malæ conſcientiæ, quas quis effugere non poteſt ubique enim ſecum illam fert; poteſt effugere externa quæ adhibentur tormenta, ſe quis fugiet? *Suum quemque ſcelus agitat*, inquit Cicero, *amentiáque afficit, ſuæ malæ cogitationes, conſcientiaque animi terrent, hæ ſunt impijs aſſiduæ domeſticæque furiæ, quæ dies noctesque à ſceleratis pœnas repetunt.* Et alibi: *Magna eſt vis conſcientiæ in vtramque partem, ut neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccaverint.* Iſai. 57. Preſp. Sent. 291. Pro Roſcio Pro Milone.

Iuvenal. inquit: —*Prima hæc eſt ultio, quod ſe* Iuven. ſen. 13.
Iudice nemo nocens abſoluitur, improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Et ibidem.

——*Cur tamen hos tu*
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, & ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?

Denique D. Aug. *Quiſquis* ait, *malus eſt, malè ſe-* In Pſ. 36.

conc.2. vide & in Pſ. 45. initio. Lib.1.c.12. *Ipſe eſt enim pœna ſua, quē torquet conſcientia ſua. Fugit ab inimico quò potuerit, à ſe quò fugiet?* Et in Cōfeſſ. *Iuſſiſti, Domine*, inquit, *& ſic eſt, ut pœna ſua ſibi ſit, omnis inordinatus animus.* Iudicat enim homo ex legis naturæ reliquiis, pœna aliqua dignū eſſe, quod malè agitur; quod verò benè, præmio aliquo ac laude. Ideoque ſicut ille qui benè agit, naturaliter gaudet; ita & ille qui malè agit, naturaliter metuit, remorſumque conſcientiæ patitur. Vnde dici ſolet, *Conſcientia mille teſtes.* Et Poëta ait, *Sævisſima pœna eſt, Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.* Et alius; *Invigilant animo ſcelerisque patrati ſupplicium exercent curæ.* Ex hoc naturæ inſtinctu cognovit Cain peccatū ſuum, dicens, *Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear.* Et Adā & Eva poſt lapſum cognoverunt peccatum ſuum. Pharao quoque antequam lex daretur per Moyſen, ſua crimina confitetur; *Dominus juſtus, ego autē & populus meus, impij.*

Iuven. 16. Statius. Gen. 4. Hieron. quæſt. 8. ad Algaſ. Exod 9.

MONITUM XIV.

Militia ſeu tentatio eſt vita hominis ſuper terram.

Iob. 7.

CVm triplici hoſte, Chriſtiano certamen eſt, Diabolo, Mundo, & Carne. Ad certamen cum Diabolo, ita nos hortatur Eccleſia; *Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpēte, & invenietis regnum æternum* De quo D. Petrus: *Adverſarius veſter Diabolus circuit, quærens quē devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Et D. Iacob, *Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis.* Quod fit, ſuggeſtionibus ejus non conſentiēdo,

1. Pet 5. Iac. 4.

Digitized by Google

do,& minas irridendo : fit enim hæc reſiſtentia,nō ſolum apertè ſe opponendo, ſed etiam fugiendo,& contemnendo cogitare de his quæ proponit:quod maximè faciendum, dum impudicitiam ac infidelitatem proponit.Et ſanè qui vincere Diabolum vult, caput ejus conterat,neceſſe eſt.hoc autem eſt,*prima peccati ſuggeſtio*,ut ait D.Aug. Et monet D.Hieron. In pſal.103. *Dum parvus eſt hoſtis interfice ;nequitia, ne zizania* conc. 4. *creſcant, elidatur in ſemine*. De muliere dicitur ſerpenti, Ad Euſtoc. Geneſ.3. *Ipſa conteret caput tuum*.Et *Iudith in typo Eccleſia,Diabolum capite truncavit*, ait idem Hier. Iudith.13.

De quo Tertullian. *Pervicaciſſimus eſt hoſtis,nūquam malitia ſua otium facit;atque tūc maximè ſævit, cùm hominē plenè liberatum ſentit;tunc plurimum accenditur,cùm extinguitur. Doleat enim & ingemiſcat neceſſe eſt,venia peccatorū permiſſa,tot eſſe titulos dānationis eraſos.* Ad Saluinam. Lib.2. de pœnitent. De ejus aſtutia D. Leo:*Omnium diſcutit conſuetudinem,ventilat curas,ſcrutatur affectus, & ibi cauſas quærit nocēdi,ubi quēque viderit ſtudioſius occupari.* Ser.7. de Nat. Et D.Greg.*Sæpe evenit,ut qui cognitus reſiſtentis virtute repulſus eſt,latēs obtineat,quod virtute nō potuit. Quo fit,ut fidelis dū in uno vincit,ſuperetur in altero;& dum unū attenditur alterū non caveatur.* Epiſt. 56. De eodē & S.Cypr. *Adverſarius vetus eſt, & hoſtis antiquus,cum quo præliū gerimus.Omnia genera tentandi & artes atque inſidias dejiciendi uſu ipſo vetuſtatis edidicit.* De exhort. Martyrii.

Hujus ergo hoſtis circūſpiciendæ ſemper nobis ſunt inimicitiæ:qui ſi apertè non ſævit,inſidiis aggreditur , ex quo & leo appellatus eſt & draco , & tigris interdum : nam leo quidem apertè ſævit, draco occultè inſidiatur, tigris verò dictus eſt,propter multiformis aſtutiæ varietatem.Omnem enim hanc vim & poteſtatem Diabolus exercet. Nam Greg.lib.5. Mor.in c.5. Iob.

Digitized by Google

Nam cùm ejus impulſu Martyres necabantur, leo erat aperto Marte ſæviens; cùm verò vel per hæreticos vel ſeductores alios inſidiatur, & tigris eſt, &
Geneſ. 32. draco ſubrepens. Quod ſi primum hominem draco ille adortus vicit, & è paradiſo ejecit, quis ſe ab illius inſidiis & oppugnatione fore putet immunem? *Et quem tentare non audeat, qui nec ab ipſo*
Serm. 2. de Quadrag. *Domino conatum ſuæ fraudis abſtinuit?* inquit, D. Leo. Non ceſſat autem tentare licet ſemel iterumque victus fugatuſque, (quod falsò putavit Origenes)
In cap. 11. Ioſue. Victus enim ſemel à Chriſto, ſecundam & tertiam in ſolitudine tentationem inſtruxit *Et conſummata*
Matth. 4. *omni tentatione* (inquit Luc.) *reliquit eum uſque*
In Pſalm. 30. conc. 1. *ad tempus. Non ergo nunquam rediturus abceſſit* (inquit Aug.) *ſed ad tempus*, in paſſione bellum moturus novum. Sic & S. Hier. *Filiū Dei tentare auſus eſt;*
Lib. 2. in Iovin. *& prima ejus & ſecunda ſententia repercuſſus, nihilominus caput levat, & vulneratus ad tempus recedit, differens magis tentationem quàm auferens*, &c.

Alter hoſtis mundus eſt, qui quidem non cœlū, terra, &c. intelligitur, ſed ipſi homines mundani, qui relicto Deo, mundum & quæ in eo ſunt, dili-
Ioa. 14. 16. gunt; quorum Princeps Diabolus eſt, unde etiam vocatur *Princeps hujus mūdi*. Monet Apoſtolus, *Nolite conformari huic ſeculo*, id eſt, hominibus hoc ſe-
Rom. 12. culum diligentibus. Et de talibus dicit, *Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem*. Et D. Ia-
Gal. 1. cobus; *Amicitia hujus mundi, inimica eſt Dei. Quicumque ergo voluerit eſſe amicus ſeculi hujus, inimicus*
Iac. 3. *Dei conſtituitur*. Sed nonne monet Apoſt. *Quantū in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacē habentes?* Et,
Hebr. 12. Rom. 12. *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam?* Item
Pſ. 119. ait Propheta David: *Cum his qui oderunt pacē eram*

pacifi

pacificus. Reſpondet D.Aug. *Chriſtianæ perfectionis eſt pacificum eſſe etiam cum pacis inimicis ſpe correctionis,non conſenſu malignitatus:ut ſi nec exemplum nec cohortationem dilectionis ſequantur, cauſas tamen non habeant, quibus odiſſe nos debeant.* Sent. 29. Proſp.

Duæ:inquit idem Aug.*civitates,una iniquorum,altera ſanctorum,ab initio generis humani uſque in finē ſeculi perducūtur;nunc permixtæ corporibus,ſed volūtatibus ſeparatæ, in die iudicij verò etiā corpore ſeparandæ.* De Cathec. rudib.c.19. *In bono propoſito conſtitutis,*ait D.Leo *inimicitiæ diſſimilium,Diabolo inſtigāte, non deſunt,& facilè in odia prorumpunt,quorū improbi mores deteſtabiliores fiunt comparatione rectorum. Iniquitas cum juſtitia pacem non habet,temperantiam odit ebrietas , non amat ſuperbia manſuetudinem , petulantia verecundiam,avaritia largitatem,& tam pertinaces habet diverſitas iſta conflictus;ut etiam ſi exterius conquieſcat, ipſa tamen piorum cordium penetralia inquietare non deſinat.* Sic & D. Proſp. Ser.9. de Quadrag. Proſp. Epig.32.

Impia pars mundi, parti eſt infeſta piorum,
Nec tolerare poteſt diſſimiles animos.
Ridens nolentes opibus præſentibus uti,
Sperantesque ſibi credita poſſe dari.

Tertius hoſtis,eſt caro, ſeu concupiſcentia, quæ ſparſa quidem eſt per totum hominem, in anima excitans motus ſuperbiæ,invidiæ &c. in carne, luxuriæ,gulæ, &c. ſed in carne ſe manifeſtius & ſenſibilius prodit. De qua S. Aug. *Humanæ ægritudinis eſt in carne mortali delectationē habere peccandi;ſed diſcipulus amatorque virtutum, non pacem huic concupiſcentiæ tribuere,ſed bellum debet indicere.* Sent. 62. Proſp. *Ex ea enim,*ait V.Beda, *non ſolùm ſunt incentiva libidinis, ſed & iracundia,ſuperbia, philargyria , gaſtrimargia, cenodoxia,cæteraque ejuſmodi rabies, quæ multo labo-* Cap.1. in Cant.

rioſius quàm illa devinciuntur; & ante annos pubertatis noſtrum animum perturbatura adveniunt; & edomita ſæpe, vel per naturam ceſſante libidine, nihilominus ipſa nos impugnare non ceſſant.

Coloſſ. 3. Contra hunc hoſtem domeſticũ, ideoque magis periculoſum, ubique Scriptura nos docet ac monet

Rom. 6. confligere. *Mortificate membra veſtra,* ait Apoſtolus, *quæ ſunt ſuper terram.* Eſt enim quoddã corpus peccati, de quo apud eundem, & eſt, ipſa radix cum

1. Ioan. 2. ramis, de quibus D. Ioan. *Quicquid in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum, & ſu-*

Gal. 5. *perbia vitæ.* Et rurſum Apoſtolus; *Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt, cum vitiis & concupiſcẽ-*

Rom. 8. *tiis.* Et; *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis vivetis.* Et D.

1. Pet. 3. Pet; *Obſecro vos, ut abſtineatis à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam.* Quòd tanto diligentius à nobis præſtari debet quantò eſt verius, quod

Serm. 1. de jeju. Pent. ait D. Leo; *Inviſibiles adverſarij, & incorporales hoſtes non erũt cõtra nos validi, ſi nullis carnalibus deſideriis fuerimus immerſi. Cupiditas quidẽ nocendi in tentatore perpetua eſt, ſed inermis atque inefficax erit, ſi nihil in nobis, unde contra nos pugnet, invenerit.*

In reg. brevior. interrog. 75. D. Baſil. cùm propoſuiſſet interrogationem, *Nũquid omnis peccati cauſa rectè conferri poſſit in Sathanam.* Reſpondet ejuſmodi verbis; *In univerſum opinor, Sathanã ipſum per ſe nõ poſſe cauſam eſſe alicui ut peccet, ſed cũ modò inſitis unicuique à natura motionibus, modò etiam interdictis cupiditatibus velut adjutricibus utatur, per hæc ipſa eos qui negligentiores ſunt, ad propria vitia conatur abducere. Vtitur autem ille quidẽ adjutricibus ſecum naturalibus motionibus,*

Matth. 4. *ſicut in Domino facere tentavit, quãdo eſurientem illum animadvertẽs dixit; Si filius Dei es, dic ut lapides*

iſti panes fiãt. Interdictis autem cupiditatibus, ut in Iuda, quem quòd avaritiæ morbo obnoxium eſſe intellexerat, hujus ipſius cupiditatis opera uſus, avarum hominem ad ſceleſtiſſimæ proditionis lapſum, nummis triginta argenteis extimulavit. Denique D. Aug. *Dicit Apoſtolus,* inquit, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnẽ. Grave bellum & quod moleſtius, internum. In quo bello ſi ſit quiſque victor, illos quos non videt inimicos continuò ſuperabit. Non enim tentat Diabolus vel Angelus ejus, niſi quod in te carnaliter dominatur.* Et alibi; *Dicit Apoſtolus, Neque detis locum Diabolo. Dant autem homines locum Diabolo, concupiſcentiis ſuis. Non enim vident Diabolum homines cũ quo pugnant: ſed facile habent remediũ; ſeipſos interiùs vincant, & de illo foris triumphãt.*

Ioa. 12. 13. In Pſalm. 143. Galat. 5. Ser. 25. de diverſ. Epheſ. 4.

MONITUM XV.

Beatus homo qui ſemper eſt pavidus.

Proverb. 28.

QVanquam in hac vitæ miſeria improbari debeat, & quantum fieri poteſt, etiam per fidei vigorem Deo nos confortante, timor ille ſecludi, qui ex humana infirmitate & divinarum promiſſionum, aut potentiæ diffidentia naſcitur: qualis in Petro fuit, cùm deſcendens de navicula, *ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Ieſum: videns verò ventum validum timuit, & cùm cœpiſſet mergi, clamavit, dicens; Domine ſalvum me fac, & continuò Ieſus extendens manum ſuam, apprehendit eum, & ait, Modicæ fidei quare dubitaſti?* Similiter in patre pueri lunatici, cùm ait Chriſto: *Si quid potes, adjuva*

Matth. 14. Marc. 9.

adjuva nos, miſertus noſtri; nam Ieſus ait illi; *Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti:* Tamen ſecundum ſcripturas ſacras præceptum eſt, ut alterius generis timore variis de cauſis timeamus, & de noſtra ſalute ſecuri non ſimus.

Prima eſt, ne fortè delictum aliquod nobis dimiſſum non ſit, quod tamen remiſſum eſſe putamus. Ait enim Sapiens: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Remiſſio peccatorum computatur apud Davidem inter incerta & occulta Divinæ ſapientiæ; quæ Deus illi per Nathan jam pœnitenti & confitenti manifeſtavit dicens: *Tranſtulit Dominus peccatum tuum.* Vnde & apud Ioelem & Ionam Proph. dicitur: *Quis ſcit ſi convertatur & ignoſcat Deus?* Et Daniel ad Regem Nabuch. *Forſitan*, inquit, *ignoſcet Deus delictis tuis.* Sicut & D. Pet. ad Simonem Magum: *Si fortè, remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* D. Cypr. lapſos alloquens: *Vos*, inquit, *fratres, quorum timor in Deum pronus eſt, pœnitentes ac dolentes peccata veſtra perſpicite, nec deſperantes miſericordiam Dei, nec tamen veniam vindicantes. Deus quantum pietate Patris indulgens ſemper & bonus eſt, tantum judicis majeſtate metuendus.*

Eccleſ. 5. Pſal. 50. & ibi Aug. 2. Reg. 12. Ioel. 2. Ionæ. 3. Daniel. 5. Actor. 8. Tract. de lapſ.

Non quod dubitare debemus de benevolentia ac miſericordia Dei, de ejus promiſſis, de Chriſti meritis, de virtute & efficacia Sacramentorum ſed de animo noſtro ac præparatione, de noſtra pœnitentia & contritione merito timemus; an, ſcilicet, talis ac tanta ſit, quali quantaque opus eſt ad remiſſionem peccatorum. Deique gratiam conſequendam, ob humani cordis inſcrutabilitatem.

Scripſerat Gregoria ex aula Impera. ad S. Gregor. ſe illi importunam fore, donec reſcriberet revelatum

velatum ſibi eſſe, dimiſſa illi eſſe peccata. Cui reſpondet Pontif. *Rem & inutilem, & difficilem poſtulaſti. Difficilem quidem, quia & ego indignus ſum, cui revelatio fieri debeat: inutilẽ verò, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes ante ultimum diem. Quæ quouſque veniat, ſemper ſuſpecta, ſemper trepida metuerẽ culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lavare. Securitas autẽ mater ſolet eſſe negligẽtiæ. Habere ergo nõ debes ſecuritatẽ, per quã negligens reddaris. Scriptum eſt enim, Beatus homo qui ſemper eſt pavidus: Et: Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Lib.6.Epi. ex Regiſt. Prov.28. Pſal.2.

Secundà cauſa timoris eſt, ne fortè coràm Deo tales non ſimus, quales nos eſſe præſumimus. *Pravum enim eſt cor hominis, & inſcrutabile.* Quo fit ut *licet juſti ſint & ſapientes, opera tamen eorum in manu Dei ſint,* ut inquit Sap. *Et neſcit homo, utrum amore an odio dignus ſit.* Unde Apo. *Mihi autem pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano die. Sed neque me ipſum judico,* &c. *Quia quamdiu hic vivimus;* inquit Aug. *de nobis ipſis judicare non poſſumus: non dico quid cras erimus, ſed quid hodie ſimus.* Vnde Iob: *Verebar omnia opera mea, ſciens, quòd non parceres delinquenti.* Scimus quidem variis nos dæmonũ artib. extrinſecus impeti: & diverſis concupiſcentiæ motibus intrinſecus ad ruinã impelli: ſed quantis gratiæ viribus valemus ad perſiſtendum reluctandúmque, ſatis exploratum non habemus. *Sunt enim & iſta plangendæ tenebræ*, ait Aug. *in quib. me latet facultas mea quæ in me eſt, ut animus meus de virib. ſuis ipſe ſe interrogans, non facile ſibi credendum exiſtimet, quia & quod ineſt plerumque occultum eſt, niſi experientia manifeſtetur.* Ierem.17. Eccleſ.9. 1.Cor.4. Homil. 35. Inter. 50. Iob.9. Lib.10.cõf. cap.32.

Quod autem ſic dicit Auguſt. vel præcipui diſci-

puli exemplo probatur eſſe veriſſimum; egregiè
ſe fortem & ad mortem pro Chriſto ſubeundam
paratum Petrus credidit, & is tamen audit à Chri-
ſto, *non potes me ſequi modo.* Contráque Abraham
Aug. conc. fidelium pater, non tantũ ſibi ineſſe pij timoris ad
1. in Pſ. 36. obſequendum etiam arduis in rebus arbitratus, di-
& in Pſ 43. vino ſibi teſtimonio innoteſcit: *Nunc cognovi*, in-
Geneſ. 22. quit, *id eſt, te noſſe feci, quod timeas Deum.* Quo-
Deut. 13. modo & illud accipiendum, quod eſt in Deut. *Ten-*
Auguſt. *tat vos Deus veſter, ut ſciat ſi diligatis eum.* Aug. de
Epiſt. 140. ſe ipſo loquens, & confitens, quanquam magnos
in virtutis via progreſſus faceret, tamen *ipſe*, in-
quit, *in hac gloria ſic inſtauror, ut de die in diem, non
ſolum quantum accedã, ſed utrum omnino aliquid ac-
cedam, latere me fatear.* Et D. Ambr. *Duo*, inquit, *ge-*
Lib. 5. epiſt. *nera tentationis excepi; & fortaſſe quia infirmiorẽ me*
33. ad Marc. *Dominus novit, adhuc in corpus meum non dedit pote-*
ſoror. *ſtatem. Et ſi ipſe cupiam, & ſi me offeram, adhuc for-
taſſe huic certamini imparem judicat.* De ſua firmita-
te vir tantus nihil habebat exploratum, nihil cer-
tum; ideoque Deus, qui intimè perſpicit mortalium
corda, judicium de ſe committebat.

Tertia timoris cauſa eſt, quòd qualeſcumque
nunc ſimus, neſcimus tamen quales poſtea futuri
Pſal. 2. ſimus. De qua Pſalmiſta: *Servite Domino in timore,
& exultate ei cum tremore; nequando iraſcatur Do-*
1. Cor. 10. *minus, & pereatis de via juſta.* Similiter Paulus; *qui
ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat* Et rurſum; *Timea-*
Hebr. 4. *mus ne fortè relicta pollicitatione introëundi in requiẽ
ejus, exiſtimetur aliquis in nobis deeſſe.* Et Ioannes
Apoc. 3. in Apocal. *Tene, quod habes, ut nemo accipiat coro-
nam tuam. Quid ſit hodie quiſque homo*, inquit D.
Epiſt. 15. Auguſt. *vix novit ipſe homo, tamen utcumque ipſe
quid*

Digitized by Google

quid hodie, quid autem cras, nec ipſe. Itaque & illud veriſſimè adjunxit in Confeſſ. utiliſſiméque admonuit: *Nemo ſecurus eſſe debet in hac vita, quæ tota tentatio nominatur, ut qui fieri potuit ex deteriore melior, non fiat etiã ex meliore deterior, una ſpes, una fiducia, una firma promiſſio miſericordia tua, Domine. Exiguis momentis*, ait D. Ambr. *mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro aſtutia ſuadentis frequenter impellitur.* Eam ob rem hortatur Sapiens: *Ne glorieris in craſtinum, neſciens quid ſuperventura pariat dies.* Ideoque & alius dicit: *Ante mortem ne laudes hominem quenquam.* Quid, qualis, quiſque brevi futurus ſit forſitam: propter humanæ conditionis mutabilitaté, incertũ eſt, eóque fit ut laudatio hic ullius, quantumvis præclaræ vitæ, nó ſit ſecura. Lib. 10. c. 32. Lib. 4. in Lucam. Prov. 27. Eccleſ. 11. Auguſt. in Pſal. 99.

Hic timor ſecuritatem tollit, quam hæretici ſtatuunt 1. quia timor iſte ex incertitudine provenit, qui non conſiſtit cum ſecuritate tum ob cordis humani inſcrutabilitatem, tum ob propriam infirmitatem per vitiorum prona trahentem, tum ob hoſtes noſtros ad perdendum jugiter intentos. 2. quia ad hoc etiam bene currentibus à Deo immittitur, ne currendo ſecuritate fruantur, & ſuperbia ex ſecuritate generetur: ut patet ex Auguſtino: quia infirmis animis periculoſiſſimus hoſtis eſt ſecuritas. Denique *non ejuſdem eſt temporis labor pugnæ, & beatitudo victoriæ*, ſed alia debet eſſe conditio certantium; alia eorum qui victores evaſerunt. Jerem. 17. Geneſ. 8. 1. Pet. 5. De correp. & grat. c. 13. Proſp. Sent. 181.

Vnde Sanctus Auguſtinus: *Alia ſunt ſolatia miſerorum, alia gaudia beatorum.* Nam illorum eſt pro conſequenda victoria & adipiſcenda corona eſſe ſollicitos; iſtorum verò de parta victoria & ade- Epiſt. 119.

pta corona eſſe ſecuros. Illorum, in loco certaminis cum omni armorum genere ſtare paratos ad pugnam: iſtorum, in regione pacis cum palmis & coronis, requieſcere pacatos. Illorum, de futuro curſus & certaminis eventu anxios trepidare: iſtorum, de conſummato curſu & perceptis coronis ſolidè & intrepidè gaudere. Denique illorum eſt inter hoſtium cuneos parturire, & intra ſe gemiſcere, & pro Divino auxilio humiliter deprecari, ne cadant; quia *nemo eſt tanta firmitate ſuffultus*, inquit Divus Leo, *ut de ſua ſtabilitate debeat eſſe ſecurus:* Horum verò pro impartita ſibi redemptione cum lætitia & jubilo gratias agere, & non niſi *Sanctum timorem in ſeculum ſeculi permanentem* habere, qui nihil aliud eſt, quàm eximia quædam Divinæ majeſtatis reverentia, cum ſecura & conſtanti omnium earum rerum abominatione, quæ illi ſummæ reverentiæ quoquomodo repugnant. Verùm ut inquit, Divus Proſper. *In præſentis agonis incerto, ubi tota vita tentatio eſt, & ab inſidianti ſuperbia nec ipſa tuta eſt victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeverādi Divina protectio, a nullis tamen aufert, quod ipſis repugnat ex ipſis, ut in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus ſemper velle & nolle deeſſet.* Ita Proſper.

Serm. 5. de Quadrag.

Pſal. 18.

Lib. 2 c 28. de voc. gēt.

Fortiſſimos legimus viros in confeſſione Chriſti & fide uſque ad carceres & vincula perſtitiſſe, & paulò poſt errore Novatiano faſcinatos, ab Eccleſia receſſiſſe, quæ ipſos ad confeſſionis gloriam armaverat Quos Divus Cypr. aloquens, *Poſtquam*, inquit, *vos de carcere prodeuntes ſchiſmaticus & hæreticus error excepit, ſic res erat, quaſi veſtra gloria in carcere remāſiſſet: illic enim reſediſſe veſtri nominis dignitas*

Lib. 3. ep 3. Vide eund. de unit. Eccl.

dignitas videbatur, quando milites Chriſti non ad Eccleſiam de carcere redirent, in quē prius cum Eccleſia laude & gratulatione veniſſent. Quod ſi in tales ac tantos viros cadere potuit ea quam Apoſtolus prædixit, *à fide diſceſſio*; quis tandem erit qui vel de perpetua fidei integritate non temerè glorietur? quis eum qui vera ſemel fide aut juſtitia ſit imbutus, cadere poſſe non ſtultiſſimè neget: *Quantalibet igitur quis excellentia ſanctitatis emineat*, ait Divus Proſper: *Quantalibet eminentia perfectionis excellat, poteſt quidem fieri pro modulo hujus vitæ perfectus, ſed non eſt ſic de ſua perfectione ſecurus, ut non debeat eſſe de caſu ſollicitus. Et utique ubi eſt ſollicitudo, non eſt abſoluta beatitudo, quæ nequaquam perfecta credenda eſt, ſi ſecura non fuerit, nec ſecura erit, niſi omnem ſollicitudinem ſecuritas æterna conſumpſerit.* Hæc Proſper.

2. Theſſ. 2.

Lib. 1. de vi. contempl. cap. 9.

MONITUM XVI.

Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt.

1. Ioan. 3.

DIcit Chriſtus in Evangelio, *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit judicio*, contra Scribas & Phariſæos. Ioannes verò in Epiſt. *Omnis*, inquit, *qui odit fratrem ſuum, homicida eſt*, contra craſſos Ebionitas: qui ſectantes Scribas & Phariſæos, præcepto illo, Non occides; humani corporis peremptionem tantum prohibitam eſſe exiſtimabant. Docet ergo Ioannes, ſicut & Dominus, omnem

Matth. 5.

1. Ioan. 3.

Digitized by Google

nem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidij genere deputatum. Quemadmodum boni alicujus vel mali inchoatio, ad idem genus pertinet, ad quod ejus perfectio & conſummatio, ut concupiſcentia mulieris, & oculus impudicus, docente Domino, ad mœchiam pertinent. Imò & ebrietatem ad idem genus ſpectare teſtatur D. Hieronymus cùm ait: *Nunquam ego ebrium caſtum putabo, qui & ſi vino conſopitus dormierit, tamen potuit paccare ſi ei adeſſet occaſio.*

Vide D. Au. cont. Fauſt. lib. 9. c. 19 & ſeq.

Matth. 5

In 1. cap. ad Titum.

Deinde hac etiam ratione homicida eſt, qui odit fratrem, quod per odium propriam animam occidat. Pronunciat Apoſtolus Paulus *iram, odium, invidiam homines excludere à regno Dei.* In quē Apoſtoli locum ſcribens ait D. Hier. *Neſcio quis poſſit regnum Dei poſſidere, cùm is qui iraſcitur, ſeparetur à regno. Nemo*, inquit S. Auguſt. *quemlibet inimicum hominem pernicioſiùs ſentit, quàm ipſum odium, quo in eum irritatur, nec vaſtat quiſquam perſequendo alium gravius, quàm cor ſuum vaſtat inimicando.* Sic Propheta David cum ab hoſtibus, variis tribulationibus exerceretur; *Cor meum*, ait, *conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me.* Valde enim difficile eſt, ſervare ſuavitatem ſpiritus erga hoſtes perſequentes injuriis, damnis, &c. nos afficientes. Quē pſalmi locum explicans D. Auguſtin. *Mortem*, inquit, *vocat odium fraternum. Vita enim noſtra dilectio eſt. Si vita dilectio eſt, mors odium eſt. Cùm cœperit homo timere ne oderit, quem diligebat, mortem timet: & acriorem mortem & interiorē mortem, qua occiditur anima, non corpus.* Hinc diligenter orat Eccleſia, ſciens periculum & perniciem hujus peccati, *Ab ira, odio, & omni mala voluntate, libera nos Domine*

Galat. 5. D. Hiero. in eum locum.

Lib. 1. Cōf. c. 18.

Pſal. 54.

D. Auguſt. in Pſ. 54.

In Litaniis.

Digitized by Google

*mine.*Et ſeriò monet D. Petr. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictũ pro maledictio, ſed contrà benedicentes.*Et S. Paulus: *Benedicite perſequẽtibus vos; benedicite, & nolite maledicere.*quod ſe alioſque ſanctos feciſſe, iis verbis teſtatur: *Maledicimur & benedicimus, blaſphemamur, & obſecramus.* Et Epheſios admonet: *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto, donavit vobis.*

1. Pet. 5. Rom. 12. 1. Cor. 4. Epheſ. 4.

Poſſunt autem adferri variæ conſiderationes, quibus moveri debet homo, ne odio perſequatur eum, à quo injuriam vel contumeliam accipit. Tales enim cogitandi ſunt, *ut ægroti, parvuli, vel phrenetici*, ait D. Auguſt. *à quibus multa ſæpe patimur, parati plura pati, ſi eorum ſalus id exigat, donec vel ætatis vel morbi infirmitas tranſeat. Omnis autem improbitas ex animi imbecillitate venit.* Sic & Philoſophia oſtendit apud Boëtium, quòd nullus ſit apud ſapiẽtes odio locus: *Nam bonos*, inquit, *quis niſi ſtultiſſimus oderit? Malos vero odiſſe, ratione caret. Nã ſicuti corporũ lãguor, ita vitioſitas eſt quaſi morbus animorũ. Cùm ægros corpore, minimè dignos odio, ſed potiùs miſeratione judicemus; multo magis nõ inſequendi, ſed miſerandi ſunt, quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas*, Et metro ſequenti:

Aug. lib. 1. de ſerm. Domini in mont. c. 34. De conſ. Philoſ. lib. 4. proſ. 4. Met. 4.

Vis aptam meritis referre vicem?
Dilige jure bonos, & miſereſce malis.

Deinde cogitandum illud D. Proſp. *Nemo non prius in ſe quam in alium peccat.* imò gravius ſe quam aliũ lædit; fortè enim proximi lædit bona, famam, corpus: at ipſe ſuam animam lædit & interficit. *Circundederunt me ſicut apes*; inquit, Pſalm. quæ levé

Sẽt. prima. Pſal. 117.

Digitized by Google

vulnus aculeo ſuo infligunt, at ipſe vitam ſimul cũ aculeo ſuo amittunt. *Apud Chriſtianos non qui patitur*, ait quidam, *ſed qui facit contumeliam miſer eſt. Et magis plangendus eſt*, inquit S. Leo, *faciens maligna quàm patiens; quia injuſtum malitia ſua demergit ad pœnam, juſtum autem tolerantia ducit ad gloriã*, Ideoque cùm Beato Stephano, apud Gregorium diceretur, *Væ væ pater Stephane, quid contigit tibi?* Segete ab hoſte incenſa & conſumpta placidè reſpondit; *Væ, quid illi contigit, qui mihi hoc fecit? nam mihi quid contigit? Magis condolens illi*, inquit D. Gregorius, *qui peccatum commiſerat, quam ſibi qui peccati illius damna toleraverat; nec penſabat, quid ipſe exterius, ſed culpæ reus quantum perdebat intus.*

Cypr. lib. 1. ep. 1. Hiero. ad Marc. Presb. Ser. de omnibus Sanctis Lib. 4 Dial. cap. 10. Ibidem.

Tertiò in proximo injuriante vel nocente, Diabolus cogitandus, qui ejus animo dominatur, eumque ad facinus inſtigat, & velut miniſtro ac inſtrumento utitur. Vnde & Apoſto. ait. *Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum.* Sed nonne homines ſunt, qui rident, detrahunt, ſpoliant, perſequuntur, occidunt ſanctos: Vult Apoſtolus, ait Aug. ut cogitationem à proximis ad Diabolum transferamus, in eumque odium omne & indignationem convertamus. Proximum enim etiam inimicum odiſſe non poſſumus, ſed eum diligere, & pro illo orare præcepti ſumus. Qui igitur hominem odio habent relicto Diabolo, canibus ſimiles ſunt inquit Divus Baſilius, qui ſæpe baculum mordent relicto percuſſore.

Eph. 6. In Pſ. 136. & 30. conc. 3. Homil. cont. Iracundos.

In Pſal. 5. *Quando*, ait Sanctus Auguſtinus, *hominem inimicum pateris, duos inimicos ante oculos tibi conſtitue, unum apertum, & alterum occultum, hominem & Diabolum*

bolum;Vnum dilige,alterum cave;hominem homo vincis humana aliqua felicitate, Diabolum autem vincis inimici dilectione. Idem Auguſt.de D.Cypriano dicit quod *in ſuo perſecutore, duos conſiderabat, unum oculis, alterum fide; circa hominem placidus, circa Diabolum cautus.* Eundem in ſuis æmulis conſiderabat Paula vidua Romana, quæ tum à D Hieronymo moreretur ut mutando locum, iis cederet, Reſpondit: *Iuſtè hoc diceres, ſi non Diabolus ubique contra ſervos Dei, & ancillas pugnaret, & ad omnia loca fugientes, non præcederet.* In Ser.de S. Cypr. In Epitaph. Paulæ.

Quartò, Deum ipſum cogita cujus illa eſt mirabilis ſapientia, poteſtas, ac bonitas, ut bene utatur etiam malis, vel Angelis vel hominib. *Cùm enim ipſi vitio ſuo mali ſint, ipſe de malo eorum facit benè,* ait Aug. alioqui nullius ipſe peccati etiam leviſſimi author eſſe poteſt, qui omnis juſtitiæ & bonitatis fons eſt, cujuſque leges omnes & præcepta cōtra peccatū ſunt. *Quod Dominus Pilato dixit,* ait idē Aug. *Nō haberes ullā in me poteſtatē, niſi tibi datum eſſet deſuper, hoc & Iob Diabolo; & quivis juſtus perſecutori ſuo poſſet dicere. Nō ergo ejus voluntas, cujus malitia poteſtas datur in bonos, ſed ejus voluntas à quo hæc poteſtas datur, debet nobis eſſe chariſſima, quoniā tribulatio patientiā operatur, patientia probationē, probatio ſpē, quæ nō confundit.* Hoc intelligēs Propheta Iob, *Dominus,* inquit *dedit, Dominus abſtulit.* Et David de Semei maledico. *Dominus ei præcepit ut malediceret mibi. De malis,* ait D, Aug. *fecit ſibi flagella Deus: illos aſſumit ad miniſterium, electos erudit ad patrimonium: quantum illi accipiunt poteſtatis, tātum hi patiuntur. Virga furoris mei Aſſur,* ait Dominus per Iſaiā Et Attila tyrannus vocatus. *Flagellum Dei.* In Pſ.104. Lib.83.4. q.79. Ioan.19. Rom.5. Iob. 1. 2.Reg.16. In Pſ.36. Conc.2. Iſai.10.

Denique

Denique ſeriò ac frequenter ob oculos ponendum exemplum Chriſti Domini, qui non ſolùm pro ſuis perſecutoribus, ex commiſerationis affectu interceſſit, ſed poſtea converſis iſta omnia crimina condonavit, eoſque in gratiam & amicitiam ſuam recepit, imò in æternum ſuum regnum admiſit, vivificatos eo ſanguine, quem effuderant. *Habemus tale humilitatis exemplum ſuperbia medicamentum,* inquit S. Aug. *Quid ergo intumeſcis, O homo: O pellis morticina quid tenderis? O ſanies fœtida, quid inflaris? Anhelas, doles, æſtuas, quia tibi neſcio quis fecit injuriam. Vnde tu flagitas ultionem, ſitis arenti fauce vindictã, nec prius ab intentione deſiſtis, donec de illo, qui te læſerat, vindiceris: ſi Chriſtianus es, expecta regẽ tuũ. Prius ſe vindicet Chriſtus. Nondum enim vindicatus eſt, qui pro te tanta paſſus eſt. Et utique illa majeſtas, poſſit vel nihil perpeti, vel continuò vindicari. Sed cũ in illo eſſet tanta potentia, ideo fuit etiã tanta patiẽtia, relinquens nobis exemplum ut ſequamur veſtigia ejus.*

Cypr. de bono patient.

Ser. 1. de S. Laurent.

1. Pet. 2.

Poſtremo cogitandum exemplũ Dei Patris, quod Chriſtus adfert in Evangelio, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. *Si bonus es,* ait D. Auguſt. *inimicum non habebis, niſi malum. Porrò tibi ea bonitatis regula præfixa eſt, ut imiteris bonitatẽ patris tui, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Nunquid enim tu habes inimicum, & Deus nõ habet? Tu quidẽ eum habes inimicũ, qui tecum creatus eſt, cui nihil præſtitiſti: ille verò eum quẽ creavit, qui tanta bona præſtitit. Ergo quoniam hæc tibi dilectionis forma præfigitur ut imitans patrem, diligas inimicum, in hac quomodo exerceris, ſi nullũ inimicũ patereris? Vides ergo prodeſſe ad aliquid quod Deus parcit*

Matth. 5.

In Pſal 54.

cit malis. Proſit tibi ad habendã miſericordiam, quia & tu fortè ſi bonus es, ex malo factus es bonus; & ſi Deus non parceret malis, nec tu qui gratias ageres, appareres. Hactenus ſanctus Auguſtinus.

MONITUM XVII.

Filij tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ.

Pſalm. 127.

EST ſermo Davidis ad Chriſtum, cujus filii ſunt omnes boni Chriſtiani; primò ſecundum naturam, quomodo pater eſt omnium creaturarum. Vnde Iob Deum *Patrem pluviæ* vocat, & S. Franciſ. aves ſorores ſuas vocabat, ob communẽ creatorẽ, Deum. Secundo ſecundũ gratiam: *Omnis qui diligit, ex Deo natus eſt*, inquit S. Ioan. Et Paulus *Ipſius factura ſumus, creati in operibus bonis.* Tertiò ob imitationem quod eum in vita ſtudeant imitari. Vnde Dominus. Iudæis, *Si filij Abrahæ eſtis opera ejus facite.* Et Paulus; *Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi. Servos decet eſſe obſequentes, & filios non decet eſſe degeneres*, inquit, Cyprian.

Iob. 38. 1. Ioan. 4. Epheſ. 2. Ioan. 8. Epheſ. 5. De bo. patien.

Hi comparantur novellis Olivarum; Primò, quia renovati, exuerunt veterem hominem, ſicut illæ veterem radicem, ut novæ inſerantur. *Radix omnium malorum cupiditas, radix omnium bonorum charitas. In charitate radicati & fundati*, ait Apoſtolus. Non ſequuntur ergo cupiditatẽ, ſed vivunt ex præſcripto charitatis. Ad hanc renovationem monemur in hymno; *Nova ſint omnia, corda, voces & opera.* Secundò, novæ plantæ magis fructiferæ ſunt, quàm antiquæ:

1. Tim. 5. Proſp. ſent. 112. Epheſ. 9. De V. Sacram.

Digitized by Google

antiquæ : ſic decet Chriſtianos in operibus bonis
Eccleſ.9. eſſe fœcundos, Vnde hortatur Sapiens, *Quodcunque poteſt manus tua, inſtanter operare.* Et Apoſtolus:
1.Cor 15. *Abundantes in opre Domini ſemper. Ego,* ait David,
Pſal. 41. *ſicut oliva fructifera in domo Dei.* Tertiò, Olea ſignum pacis eſt. Columba ad arcam rediit cum ramo olivæ, ſignificans Deum terræ eſſe placatum.
Geneſ. 8. Sic olim petentes ab hoſte pacem ramuſculos olivæ præferebant. Ejus exemplum eſt apud Æneam Sylvium in Deſcriptione Aſiæ. Vbi agit de Thamerlane rege, qui in obſidionibus urbium prima die albo tentorio utebatur, ſecunda rubeo, tertia nigro. Qui ſeſe dabant in albo ſedenti, ſalutem conſequebantur, rubeus color moriendum patribus familiarum indicabat; niger civitatis excidium & omnia in cinerem convertenda. Fama eſt populoſæ cujuſdam civitatis, quæ prima die deditionem neglexiſſet, pueros puellaſque omnes in candida veſte ramos olivæ præferentes exiviſſe, ut principis iram placarent : illum omnes ab equitatu conculcari atque conteri juſſiſſe, & urbem captam incendi. Vnde & Virgilius:

In deſcr. Aſiæ c.31.

Æneid. lib.1. *Velati ramis oleæ veniamque precantes.*

Sic Chriſtianos decet eſſe pacificos. *Beati enim*
Matth. 5. *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Et monet Apoſtolus : *Solliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo*
Epheſ.4. *pacis* Et: *Si fieri poteſt; quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacē habentes,* Et: *Quæ pacis ſunt, ſectemur, & quæ ædificationis ſunt invicem cuſtodiamus.* Hi filij ſunt in circuitu mēſæ Dominicæ, *Sacramēti videlicet, & doctrinæ: quia eam cum unanimitate circundant, ut quod inde ſumitur, nulla diſſenſione violetur,*
Rom. 12. Rom. 14. Pſal. 127. ibid. Aug. & Proſp.
1.Cor. 10. *Vnum ſumus,* ait Apoſt. *omnes qui de uno pane participamus*

cipamus. Hinc Sacramentum hoc commendatur nobis in iis rebus,quæ ex multis unũ fiunt in pane & vino ut notavit D.Cypr.& ex eo S.Aug.ex multis enim granis unus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit:ita Aug. Tract.26. in Ioan.

Duplex ergo mẽſa ſpiritalis:una ſcripturæ ſeu doctrinæ ſacræ,*qua*,ut ait Aug.*ſalubriter & prava corriguntur,& parva nutriuntur,& magna oblectãtur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus eſt animus, qui vel errãdo neſcit eſſe ſaluberrimã;vel odit ægrotando medicinã.* Et rursũ;*Omnis ſcriptura ideo à Spiritu ſancto conſcripta eſt,ut veluti ex communi quodam ſanitatis fonte,omnes nobis ex hac remedia propriis paſſionibus aſſumamus: Sanitas enim*, inquit, *compeſcit peccata magna.* Ita Aug.demonſtrans ejus cibum non ſolum eſſe confortantem, ſed & ſanantem: *Omnis enim morbus animæ*, ait idem Aug.*in ſcriptura habet ſuum medicamentum:tantum opus eſt,ut qui ægritudine aliqua tentationis laborat,non recuſet potionem,quam ibi Deus temperavit.* Epiſt.3. In Prolog. Pſalmor. Eccleſ.10. In Pſ.36 5.

Vnde & D. Baſil. ſcripturam comparat, *officinæ Pharmacopolæ*, ubi ſunt omnis generis pharmaca, cuique morbo conveniẽtia.Et alibi idẽ Baſil.*Incarnatio verbi*,inquit,*vita ejus, & in carne converſatio, cæleſtis illius doctrina nutrit animum, & ad cæleſtiũ rerum contemplationem imbuit.* De qua & Proph. *Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua ſuper mel ori meo.* Mel & ſuavitatem habet, & nutrimentum, ſic Dei doctrina.*Noſti*,inquit D.Hier. ad Florent. *hoc eſſe Chriſtianæ animæ pabulum, ſi in lege Domini meditetur die ac nocte.*Et Damaſus Papa agens de mutua Scripturarum ſermocinatione, *Hac vita*,ait, *nihil puto in hac luce jucundius.hoc animæ pabulo omnia mella ſuperantur.*De iiſdem loquens Aug. *Sint*, in- Homil. 21. Epiſt.141. Pſal.118. In Epiſt.ad Florent. In Epiſt. ad Hiero.

quit ad Dominum, *caſtæ deliciæ meæ ſcripturæ tuæ, nec*
Lib. 11. cõf. *fallar in eis, nec fallam ex eis. Vox tua gaudium meum;*
cap. 2. *vox tua ſuper affluentiam voluptatum.*

Sunt tamen quidam qui malè *ſumentes ſalubrem cibum vertunt in venenum,* inquit S. Aug. ut hæreti-
Serm. 49. in ci & infideles, de quibus dicitur, *Fiat menſa eorum*
Nou. *corã ipſis in laqueũ, & in retributionẽ & in ſcandalũ:* Sicuti illis erat, qui dicente Domino: *Niſi manduca-*
Rom. 11. *veritis carnem filij hominis & biberitis ejus ſanguinẽ,* &c. reſpondebant: *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt*
Ioan. 6. *audire eum?* Fuerũt alij qui Scripturas veteres, quas Aug. vocat *de melle cæli melleas, & de lumine Dei luminoſas,* planè rejiciebant, ut Manichei, *inſani adverſus antidotum, quo ſani eſſe poterant:* quos adver-
Lib. 9. Cõfeſſ. c. 4. ſarios vocat Aug. legis & Prophetarum, *qui non niſi Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt,* ut Petrus teſtatur.

Notanda quæ ſcribit D. Auguſt. in Pſal. 10. *Quibuſdam inquit Apoſtolus ſumus odor vitæ in vitã, qui-*
2. Pet. 1. *buſdã odor mortis in mortem. Omnes verbo Dei animas irrigãtes nubes dici poſſunt. Qui cùm malè intel-*
In pſal. 10. *liguntur, pluit Deus ſuper peccatores laqueos; cùm autẽ*
1. Cor. 2. *bene intelliguntur, fœcundat pectora piorum ac fidelium. Sicut exempli gratia, quod ſcriptum eſt: Erũt duo*
Epheſ. 5. *in carne una, ſi ad libidinem quiſque interpretetur, laqueum pluit ſuper peccatores, ſi autem intelligas, ſicut ille qui ait, Ego autẽ dico in Chriſto & Eccleſia, imbrẽ pluit ſuper fertilem terram. Eadem autẽ nube, id eſt, divina Scriptura utrumque factũ eſt. Itẽ Dominus di-*
Matth. 15. *cit, Non quod intrat in os veſtrum, vos coinquinat. ſed quod exit ab ore: audit hoc peccator, & gulã parat voracitati; audit hoc juſtus, & à ciborum diſcernendorum ſuperſtitione munitur. Et hinc igitur, eâdem ſcripturarum nube, pro ſuo cujuſque merito, & peccatori pluvia*

Digitized by Google

laqueorum,& juſto pluvia ubertatis infuſa eſt.

Altera menſa eſt,ſacri altaris,unde ſumitur corpus & ſanguis Domini; de quibus ipſe in Evang. *Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Quid enim eſt altare? niſi ſedes corporis & ſanguinis Domini?* ait Optatus.Hinc & Monica Auguſtini mater,moriens petebat à filiis, *ut ſui memores eſſent ad altare Domini,unde ſciebat*,inquit Aug.*diſpenſari victimam ſanctam,qua deletum eſt chirographum,quod erat contrariũ nobis.Vnigenitus ſiquidẽ Dei filius,ſuæ Divinitatis volens nos eſſe participes,noſtram naturã aſſumpſit,ut homines Deos faceret,factus homo.Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem. Corpus namque ſuum pro noſtra reconciliatione in ara crucis hoſtiam obtulit Deo Patri ſanguinẽ ſuũ fudit in pretiũ,ſimul & lavachrũ;ut redẽpti è miſerabili ſervitute,à peccatis omnibus mũdaremur.* Ioan. 6. Lib.6.cont. Donat. Lib.9.conf. cap.vlt. D.Tho in Opuſcul.57 Vide Chryſoſt. hom. 60.& 61. ad popul.

Et ut tãti beneficÿ jugis in nobis maneret memoria, corpus ſuum in cibum, & ſanguinem ſuum in potum, ſub ſpecie panis & vini ſumẽdum fidelibus dereliquit. Nullũ convivium pretioſius,in quo non carnes vitulorum & hircorum,ut olim in lege,ſed nobis Chriſtus ſumendus proponitur,verus Deus. Nihil hoc Sacramento mirabilius,in quo panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti ſubſtantialiter convertuntur. Nullum Sacramentum iſto ſalubrius, quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium ſpiritualium chariſmatum abundantia impinguatur. Luc. 22. 1.Cor.11. Vide Mon. 53. Tho. ibid.

Vnde & D. Ignatius vocat *immortalitatis pharmacũ,mortis antidotum,medicamentum purgans vitia & omnia pellens mala.* Suum quoque ad illud ſumendum deſiderium indicans alibi; *Non gaudio*,inquit, *corruptibili nutrimento nec voluptatibus hujus vitæ.* In epiſt. ad Epheſ. In Epiſt. ad Roman.

panem

Panem Dei volo, panẽ cæleſtem, qua eſt caro filij Dei & potũ volo ſanguinem illius qua eſt charitas incorruptibilis & vita æterna Ad hujuſmodi deſideriũ nos excitãs D. Ch yſoſt. *Nonne videtis*, ait, *quanta promptitudine parvuli papillas rapiant & quanto impetu labia uberibus infigant? Accedamus cum tanta quoque nos alacritate ad hanc menſam; cum longè majorem trahamus tanquam infantes lactanei, Chriſti gratiam.*

Hom. 60. ad pop.

Tamen, *Sacramentum pietatis in judicium ſibi ſumit indignus*, ait Aug. *Bene enim eſſe non poteſt, malè accipienti quod bonum eſt* Et alibi: *Iudas*, inquit, *non malum accipiendo, ſed malè accipiendo, locum in ſe Diabolo præbuit: ſic indignè quiſque ſumens Dominicũ Sacramentum, non efficit quia ipſe malus eſt, malum ſit, aut quia nõ ad ſalutẽ accipit nihil acceperit. Corpus enim & ſanguis Domini erat, etiam illis, quibus dicebat Apoſtolus, Qui manducat indignè, judicium ſibi manducat:* Ita Auguſt. Indignè autem manducat qui cum conſcientia peccati mortalis manducat, id eſt qui ſcit ſe feciſſe aliquod crimen, de quo non eſt abſolutus, aut talis adhuc criminis propoſitũ habet.

Sent. 69.

Lib. 5. cont. Donat. c. 8.

1. Cor. 11.

Sunt autẽ filij Chriſti in circuitu menſæ ejus, ad eamque libenter & alacriter accurrunt, ut inde paſcãtur, ſanentur, creſcant, vires reparent. *Sicut enim corpus noſtrum*, ait Aug. *in hac vita ante illam ſcilicet immutationem cibo reficitur, quia ſentit diſpendium, ſic & animus quoniam temporalibus affectionibus quaſi diſpendium ab intentione Dei patitur, ſpirituali cibo reficiatur oportet.* Hunc quotidie nobis dari poſtulamus dicẽtes: *panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Non enim ibi ſolũ de pane corporali agitur, quem à Deo accipiunt & boni & mali, fideles & impij, ſed & de ſpirituali, quem propriè noſtrum

Lib. 2. de ſer. Domini in mont. cap. 13.

dicimus

Digitized by Google

dicimus, quia ipſorum non eſt; & ut ad noſtram patriam perveniamus, nos in hac vita nutrit. Qualis panis eſt verbum Dei, & peculiari ratione Euchariſtia, ſive ore corporis, ſive mente tantum ſumpta. Dicitur autem iſte panis, quotidianus: *Quia quamdiu vita hæc temporalis, per dies decedentes ſuccedenteſque peragitur, & revera quamdiu nunc in ſuperiora, nunc in inferiora, nunc in ſpiritualia, nunc in carnalia animi affectus alternant, tanquam ei, qui aliquando paſcitur cibo, aliquando famem patitur, quotidie panis neceſſarius eſt, quo reficiatur eſuriens, & relabens erigatur. Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum*, ait Propheta David; *quia oblitus ſum comedere panem meum.* D. Aug. ibi. Pſal. 101.

De his duobus, verbo Dei & Euchariſtia, optimè quidam ſpiritualis Doctor; *In carcere hujus corporis detentus duobus me egere fateor, cibo ſcilicet, & lumine. Dediſti itaque, Domine, mihi infirmo ſacrum corpus tuum ad refectionem mentis & corporis, & poſuiſti lucernam pedibus meis verbum tuum: ſine his duobus vivere non poſſem. Nam verbum Dei, lux eſt animæ, & ſacramentum tuum panis vitæ. Hæc etiam poſſunt dici mēſæ duæ, hinc & inde in gazophylacio ſanctæ Eccleſiæ poſitæ. Una menſa eſt ſacri altaris habens panē ſanctum, id eſt, corpus Chriſti pretioſum. Altera eſt divinæ legis, continens doctrinam ſanctam, erudiens fidē rectā, & firmiter uſque ad interiora velaminis, ubi sūt ſancta ſanctorum, perducens. Gratias tibi, Domine Ieſu Chriſte, lux lucis æternæ, pro Doctrinæ ſacræ menſa, quā nobis per ſervos tuos Prophetas & Apoſtolos, alioſque Doctores miniſtraſti. Gratias tibi Creator & Redemptor hominum, qui ad declarandam toti mundo charitatem tuam, cœnam paraſti magnam, in qua non agnum* Tho. Kem. lib. 4. ca. 11 de imit. Chriſt. Ioan. 6. Matt. 26. Pſalm. 118. Heb. 13. Matth. 22. Luc. 14.

num typicum, ſed tuum ſanctiſſimum corpus & ſanguinem poſuiſti manducandum & bibendum, lætificans omnes fideles cōvivio ſacro, & calice inebrians ſalutari, in quo ſunt omnes delitiæ paradiſi, & epulantur nobiſcum Angeli ſancti, ſed ſuavitate feliciori.

MONITUM XVIIII.

Domine dic animæ meæ, Salus tua ego ſum.

Pſalm. 34.

In Pſal. 32. conc. 2. De nat. & grat. cap. 49 NOn potuit natura humana, inq. D. Aug. *in omnibus malis ſuis amittere beatitudinis appetitum. Acquirendæ enim beatitudinis cauſa faciunt omnes homines, quicquid vel boni faciunt, vel mali. Quis enim ullo modo velle eſſe poſſit infelix? etiam ſi aliud vult, ubi eum & nolentem infelicitas conſequatur. Nam peccando nec pietatem, nec felicitatem tenuimus, voluntatem verò felicitatis nec perdita felicitate perdidimus.* De civit. li. 22. c. 30. & lib. 19 c. 12 li. 3. proſ. 2. Lib. 3. met. 8. Ita Aug. Sic & Boëth. de conſol. Philoſ. *Hominum animus,* ait, *etſi caligante memoria, tamen bonum ſummum repetit, ſed velut ebrius domum, quo tramite revertatur, ignorat.* Et alibi queritur noſſe homines alia mirabilia; *Sed quoniam lateat quod cupiūt bonū, Neſcire cæci ſuſtinent. Et quod ſtelliferum trans abiit polum, Tellure demerſi petunt. Sacrilegii autem vel maximi inſtar eſt humi quærere quod in ſublimi debeas invenire,* inquit Minutius in Octavio. Omnes ergo etiam mali ſalutem & beatitudinem expetunt & quærunt, licet ibi, ubi quærunt, non inveniant. li. 3. proſ. 2. *Eſt autem beatitudo,* inq. Boëth. *ſtatus bonorum omnium congregatione perfectus. Hanc diverſo tramite mortales omnes conantur adipiſci, (eſt enim mentibus hominum veri boni naturaliter inſerta cupiditas) ſed ad*

falſa

falſa devius error abſtulit. Quærit eam avarus in divitiis, non invenit; luxurioſus in voluptatibus, non invenit; ambitioſus in honoribus, non invenit. Quomodo enim illa beatum hominem efficerent, quæ cùm fluxa ac fragilia ſint, brevi omnia dilabuntur, plurimiſque ac variis doloribus, curis, periculis ſunt admiſta & referta?

Non poteris te convertere ad aliquam voluptatem, ubi ſpinas nõ ſentias, ait Aug. *Elige quod volueris, eſto avarus, luxurioſus, ambitioſus. In honorum cupiditate, quanta ſpina? In luxuria libidinum quanta ſpinæ? In ardore avaritiæ quanta ſpina? Amores turpes quantas moleſtias habent, quãtas ſollicitudines, hic in iſta vita? Omitto gehennam. Vide ne jam ipſe tibi gehenna ſis.* In Pſal. 102. Quos etiam in conf. ita alloquitur. *Non eſt requies ubi quæritis eam. Quærite quod quæritis, ſed ibi non eſt ubi quæritis. Beatam vitam quæritis in regione mortis? Non eſt ibi. Quomodo enim beata vita, ubi nec vita?* Lib. 4. c. 12. Ubi ergo ſalus ac beatitudo noſtra? Dicit Dominus ac Salvator noſter animæ noſtræ: *Salus tua ego ſũ.* De quo & Petr. in Actis; *Non eſt in alio aliquo ſalus. Non eſt enim aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Ipſe eſt lignũ vitæ amplectentibus eum, cujus folia & fructus,* verba & opera *ad ſanitatem gentium.* Unde tam inſtanter deſideratus à priſcis patribus, dicentibus; *Oſtende nobis, Domine, miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Et apud Iſaiam: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.* Pſal. 34. Actor. 4. Prov. 3. Apoc. ult. Pſal. 84. Iſai. 45.

Sed videte errores hominum. Fuerunt hæretici Pelagiani, qui juſtitiam & ſalutem conſtituebant in propriis viribus. De quibus Aug. *Multi inſurgũt adverſum nos, & dicunt animæ noſtræ: Non eſt ſalus* Epiſt. 95.

Pſalm. 3. *ipſi in Deo ejus. Familia autem Chriſti dicit, Cum in-*
2. Cor. 12. *firmor, tunc potens ſum: & ei dicit Dominus ejus, ſalus*
Pſal. 34. *tua ego ſum.* Quod rectè vivis, quod tentationibus reſiſtis, quod perſeveras, quod ſalvaris, ex mea eſt
Proſp. de voc. gentium, li. 1. c. 6. gratia, *in tuis viribus nihil habes, niſi* lapſus & *periculi facilitatem.* Unde idem Aug. monet: *Cavendum ne quis teneat poëticam illam ſententiam, qua dictum eſt, Spes ſibi quiſq; & in illud incurrat, quod nõ poëticè, ſed*
De prædeſ. ſanct. cap. 1. *prophetice dictũ eſt, Maledictus qui cõfidit in homine.*
Hier. 17.

Sunt alij carnales Catholici, quorum quidam dicunt, Divitiæ ſalus mea ſunt, putantes ſe beatos,
Pſal. 141. & ibi Aug. quando temporalibus bonis abundant: alij verò, Voluptas ſalus mea eſt, putantes ſe felices quando corporis voluptatibus ad nutum frui poſſunt: alij denique, Honor ſalus mea eſt, felicitatem in eo
Vide Boëth. lib. 3. de conſ. Philoſ proſ. 2. & ſeq. conſtituentes, ſi honorentur ab hominibus: ſed quàm illi fallantur, dictum ſupra.

Fuerunt & Gentiles olim, qui conſiderantes ſe tot bona ex creaturis percipere, è cœlo lumẽ amabile, ex terra tam multiplices fructus, tam varia denique & hominibus commoda ex aëre, mari, cæteriſque; in ipſis creaturis hærebant, iiſque velut Diis
Roman. 1. ſerviebant, non ultra cogitantes, nec ex iis aſcendentes ad earum authorem, qui eas hominum gratia condidit; eaſque fœcundat, ditat, ornat bonis omnibus ad uſus & neceſſitates hominum. *Omnia*
1. Cor. 3. *veſtra ſunt,* inquit Apoſt. id eſt, vobis ſerviunt.

Contra omnes tales dicit Dominus animæ hu-
Pſalm. 34. Vide ibi D. Aug. manæ: *Salus tua ego ſum,* non voſipſi, non cœlum, non terra, non alia creatura. Unde & à quocunque tibi aliquod bonum provenit, ſive temporale, ſive ſpirituale, qualecunque tandem ſit, ex me primò venit: ſi in tribulatione aliquod ab aliquo ſolatiũ

accipis,

Digitized by Google

accipis, meum eſt, & ex me eſt; ſi in paupertate aliquod adjumentum, meum & ex me eſt: ſi alicujus doctrina fidem conſequeris, ſalus tua ego ſum: 1. Cor. 3.
ſi in Sacramentis, quæ etiam ex elementis conſtāt, & per homines adminiſtrantur, purgaris, conſolaris, paſceris, confirmaris, &c. ego ſum qui illis vim Tit. 3.
tantam tribui. Ego ſum prima origo, & bonorum omnium primus fons; Creaturæ veluti alvei ſunt, & canales, per quos beneficiorum meorum aquæ Proſp. lib. 2 c. 1. de vocat. gent.
ad homines derivantur.

Ac ut paulò latius demonſtretur, quomodo ipſe ſit ſalus noſtra. Quis dicat quomodo te, ô homo, in tenebroſo illo uteri materni thalamo adhuc Baſil. hom. 23.
conſtitutum, in eo foveat ac conſervet uſque ad partus maturitatem? Editus in lucem, ſtatim tibi de convenienti alimento providet juxta inſtitutionem ſuam, & divitias bonitatis ſuæ. Quis enim alius implet ubera matris tuæ, vel nutricis tuæ, niſi Salvator? *Neſcio*, inquit D. Aug. *unde venerim huc, in* lib. 1. conf. cap. 6.
iſtam dicam mortalem vitam, an mortem vitalem, neſcio. Et ſuſceperunt me conſolationes lactis humani. Nec mater mea, nec nutrices meæ, ſibi ubera implebant, ſed tu Domine, mihi dabas per eas alimentum infantiæ ſecundum inſtitutionem tuam, & divitias bonitatis, uſque ad fundum rerum diſpoſitas. Grandior factus, incipis vivere ex frugibus ſoli, volucribus cœli, piſcibus maris, beſtiis terræ. Quis eſt, qui creaturas omnes fœcundat, ut producant ea, quæ uſibus tuis ſunt commoda vel neceſſaria, niſi Salvator? *Bonum meum ex eis, quod non ex eis, ſed per eas eſt. Ex te quippe bona omnia, Deus,* ait ibidem Aug. *& ex Deo meo ſalus mihi univerſa.* Sed iſta ad corporalem vitam pertinent.

Pſal 50. Vide quàm etiam in ſpirituali vita abundanter
Rom. 5. tibi providerit. Naſceris in peccato, filius iræ, dam-
Epheſ. 2. nationis reus; ut ab his malis libereris providit ti-
Ioan. 3. bi de baptiſmi Sacramento, quo renaſceris, redis
Tit. 3. in gratiam, efficeris filius Dei, hæres cœli. Baptiza-
Eccleſ. 2. to jam dicitur, *Fili accedens ad ſervitutem Dei, præ-*
Joan. 14. *para animam tuam ad tentationem.* Auxilio ergo
Luc. 24. opus eſt contra tentatores, præſto eſt Sacramen-
Act. 1. c. 8. tum confirmationis, quo roboraris, ne ſeducaris er-
Ioël. 2. roribus, capiaris illecebris, adverſitatibus ſupere-
Melchiad. ris. Ambulas hujus vitæ viam, ne in ea deficias,
Papa in epiſt ad Epiſcop. Hiſpan. providit tibi in Euchariſtiæ Sacramento de ſpiri-
Joan. 6. tuali viatico tuæ peregrinationis; corpore videli-
Matth. 26. cet ſuo pretioſo, quod te hinc ad cœleſtem Hieru-
ſalem contendentem, velut *manna Patribus datum,*
delectat, conſolatur, confortat. Si fortè ex infirmi-
Joan. 20. tate cadis, aut aberras à via, paratum eſt Sacramen-
tum pœnitentiæ, quo ſurgeres, in viam redires, ac
Baſil. in Pſal 7. in cœpto itinere progredereris. Confecta jam via,
Geneſ. 3. adveniente morte adeſt Diabolus, qui maximè
calcaneo tuo inſidiatur; & tunc omnes ſuas vires
exerit, ſciens eſſe extremum conflictum & momen-
tum unde dependet æternitas: pro illo tempore
Jac. 5. tam periculoſo providit tibi Salvator Unctionem
Marc 6. extremam, quo Sacramento arma ac vires ſubmi-
Bed. Theophil. in eum loc. niſtrantur, quibus adverſarii vim ac impetum
frangere, & illi fortiter reſiſtere poſſis.

Ecce quomodo tibi providerit in nativitate,
vita, morte; in ingreſſu, decurſu, exitu. Meritò di-
Iſai. 5. cit apud Eſaiam: *Quid eſt quod debui facere ultra vi-
neæ meæ, & non feci?* Salvator tibi eſt in tempora-
libus, Salvator in Spiritualibus. Omnia enim pec-
cato amiſimus, vel amittere digni ſumus. Unde

Divus

Digitized by Google

D. Auguſt. *Genus humanum,* inquit, *tum propter peccata multiplicia, tum quia ab initio deſeruit Deum, his omnibus digniſſimum eſt pœnis, niſi ubi parcit ratione diſpoſitionis occultæ inſcrutabilis ſapientia conditoris, quæ nec ab ipſa maſſa perditionis, ſui operis abſtinet bonum.* Omnia reſtituit & conſervat Salvator, unde ipſe *in nomine ſuo omnia petere docuit.* Quod ſciens Eccleſia, omnes orationes ſuas, quibus bona, ſive corporalia, ſive ſpiritualia à Deo petit, concludit dicens; *Per Chriſtum Dominum noſtrum.* Per illum enim hæc omnia præſtantur, per illum & animæ & corpora ſanantur & adjuvātur. Li. 3. cont. Iulia. ca. 4. Ioan. 16.

Denique etiam Propheta David clariſſimè oſtendit, per quos gradus gratiæ à Chriſto anima humana ſalvetur, dicens: *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Non omnibus virtutibus tuis, quæ utique nullæ ei ineſſent, niſi fieret remiſſio peccatorum. Quæ ne rurſus exurgant, *ſanat omnes infirmitates tuas.* Quæ autem ſunt iſtæ infirmitates, niſi concupiſcentiæ malæ, deſideria carnalia, & morbi omnium vanitatum? *Redimet de corruptione vitam tuam,* quia corpus mortis erit aliquando corpus vitæ, quando mortale hoc induerit immortalitatem. *Coronat te in miſericordia & miſeratione. Quiſquis enim enumerat vera merita ſua, quid enumerat niſi munera tua?* ait D. Aug. ad Dominum. *Ut intelligamus,* inquit D. Proſper, *per eandem miſericordiam dari coronas meritorum, per quam data ſunt merita coronarum.* Deinde inquit Sapiens: *Cùm ſederit Rex in throno, quis gloriabitur caſtū ſe habere cor, aut mundum ſe eſſe à peccato? ac proinde etiam ibi miſericordia neceſſaria erit,* inquit D. Auguſtin. *qua fiet beatus, cui non im-* Pſalm. 102. Auguſt. & Proſper. in hunc pſal. 1. Cor. 15. Li. 9 conf. cap. ult. In Pſal. 102 Pro. 20. ſecundum 70. Aug. de cor. & gra. cap. 13. Pſalm. 31.

Li.9.conf. cap.13. *putavit Dominus peccatum. Væ enim etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia, diſcutiat eam. Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum*; ſatietas eſt in viſione Dei, in qua quicquid eſt deſiderabile invenitur. Pſal.16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et tam dulcis eſt facies Domini, quam videbunt ſancti, tam pulchra, ut vincat omnes concupiſcentias, ut illa viſa nihil aliud poſſit delectare*, ait idem Aug. Ser.53.de diuerſ.

Sed quid nos horum omnium conſideratione tanto Salvatori præſtabimus, niſi quod Propheta David dicens; Pſal.61. *Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. Nam & ipſe Deus meus, ſalvator meus, ſuſceptor meus, non movebor amplius.* Et cùm ad convitiandum Chriſto, eumque negandum (quod non ſolum fit verbis, ſed & factis) tentabimur, dicemus cum S. Polycarpo; *Quomodo poſſum maledicere Regi meo, qui mihi ſalutem dedit?* ut eſt apud Euſeb. li.4.c.15. Et cum Auguſt. dicemus; Li.1.conf. cap.5. *Dic mihi per miſerationes tuas, Domine Deus meus, quid ſis mihi. Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Sic dic, ut audiam. Ecce aures cordis mei ante te, Domine aperi eas, & dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Curram poſt vocem hanc, & apprehendam te, nec dimittam.* Cant.3. Rom.8 Ibid.in Cōfeſ.cap 6. *Quis enim me ſeparabit à charitate Chriſti, ex quo mihi bona omnia & ſalus univerſa?* De æterna Sapientia, quæ Chriſtus eſt, dicit Sap. Prov.3. *Lignum vitæ eſt* (eam dat & conſervat) *amplectentibus eam* (brachiis fidei & charitatis) *& qui tenuerit eam, beatus.*

Quæ quomodo B. Laurentio Juſtiniano adhuc adoleſcenti apparuerit, libet ipſiuſmet verbis hîc aſcribere: Eram, inquit, veſtri ſimilis, quærens æſtuanti deſiderio pacem in rebus extrinſecis, nec inveniebam. Tandem quædam virgo ſole ſplendi- Vide in vita, cap. 1. In faſciculo amoris.

dior

dior mihi apparuit, cujus nomen ignorabam. Hæc propius accedens venuſto vultu placidoque affatu: *O juvenis*, inquit, *dilecte, cur effundis cor tuum, & pacem ſectando per multa variaris? Quod quæris, penes me eſt: quod concupiſcis, tibi polliceor, ſi tamen in ſponſam me habere volueris.* Quum verò nomen ipſius, & genus & dignitatem ſcire peroptarem, ſe ait, *Sapientiam Dei eſſe, quæ propter hominum reformationem humanam formam ſuſcepit.* Aſſenſi igitur, & dato pacis oſculo læta diſceſſit.

MONITUM XIX.

In omnibus ſumentes ſcutum fidei.

Epheſ. 6.

MUlta præclara tribuuntur fidei in Scripturis ſanctis, non otioſæ, non mortuæ, ſed ei, quæ vivit, operatur, vigilat; ſi enim mortua eſt, aut dormit, quid proderit? Hinc D. Auguſtin. In pſal. 49.
Unde piget, niſi quia non credis? id eſt, perinde te habes, ac ſi non credas, quod fidem tuam non exerceas, non excites. *Excutiat ergo*, inquit, *unuſquiſque cor ſuum, & videat quid ibi fides teneat.* Et alibi: *Dominus*, ait, *dormiebat in navi, & ideo fluctuabat navis, quia dormiebat Ieſus. Nam ſi illic vigilaret Ieſus, non fluctuaret navis.* Deinde hujus hiſtoriæ myſterium explicans: *Navis tua*, inquit, *cor tuum. Ieſus in navi, fides in corde. Si meminiſti fidei tuæ, non fluctuat cor tuum. Si oblitus es fidem tuam, dormit Chriſtus, obſerva naufragium. Veruntamē quod reſtat fac, ut ſi dormierit, excitetur: dicas illi, Domine* In pſal. 34. conc. 1. Matth. 8.

exurge

exurge, perimus; ut increpet ventos, & fiat tranquillitas in corde tuo. Iubet ergo D. Aug. ut quiſque excutiat cor ſuum, exeitet fidem ſuam, & videat diligenter quid ipſa teneat. Vivens enim ac vigilans fides facit, ne undis maris ſubmergamur, tempeſtates omnes ac ventos ſuperemus, ac tandem ad ſalutis portum perveniamus. Quomodo verò id faciat, operæ pretium eſt explicare & conſiderare.

Primò, Fides Chriſtianum hominem firma præcepti cognitione inſtruit, ne fallatur. Unam ex peccatorum cauſis ſtatuit D. Auguſt. Ignorantiam. Non enim ea ſemper excuſat à peccato. *Ignorans ignorabitur*, ait Apoſtolus. In veteri etiam lege offerebatur pro ignorantiis: & ait Propheta, *Ignorantias meas ne memineris, Domine*. Fides oculus eſt animæ, quo illuſtratur homo, ut videat, quid credendum, quid agendum, ut ad ſalutem perveniat; illum ergo aperire debet: quem qui amiſit, aut non habet, miſerrimus eſt; aut enim patriam pacis, aut viam eò ducentem ignorat. Per fidem enim oſtenditur, quò ſit totius vitæ curſu contendendum, & quà ſit eundem, ac niſi ſua luce humanæ mentis tenebras diſcuſſerit, perpetua neceſſe eſt ignorantiæ in nocte verſetur.

Ench. 81.
1. Cor. 14.
Levit. 4.
Pſalm. 24.
Aug. in pſal 68.
Leo ſer. 5. de nat.

Secundò, Fides homini, ne præſumat, oſtendit propriam imbecillitatem, ſimul Dei omnipotentiam & miſericordiam, ut confidat; ex quarum conſideratione ſpem concipit, non in propriis viribus, quæ ad benè agendum nullæ ſunt, ſed in Deo, in quo omnia poſſumus; ex qua ſpe accedit ad orandum Deum: *Omnis autem qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Demõſtrat ergo nobis fides parandæ victoriæ modum, dum eum oſtendit, cujus

Philipp. 4.
Rom. 10.

jus ſolius ope ac gratia vincimus, ſi ex hac ad illum confugiamus,quod cum facimus,adjuvamur; & ita fit ut de ea quoque dicatur, *Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.* Cyprian.de orat. Dom. 1,Joan.5.

Tertiò, Fides homini peccati oſtendit turpitudinem ac perniciem, ut fugiat. Quam per fidem vidit Sanctus Ludovicus Rex Galliæ, qui ab ineũte ætate perſuaſum habebat, *potius mori quàm peccare.* Et D.Edmund.Cantuariæ Arch. qui dicebat, *Malo inſilire in rogum ardentiſſimum, quàm peccatum ullum ſciens admittere.* Itemque S.Anſel. ejuſdem ſedis Archiep. dicere ſolitus: *Si hinc peccati horrorem, inde inferni dolorem corporaliter cernerem,& neceſſariò uni eorum immergi deberem, prius infernum quam peccatum appeterem.* Denique naturæ lumine vidit eam Seneca,unde dixit: *Si ſcirem Deos ignoſcituros & homines ignoraturos,adhuc propter peccati vilitatem peccare erubeſcerem.* Thom.in Comment. in lib.Boët. de cõſolat.

Quartò, Fides etiam homini virtutis ſeu juſtitiæ pulchritudinem monſtrat,ut amet. *Habet*, inquit Aug. *Juſtitia formam ſuam. Cur ergo non amatur?* cùm teſte D.Baſil. *rerum pulchrarum naturâ appetentes ſimus? Quia ejus pulchritudo non videtur.* Quæ ſi videretur,mirabiles in animo videntis,ſui excitaret amores,inquit Plato. *Martyres eam viderunt,qui pro ea ſanguinem fuderunt.* Deplorat Aug. quod juſtitiam ac honeſtatem contempſerit, ei corporis voluptates præponens, quòd *tam demerſus eſſet ac cæcus, ut lumen ejus ac pulchritudinem non videret.* Quando verò eam per fidem videre cœpit,clamat; *Serò te amavi, pulchritudo tam antiqua,& tam nova, ſerò te amavi.* In Pſal.32. In reg. fuſ. diſput. c.2. Lib.6 Conf cap.16. Lib.10.cõf cap. 27.

Quintò, fides hominem docet, Deum obſervare Prov.5.

vare

Eccleſ.23. vare omnes greſſus hominis, videre etiam abditiſſimas cogitationes, & animorum motus. Nonne qui hanc fidem excolit, & cum Moyſe *Inviſibilem Deum tanquam videns ſuſtinet*, peccato potentiſſimè repugnabit? Ejus rei clariſſimum exemplum eſt in Suſanna Matrona honeſtiſſima, quæ cùm ad impudicitiam ſollicitaretur à ſenioribus populi, propoſito etiam mortis ac infamiæ graviſſimæ metu, ſola Divinæ præſentiæ conſideratione tentationem ſuperavit. *Melius eſt*, inquit, *abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini*. Unde & D. Baſil. interrogatus, *Quis otioſus, piger, vagus animo, iracundus, ſuperbus?* &c. Reſp. *Qui non ſẽper cogitat, Deũ cogitationum & actionum noſtrarum inſpectorem eſſe. Hæc enim una recordatio ſi aſſidua eſſet, contra omnia vitia ſufficiens remedium eſſe poſſet*. Unde pulchrè Boët. *Magna*, inq. *vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſſitas indicta probitatis, cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis*.

Heb.11.

Daniel.13.

In Reg. brev. reſp. 20. 21. 34. 37. 196. & 201.

De cõſ. Ph. lib.5. proſ. ult.

Sextò, ſuggerit etiam fides homini imminens ſupplicium, ut cohibeat; quod eſt, ut ait Divus Bernard. *Vermis, ignisque duplex contritio*. Vermis qui nunquam moritur; ignis qui nunquam extinguitur. Dicit S. Chryſoſt. *Ignem noſtrum materialem comparatione infernalis, umbræ duntaxat habere rationem*. Et D. Aug. *Quod flagella hujus vitæ, quantumvis gravia & horrenda, in comparatione ignis æterni, non parva, ſed nulla ſunt*. Et erit aliquis tam inſanus, ut ob modicam voluptatem carnis, æternis ſe velit obligare incendiis? Expendatur quid ſit æternitas, & conſideratio infelicitatis impiorum, nos planè obſtupefaciet.

In Epiſt. ad Roman.

Hom. 49. ad pop.

Serm. 28. in Nov.

Septimò, ponit quoque homini ob oculos fides-

des mercedem præparatam, ut animet; quam attendere monet D. Aug. *Noli*, inq. *tantum attendere, quà iturus es, ſed & quò venturus. Tolerabis dura temporalia; ſed ad lætitiam pervenies ſempiternam. Si vis ſuſtinere laborem, attende mercedem. Nam & operarius in vinea deficeret, niſi attenderet quid accepturus eſſet. Cùm autē attēderis quid ſis accepturus, omnia tibi erunt vilia, quæ agis aut pateris, nec digna æſtimabis, pro quibus illud accipias. Miraberis tantū dari pro tāto labore.* In Prato ſpirituali quidā diſcedere volebat, quòd acedia ac tædio animi laboraret: Cui Alex. Abbas: *Iſtud, fili, ſignum eſt, quia nec regnū cœlorū, nec æternū cruciatum in mente habes; quæ ſi ſollicita intentione cogitares, acediam non ſentires. Hæc ſit*, ait D. Cypr. *armorum noſtrorum præparatio, hæc diurna & nocturna meditatio, ante oculos habere & cogitare ſemper ac ſenſibus volvere, iniquorum ſupplicia, & merita ac præmia juſtorū, quid negantibus Dominus cōminetur ad pœnam, quid contrà confitentibus promittat ad gloriā.* Aug. quoque dicit, *illum ex tentatione victorem evadere, qui attendit opus ex Dei præcepto faciendum, & præmium ab eodem promiſſum facienti; rurſumque ex altera parte, fugit eſcam à Diabolo porrectam, & laqueum ab eodem præparatum.*

In pſal. 36 conc. 2.

Cap. 142.

Lib. 4. epiſt. 6. in fine.

In pſal. 14.

Denique & in adverſis, ne ſuccumbat, animum fides erigit, atque invictum reddit. Ex quo illa Aug. adhortatio eſt; *Noli timere quādo tribularis, ne quaſi non ſit tecū Deus: fides ſit tecū, & Deus tecum eſt in tribulatione. Fluctus ſunt maris: turbaris in navigio, quia dormit Chriſtus. Dormiebat in navi Chriſtus, perierāt homines. Si fides tua dormit in corde tuo, tāquā in navi tua dormit Chriſtus, quia Chriſtus per fidē in te habitat. Cū turbari cœperis, excita Chriſtū dormientem,*

In pſal. 90.

Epheſ. 3.

tem, id eſt, erige fidem tuã; & noveris, quia te nõ deſerit, ſed ideo te putas deſeri, quia non quãdo vis, eripit. Idẽ alibi; *Fortè ideo navis tua turbatur; quia in te ille dormit. Intolerabiliter pateris, quia non venit tibi in mentem, quid pro te pertulerit Chriſtus. Si in mentem non venit, dormit. Excita Chriſtum, recole fidem. Tunc enim in te dormit Chriſtus, ſi oblitus fueris paſſionis Chriſti. Tunc in te vigilat, ſi memineris. Cùm autem intuitus fueris quid ille fuerit paſſus, nonne æquo animo & tu tolerabis? Et fortaſſis gaudes, quia inventus es in aliqua ſimilitudine paſſionum Regis tui, &c.*

In pſal. 54.

Poſtremò, fides homini Dei providentiam proponit, *à quo adminiſtratur mũdus uſque ad arborũ volatica folia*, ut ait Aug. *Qui omnia operatur ſecundũ conſiliũ voluntatis ſuæ*, quemadmodũ docet Apoſt. *ſine quâ nec capillus de capite, nec folium cadit de arbore. Ipſe ditat, & pauperem facit, ipſe humiliat & ſublevat: ipſe mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit. Iuſta & omnipotẽs providẽtia Dei,* ait D. Proſp. *inceſſabiliter omnia dijudicat, cuilibet mẽſurã & modũ miſeriæ ordinat, nemo in hũc mũdũ venit, neque ab hoc mũdo exit, niſi eo ortu atque diſceſſu, quem rerũ arbiter ſecũdũ altiſſimã ſciẽtiã ſuã ſapientiãque decernit, ſicut ſcriptum eſt in libro Iob: Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit, in cujus manu omnis anima viventis, & ſpiritus univerſæ carnis hominis?* Dicit idem Iob de Deo; *Si repẽtè interroget, quis reſpõdebit ei? vel quis dicere poteſt, Cur ita facis?* Et Proph. David; *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & sãctus in omnibus operibus ſuis.* Nõne qui omnia iſta credit, & ſuo cũ animo diligẽter conſiderat, in omni rerũ evẽtu cõtẽtus erit? *Nõ dicat homo Deo*, inquit Auguſtin. *quid eſt hoc? aut quid hoc?*

Lib. 7. c. 6. Confeſſ.
Hier. in vita Paul. erẽ
Epheſ. 1.
1. Reg. 2.
Lib. 2. c. 22. de voc. gẽt.
Ibid. 12.
Iob 9.
2. Reg. 16.
Pſal. 144.
Lib. 7. Conf cap. 6.

non

non dicat ; homo eſt enim. Doceri petebat David Pſal. 118.
Bonitatem Dei, qua miſericorditer benefacit; *Diſciplinum*, qua juſtè caſtigat; *Scientiam*, qua ſapienter omnia diſponit. Hæc cogitanda, & expendenda.

MONITUM XX.

Noſtra autem converſatio in cœlis eſt.
Philipp. 3.

VAriæ poſſunt reddi cauſæ cur juſtorum *converſatio ſit in cœlis*, & ut ait Sapiens, eorũ *cogitatio ſit apud altiſſimum*. Sap. c. 5. Prima, quod ibi ſit illorũ ſummum ac beatificum bonum, unde conantur ſemper amorem trãsferre à temporalibus ad æterna, à viſibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad ſpiritualia; & ab iſtis cupiditatem frenare atque minuere, illiſque ſe caritate alligare diligenter inſiſtunt. Aug. lib. 14 cap. 17. de Trinit. Hinc & Apoſt. hortatur; *Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terrã.* Coloſſ. 3. *Quàm jucundũ eſt*, ait D. Cypr. *claudere oculos huic mundo, & aperire cœlo?* S. Paulinus, captus à Barbaris, Deũ precabatur; *Domine ne excrucier propter aurũ & argentũ, ubi enim ſint omnia mea, tu ſcis.* Lib. 1. de civit. cap. 10. *In præſẽti vita*, inquit D. Aug. *& deliciæ temporales dulces, & tribulationes tẽporales amaræ ſunt. Sed quis non bibat tribulationis poculũ, metuens ignem gehennarum? Et quis non contẽnat dulcedinẽ ſæculi, inhians bonis vitæ æternæ?* Sent. 220. Sic & Greg. *Si conſiderentur animo, quæ promittuntur in cœlis, vileſcunt omnia quæ habentur in terris. Terrena namque ſubſtantia ſupernæ felicitati comparata, pondus eſt, nõ ſubſidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors eſt potius dicenda, quàm vita.* Homil. 37.

Experti

Lib.9.Conf cap.10. Experti ſunt hoc Aug.& Monica ejus mater,de regno cœlorum colloquentes;*Tu ſcis,Domine*,inq. Aug.*quod cùm talia loqueremur, & mundus iſte inter verba vileſceret nobis, cum omnibus delectationibus ſuis*.Unde eſt & illud dictum B.Ignatii, (In vita per Ribad.) *Quàm ſordet mihi terra,cùm cœlum intueor. Tanta eſt enim pulchritudo juſtitiæ, tanta jucunditas lucis æternæ*, (Lib.3. de lib.arbit. c.25.) inq.S.Aug. *ut etiamſi non liceret amplius in ea manere, quàm unius diei mora, propter hoc ſolum innumerabiles anni hujus vitæ,pleni delitiis & circũfluentia bonorum temporalium,rectè meritoque contemnerentur*. (Pſal. 83.) Non enim falsò,aut parvo affectu dictum eſt: *Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia*.Et, (Iſai.64. 1.Cor.2.) *Nec oculus vidit,nec auris audivit,nec in cor hominis aſcenderunt,quæ præparavit Deus diligentibus ſe*.

Secunda ratio eſt, quia inde petendum ac expectandum hujus vitæ auxilium, ad bene agendum,& tentationibus reſiſtendum, neceſſarium ut illud ſummum bonum conſequamur; inde malis omnibus remedium. Unde naturale eſt hominibus,in malis oculos & manus in cœlum attollere:quod etiam ab infidelibus factitari ſolitum eſt, ut eſt apud Virgilium,& alios. Unde & Tert.Cum (Apolog. cap. 17.) gentilis Deum conteſtatur aut nominat,*non ad Capitolium reſpicit*, ubi ſedes erat manuum Deorum, (Ioan.14. Marc.7. Matth.14.) *ſed ad cœlum*.Ipſe Chriſtus in cœlum ſuſpexit, cũ Lazarum ſuſcitare,ſurdum & cæcum ſanare,panes multiplicare vellet:nos docens.Sic & Moyſes po- (Exod.17.) ſtulans à Deo populo ſuo contra hoſtes victoriam, manus in cœlum ſuſtulit.Et David, *Ad te levavi* (Pſalm.122.) *oculos meos,qui habitas in cœlis*. Dicebat Iudas Ma- (1.Mach.3.) chab.*Non in multitudine exercitus victoria belli,ſed de cœlo eſt fortitudo*.Et D.Iac.*Omne datum optimũ*, (Iac.1.) inquit,

inquit, & *omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcẽdens à Patre luminum. Maledictus*, clamat Propeta, *qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suũ; & à Deo recedit cor ejus. Ipſa difficultas bene agendi,* ait D. Aug. & *Diabolo reſiſtendi, quam experitur homo, ad hoc eſt utilis, ne ſit ſpes ſibi quiſque, aut homo alter alteri, ſed Deus ſuis omnibus. Id enim nobis potius expedire prorſus piorum ambigit nemo. Hæc dicit Dominus*, inquit Hierem. *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait Dominus.* Ierem. 17. Enchir. Ierem. 9.

Tertia ratio eſt, quia inde ſumenda ſunt bene agendi exẽpla. Ad imitationẽ Dei hortatur Chriſtus dicens; *Eſtote miſericordes, ſicut Pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, pluit ſuper juſtos & injuſtos. Hoc pro magno inter ſeptem ſapientum dicta celebratur, Sequere Deũ,* inq. Ambr. Et noſter ſapiens; *Magna*, inq. *eſt gloria ſequi Dominum.* Lactantius ait, *eadem ratione vitæ viam quæri oportere, qua in alto iter navibus quæritur. Nauta non terram, ſed cœlum aſpicit: ſic ille non hominem, ſed Deum ſequi debet.* Ad exemplar cœleſtium mittit nos Chriſtus Dominus, docẽs nos ita orare; *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, & in terra*; hoc eſt, Quemadmodum Angeli inculpatè Deo ſerviunt in cœlis, ita & nos illi ſerviamus in terris; & ſicut illi præceptis ejus ſemper obediunt, & quod illi gratum fore ſciunt, id ſemper præſtant, ita & nos agamus, quæ ei placent, ut Angelis ſimus ſimiles. Matth. 5. Eccl. 23. De Abraham lib. 1. cap. 8. Lib. 6. cap. 8. Div. inſtit. Matth. 6. Hieron. in c. 6. Matth. Aug. lib. 2. de ſerm. Do. in mõte, cap. 11.

Homil. 23. D. Baſilius, *Propterea hominem in hanc vitam miſſum teſtatur, ut virtutem colat, Plaſten imitetur, & probè diſpoſitam in cœlis diſciplinam, adumbret in terris. Tu,* inq. Boët. ad Phil. *mores noſtros, totiuſque vitæ rationem ad cœleſtis ordinis exemplar formabas.* Et rurſum ipſa Philoſ. *O felix hominum genus, Si veſtros animos amor, quo cœlum regitur, regat.* Vocat autem nos Dominus ad exemplar cœleſtium, eo quòd de iis ne ſuſpicio quidem ullius iniquitatis haberi poſſit, ut à peſſima cõſuetudine nos revocet, qua ſolemus, cùm de præceptis Dei ſervandis agitur, oculos ad mortales homines convertere, quos præcepta Dei negligere cernimus, aut ſuſpicamur; aut hac nos excuſatione tueri; Facio quod ille, & ille: cur non ſufficit mihi ut agam reliquorum more? Quaſi multitudo operantium iniquitatem non peccati ſit aggravatio, ſed tranſgreſſionum excuſatio: *quaſi multitudo peccantium ſcelus minuat, & non numeroſitate lignorum, major gehennæ flamma ſuccreſcat,* ut ait D. Epiphan. in epiſt. ad S. Hieron.

Liber. proſ. 4. de conſ. Philoſ.

Li. 2. met. 8.

Aug. in pſ. 55.

Hiero. ad Aſellam.

D. Epiph. inter epiſt. Hieron.

Quarta ratio eſt, quia cogitandus eſt inſpector ac Judex, qui deſuper omnia quæ ab omnibus fiũt, proſpicit, ac judicabit. *Deus de cœlo proſpexit,* inq. Pſalmiſta, *ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt ea intelligens aut requirens Deum. Theatrũ mundus,* ait D. Aug. *ſpectator Deus.* Quiſque hic perſonam ſuam habet, & agit; ex alto ſpectat Deus, quomodo quiſque ſuam perſonam exequatur ac ſuſtineat, poſtmodum facturus judicium, ac laturus ſententiam. Hac ratione terret eos D. Auguſt. qui in alios, vel alias figunt oculos, & affectu vel aſpectu ſe mutuo appetunt. *Et ſi talis fortè lateat,* inquit, *& à nemine hominum videatur, quid faciet de illo ſuperno inſpectore,*

Pſalm. 13.

Serm. 1. de Verb. Apo.

Epiſt. 109.

Digitized by Google

ctore, quem latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt non videre, quia tanto videt patientius, quanto ſapientius? Illi ergo vir ſanctus timeat diſplicere, ne velit fœminæ malè placere: illum cogitet omnia videre, ne velit fœminã malè videre. Et Eccleſia unumquęque officii ſui admonens, ita filios verbis Prudentii alloquitur; *Sic tota decurrat dies, Ne lingua mendax, ne manus, Oculive peccent lubrici, Ne noxa corpus inquinet. Speculator aſtat deſuper, Qui nos diebus omnibus, Actuſque noſtros proſpicit, A luce prima in veſperũ.* In hymno ante Lucẽ.

Unde & in viſione Jacob dicitur, quod Deus innixus erat ſcalæ, in qua aſcendebant & deſcendebant Angeli. Significantur proficientes & deficiẽtes in Eccleſia, *quæ eſt Bethel, id eſt, domus Dei, in qua quotidie aſcenditur & deſcenditur,* inq. D. Hier. *Et ſancti enim corruunt, ſi fuerint negligentes, & peccatores priſtinum recipiunt ſtatum, ſi ſordes fletibus laverint.* Dominus autem innixus eſt ſcalæ, ut videat quomodo quiſque operi ſuo incumbat, ut laſſis manum porrigat, & laborantes ſuo provocet aſpectu, deficientes puniat, proficientes coronet. Nam ut ibidem Prudent. *Hic teſtis eſt, hic arbiter. Hic intuetur quidquid eſt, Humana quod mens concipit. Hunc nemo fallit judicẽ.* De quo & D. Leo; *Oculos Dei ſimul univerſa cernentis, non abdita locorum, non parietum ſepta ſecludunt, nec ſolum ei acta & cogitata; verum & agenda & cogitanda ſunt cognita. Iſta ergo ſcientia ſummi Iudicis, iſte eſt tremendus aſpectus, cui pervium eſt omne ſolidum, & apertum omne ſecretum, cui obſcura clarent, muta reſpondent, ſilẽtium confitetur, & ſine voce mens loquitur.* Sic Leo.

Gen. 128. Hiero. ad Julianum. Prudent. ibid. Serm. 5. de Quadr.

Sit ergo noſtra converſatio, juxta admonitionẽ Pauli, in cœlis. Anaxagoras Philoſophus interrogatus, Cicero de legib.

rogatus, cujus rei cauſa eſſet genitus? reſpondit, ut cœlum & ſolem intueretur. Et homo in ſeipſo etiam ſignum habet, quo ad id monetur; quod etiam poëta Gentilis advertit, dicens:

Ovid. lib. 1. Metam.

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cœlumque tueri
Juſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Lib. 5. de conſolat. met. 5.

Et noſter Boëtius;

Hæc niſi terrenus malè deſipis admonet figura,
Qui rectè cœlum vultu petis exeriſque frontem,
In ſublime feras animum quoque, ne gravata preſſu
Inferior ſidat mens, corpore celſius levato.

Sat. 2.

O curva in terris animæ, & cœleſtium manes, clamat Perſius.

Daniel. 13. In vita.

Dicitur de ſenioribus qui exarſerunt in concupiſcentiam Suſannæ, quod *everterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum juſtorum.* Mater Symphoriani, filium ad Martyrium animans; *Memento*, inquit, *æternæ vitæ, cœlum ſuſpice, ibi regnantem intuere; nam vita tibi non eripitur, ſed mutatur in melius.* Et S. Martinus ad ſuos, petentes ut ad morbi remiſſionem & corporis relevationem conquieſceret pronus: *Sinite me*, inquit, *cœlum potius, quam terram aſpicere, ut ſuo jam itinere iturus ad Dominum ſpiritus dirigatur.* Quem & in vita capite verſus cœlum ſemper erecto, fuiſſe ferunt; unde à multis quaſi ſtultus rideri ſolitus. *In ipſo etiam veriſſimo ac ſingulari Sacrificio*, ut inq. D. Auguſt. & Cypr. *quotidie admonemur ſurſum corda habere, & gratias Domino Deo agere. Serva te*, ait quidam ſapiens, *tanquam peregrinum & hoſpitem ſuper terram, ad quem nihil ſpectat de mundi negotiis. Serva cor*

Sulpit. Dial 3. Bern. in Serm. de S. Martino.

De ſpirit. & lit. ca. 11 Cypr. de Orat. Dom. Tho. Kemp lib. 1. ca. 23

liberum,

Digitized by Google

liberum, & ad Deum ſurſum erectum, quia non habes hic manentem civitatem. Illuc preces & gemitus quotidianos cũ lachrymis dirige, ut ſpiritus tuus mereatur poſt mortem ad Dominum feliciter tranſire. Amen. de imit. Chriſti. Hebr. 1.

MONITUM XXI.

Charitas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu. Philip. 1.

PRoficiendi exemplum in Chriſto habemus, de quo Lucas: *Proficiebat ſapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines.* Increpantur in Scriptura ſacra deficiẽtes. Angelo Epheſi dicitur in Apoc. *Habeo adverſum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti; memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; ſin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Ibidem minatur Dominus tepidis, quod evomet eos ex ore ſuo, tanquam mali odoris aut faſtidiendi ſaporis. Ex talibus fieri ſolent Apoſtatæ, ut etiam ipſam Eccleſiam, aut Religionem, in qua fortè ſunt, deſerant. Quapropter graviter Chriſtianos admonet Apoſtolus; *Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non claudicans quis erret, magis autem ſanetur.* Et in Apocal. dicitur; *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc.* Luc. 2. Apoc. 2. Apoc. 3. Hebr. 12.

Et idem Apoſtolus, unumquemque ſui officii admonens; *Licet*, inq. *is qui foris eſt noſter homo corrumpitur: tamen is qui intus eſt renovatur de die in diem.* Et Sap. *Semita juſti quaſi lux ſplendens procedit & creſcit uſque ad perfectam diem. Gratia Dei*, ait Paulus, *in me vacua non fuit*, & alios hortatur, *ne* Apoc. 22. 2. Cor. 4. Prov. 4. 1. Cor. 15 2. Cor. 6.

Digitized by Google

in vacuum gratiam Dei recipiant. In hominibus enim Lib.1.de vocat.gent. cap.1. *particulatim accreſcit gratia*, ait D. Proſper, *fitque ut præcedens fiat ſubſequentis cauſa.* Per unam ergo quærenda & impetranda eſt alia. *Quamvis enim omnia bona dona ſint Dei, à Deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, ut per ipſa quæ accepta ſunt, ea quæ nondum ſunt donata, quærantur. Semen quippe quod jacitur in terram, non ob hoc ſeritur, ut ipſum ſolum maneat, ſed ut fructum afferendo, multiplex atque numeroſum ſit.*

Hieron.lib.2.in Iovin. *Quod Dominus non contentus ſit his quæ habemus*, ait D. Hieron. *ſed ſemper majora deſideret, ipſe monſtrat, dicens ſervo nequam qui non auxerat bona* Luc.19. *domini ſui; Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, & ego veniens cum uſuris utique exegiſſem illã?* Lib.1.Conf. cap.4. Huic domino dicit Aug. in Conf. *Nunquam inops, & gaudes lucris: nunquam avarus, & uſuras exigis.* Vnde & illum ſervum pigrum vituperat, denudat, In Iovin. & condemnat. Quod ſciens Sanctus Paulus, ait ibi- Philip 3. dem Hier. *præteritorum obliviſcitur, & ad anteriora ſe extendit, id eſt, quotidie proficit, nec ſervat in ſudario delicatè gratiam quam accepit, ſed avarus negotia-* Serm.8.de paſſ. *tor renovatur de die in diẽ, & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creverit.* Verũ enim eſt quod ait D. Leo, *Qui nõ proficit, deficit: & qui nihil acquirit, nõnihil perdit.*

Epiſt.91. Gen.28. Vnde & D. Bern. notat, quod Patriarcha Iacob, in ſcala iſta myſtica, quam vidit in ſomnis ſtantem ſuper terram, & cacumen ejus tangens cœlos, nullum ſtantem aut ſedentem viderit, ſed aſcendentes & deſcendentes per eam. *Aut enim aſcendas neceſſe eſt, aut deſcendas. Si attentas ſtare, ruas neceſſe eſt. Minimè pro certo eſt bonus, qui melior eſſe non vult. Et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam deſinis eſſe bonus.*

Digitized by Google

nus.Ita Bern.De Joſeph filio dicit Jacob Pater,*Filius accreſcens Ioſeph,filius accreſcens.* Et de Davide ait Scriptura quod *erat proficiens, & ſemper ſeipſo robuſtior.Atque hoc deberet eſſe negotium noſtrũ,*inq. quidam Sapiens,*vincere ſeipſum, & quotidie ſeipſo fortiorem fieri,ac in melius aliquid proficere.Et bonæ ſpei eſt homo,*inq.D. Aug.*ſi eum ſic proficiẽtem dies ultimus hujus vitæ invenerit, ut adjiciantur ei, quæ proficienti defuerunt,& perficiendus potius quàm puniendus judicetur.*Ageſilaus monere ſolitus,*ut cives ſui diteſcere ſtuderent,non pecunia,ſed virtute.*Dicebat Solon,*seneſcere ſe multa in dies addiſcentem.* Gen.49. 2.Reg.3. Th.Kemp. lib.1.cap.3. de imitat. Chriſti. De bo.perſ. Cicero de Senect.

Debet autem homo proficere in ſcientia & charitate,ut ait Apoſt. *Cùm enim à baptizato non tollatur penitus ignorantia, ſicut nec concupiſcentia, (ex quibus duabus cauſis,*ait D.Auguſt.*committitur omne peccatum,ſive dum non videmus quid ſit agendum,ſive dum videmus quid ſit agendum, cupiditate tamen prævalente non agimus:) viriliter oportet cum iſtis vitiis congredi,& ea magis magiſque quotidie minuere,& in interioris hominis novitate,cognitione ſcilicet agendorum,& eorum dilectione ſemper proficere.* De iiſdem vitiis agens contra Iul. *Horum,*inquit,*malorum,præteritus omnis reatus ſacro fonte diluitur.Remittuntur in renaſcentibus, minuuntur in proficientibus.Ignorantia minuitur,veritate magis magiſque lucente;concupiſcentia minuitur,charitate magis magiſque fervente. Ex hoc autem concupiſcentia peior eſt quàm ignorantia,quia ignorantia ſine concupiſcentia minus peccat,concupiſcentia verò ſine ignorantia gravius peccat. Et neſcire malum non ſemper eſt malum: concupiſcere autem malum ſemper eſt malum.Bonum quoque ipsũ utiliter aliquando ignoratur,ut opportunè* Philipp.1. Ench.ca.81 lib.6.cap.5

 ſciatur.

Ser 69. in Cant. *ſciatur*, ita D. Aug. De ſcientia & caritate ita etiam Bern. *Quid faceret eruditio abſque dilectione? inflaret. Quid abſque eruditione dilectio? erraret.* Utrũque ergo bonũ comparandum, in utroque proficiendum.

Ut autem de priori malo aliquid dicamus, quamvis minus ſit peccatum ignorantis, quàm idẽ peccatum ſcientis, ſi tamen ignorantia voluntaria ſit, plura ſunt ignorantis peccata, quam ſcientis; ipſa, videlicet, ignorantia, & id quod ex ea committitur. Eaque conſideratione ignorantia non excuſat peccantem, ſed accuſat. Cùm enim ſe excuſare parabit per ignorantiam, dicetur ei, hoc ipſum peccatum eſſe alterum, quod ignorare voluerit. Diſtinguenda enim eſt comparatio peccatorum à comparatione peccantium. Maximè autem accuſat ignorantia, quam incredulitas parit, ex qua reſiſtitur prædicationi veritatis. Nam quod D. Paulus ait, *Miſericordiam ſe conſecutum, quia ignorans fecit in incredulitate*, illud, in incredulitate, auxeſin habet, non enim ſimpliciter erat ignorans, ſed etiã incredulus, malitia videlicet obfirmatus contra illuſtrem veritatem. Nec voluit extenuare peccatum, ſed exaggerare morbum, & divinam miſericordiam ſingulariter commendare, quæ tam deploratæ malitiæ ſubvenerit.

1. Tim. 1. Vide Aug Ser. 8. 9. 10 de Verb. Apoſt.

Porrò ignorantia per ſeipſam, ſuoque ex genere peccatum eſt, ſicut concupiſcentia; tam enim vitioſum eſt neſcire, quod debeas ſcire, quàm concupiſcere quod non debeas: eſtque homini præceptum lege Dei, nõ ſolùm ut faciat aut vitet quippiam, ſed etiam det operam ut ſciat quæ facere, quæ vitare debeat. Eſt enim divinæ legis & divinæ voluntatis præcepta cognitio, tametſi nonnulli

ſint,

ſint, qui ignorantiam ſecundum ſeipſam putent
nunquam eſſe peccatum; ſed ratione adjuncti, id
eſt, propter addiſcendi negligentiam, vel adverſam
omninò à cognoſcendi ſtudio voluntatem: ſed
quamvis ſine his non imputetur in peccatum, ta-
men per ſeipſam ſemper vitioſa eſt ignorantia;
peccatum autem, quando voluntaria eſt. Dicitur
aliqua ignorantia invincibilis, quòd etiam adhibi-
to convenienti ſtudio pelli non poſſit; ideoque
quod ex ea fit, ab invito fieri cenſetur. Cenſetur
autem voluntaria duobus modis, vel per affectatio-
nem, vel per interpretationem; per affectationem,
ut illorum qui dicebant, *Scientiam viarum tuarum* Iob 21.
nolumus, & ejus de quo dicitur, *Noluit intelligere ut* Pſal. 35.
bene ageret: per interpretationem verò, ut cùm quis
non dat operam, ſicut res poſtulat, ut ſcientiam ſi- Auguſt. de
bi neceſſariam comparet, ſive quia negligit, ſive nat. & grat.
quia per arrogantiam ſeu falſam ſcientiæ perſua- cap. 67.
ſionem inveſtigare contemnit: cenſetur enim vel- De grat. &
le ignorare ille qui recuſat diſcere. *Non tibi depu-* lib. arb. c. 3.
tatur ad culpam, quod invitus ignoras, inquit Auguſt.
Sed quòd negligis quærere quòd ignoras.

Quod autem ignorantia peccatum ſit, probat
D. Bernardus in epiſtola ad Hugon. de S. Victor. Epiſt. 77.
Cùm eſſet eo tempore ſciolus quidam, qui igno- Vide &
rantiam negaret eſſe peccatum aut quicquam Hieron. lib.
peccari per ignorantiam. *Is forſan*, inquit, *qui aſſerit* 6. cont. Pe-
non poſſe peccari per ignorantiam, nunquam pro lag.
ſuis ignorantiis deprecatur, ſed potius Prophetam ri- Pſal. 24.
*det deprecantem & dicentem; Ignorantias meas ne
memineris: forſitan & reprehendit Deum exigentem
pro peccato ignorantiæ ſatisfactionem. Loquitur enim* Levit. 3.
in Levit. ad Moyſen dicens: Anima ſi peccaverit per

ignoran

lendo faciamus.Certum eſt nos velle,cùm volumus; ſed ille facit ut velimus bonum,de quo dictum eſt : Deus eſt qui operatur in nobis velle & operari. Certum eſt nos facere,cùm facimus;ſed ille facit ut faciamus,præbendo vires efficaciſſimas voluntati,qui dixit,Faciam ut in præceptis meis ambuletis. Qui ergo, inquit,*vult facere Dei mandatum , & non poteſt,jam quidem habet voluntatem bonam , ſed adhuc parvam & invalidam:poterit autem,cùm magnam habuerit & robuſtā. Quando enim Martyres magna illa mandata fecerūt, magna utique voluntate,hoc eſt, magna caritate fecerunt. Hanc Petrus non habuit, quando timore Dominum ter negavit,& tamen quamvis parva,tamen non deerat,quando dicebat Domino, Animam meam ponam pro te. Putabat enim ſe poſſe quod ſe velle ſentiebat. Sed imperfectam ejus charitatem notabat Chriſtus,dum diceret,non potes me ſequi modo.*Ita D. Aug.

Philipp. 2.
Ezech. 36.
Ibid. c. 17.
Ioan. 13.

Qui & illud adjecit in Enchiridio : *Contra hæc vitia* (ignorantiam & concupiſcentiam) *pugnantes profectò vincimur, niſi divinitus adjuvemur, non ſolùm ut videamus quid agendum ſit,ſed etiam accedēte ſanitate, delectatio juſtitiæ vincat in nobis earum rerū delectationes,quas vel habere cupiendo,vel amittere metuendo,ſcientes, videnteſque peccamus. Quapropter rogandus eſt ut regat ille, cui dicitur in Pſal. Dominus illuminatio mea & ſalus mea : ut illuminatio detrahat ignorantiam , ſalus infirmitatem.* Oret ergo quiſque cum D. Aug. *Tu ſcis,Domine, imperitiam meam, & infirmitatem meam, doce me, & ſana me.* Oret cum Eccleſia : Vota quæſumus, Domine , ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere, ut & quæ agenda ſunt , videant , & ad implenda , quæ viderint , convaleſcant.

Ench. c. 81.
Pſalm. 26.
Lib. 10 Cōf cap. ult.
Dominica infra octavam Epip.

MONI

MONITUM XXII.

Quid hic ſtatis tota die otioſi?

Matth. 20.

OMnes conducti ſumus in vinea Domini (cujus etiam ſumus palmites) ſub pactione denarii *(quo ſignificatur vita æterna proportionata æqualitas)* ut laboremus: Et ubique Scriptura ſacra ad opera hortatur, ut Sapiens: *Quodcunque poteſt manus tua inſtanter operare.* Et, *Ante obitum tuum operare juſtitiam.* Et Apoſtolus: *Abundantes in opere Domini ſemper.* Et, *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* In eadem arguuntur pigri; *Vade ad formicam, ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat.* Et rurſum, *Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Quia deſidia & torpore conſtrictus,* inquit D. Greg. *agere quæ debet bona conſiderat, & diſſimulat; & dum parva ex adverſo mala metuit, operari maxima prætermittit; cùm autem ſol judicii ferventior apparuerit, fruſtra regni aditum poſtulabit.*

Proſ. lib. 1. de voc. gent. ca. 17. Eccleſ. 9. Eccleſ. 14. 1. Cor. 15. Galat. 6. Proverb. 6. Prov. 20. In paſt. parte 3. adm. 16.

Opus autem vineæ, *eſt juſtitia,* inquit S. Auguſt. *quæ virtus eſt ſuum cuique tribuens. Tribue ergo tribus quæ ſua ſunt,* ait D. Bern. *ſuperiori, inferiori, æquali. Superiori* (ubi Deus ſupremus eſt) *reverentiam & obedientiam, æquali conſilium & auxilium, inferiori cuſtodiam & diſciplinam.* Vel, ut ait D. Chryſoſt. *Juſtitia eſt omnium mandatorum plena cuſtodia,* quæ ſine virtutum omnium præſidio conſtare non po-

Serm. 137. de Temp. Serm 3. de advent. Hom. 12. in Matth.

teſt. Unde & Ariſtoteles in Ethicis; *Iuſtitia in ſe virtutes complectitur omnes. Quicunque enim,* inquit S. Jacob. *totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus*; non quidem damnationis æqualitate, ſed ſimilitudine. Opus vineæ hoc deſcribit Sapiens, dicens; *Deum time, & mandata ejus obſerva; hoc eſt enim omnis homo*, id eſt, hoc eſt opus & officium omnis hominis: ad hoc à Deo conditus, in hoc ejus conſiſtit perfectio, quod ſi diligenter exequitur, ſummum ſuum bonum conſequitur. Iac.2. Eccleſ. ult.

Verum ut hoſce fructus proferat, diligenter ſeipſum excolere debet, ac à pravis affectibus & cupiditatibus purgare, quæ virtutum fructus impedire ſolent. Sicut ergo purgantur palmites, ut fructum plus adferant, ſic purgari debent fideles, ut plura & majora opera producant. Duplices autem eſſe cupiditates, ait Sanctus Auguſtin. *Quaſdam naturaliter contraximus*, ut ſunt eæ, de quibus Sanctus Joannes: concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. *Quaſdam conſuetudine nobis fecimus*, ut eſt cupiditas ſe inebriandi, jurandi, &c. Unde & Poëta rectè monet: Ser.49. in Nov. Ioan.2.

——— Teipſum
Concute, num qua tibi vitiorum inſeverit olim
Natura, aut etiam conſuetudo mala. Horat.li.1. ſat.3.

Atque idem Aug. contra Iulianum dicit, quod *motus illi mali avaritia, ira, libidinis, &c. Partim de origine, partim de conſuetudine veniunt.* Lib.2.c.8.

Priores *minui poſſunt, finiri non poſſunt*, inquit Auguſt. *minuuntur in proficientibus & reſiſtentibus.* Relinquuntur autem ad agonem, in baptizatis, Ser.notato.

ut

Tho.Kem. li.1.ca.21. de imit. ut fortius certando majorem ſibi gloriam parẽt. Poſteriores etiam tolli omnino poſſunt, *repugnando & contraria bona conſuetudine*. Ut & quidam Sapiens; *Certa viriliter, conſuetudo conſuetudine vincitur*. Et alibi; *Obſiſtet inolita conſuetudo, ſed meliori conſuetudine vincetur*. Unde & D. Hier. *Aſperam nobis & inſuavem virtutum viam, nimia facit vitiorum conſuetudo; quæ ſi in partem alteram transferatur, inveniatur ſemita juſtitiæ levis, ut Scriptura dicit*. Quomodo jurandi conſuetudinem ſuperaverit omninò D. Aug. ipſemet declarat, cùm ait: *Ecce vobiſcum vivimus. Quis nos audivit aliquando jurantes? Nunquid non conſueveram quotidie jurare? At ubi legi & timui, luctatus ſum contra conſuetudinem meam, in ipſa luctatione invocavi Dominum adjutorem. Præſtitit mihi Dominus adjutorium, non jurandi. Nihil mihi facilius eſt, quàm non jurare.*

[Margin: Lib 3.c.13. — Ad Celantiam. — Matth.11. 1.Ioan.5. — Ser.116.in Nov. Vide etiam ſer.28. de verb.Apo.]

Cæteras etiam cupiditates expurgandi hunc modum tradit idem S. Aug. *Surgit concupiſcentia fornicandi, potandi: titillat animam; tu noli ei ſatisfacere, noli eam cedendo ſatiare; ſed reſiſtendo necare. Si ei non conſentias, minor & minor erit quotidie. Si autem ei ceſſeris, das ei vires. Hoſtis eſt, pugnat, repugna: & ſi minus idoneus es adverſus eum, roga Deum.* Dicit & Plato Philoſophus: Exſiccandas eſſe iſtas cupiditates, ita ut prorſus areſcant; quod futurum putat, ſi eas non irriges: irrigantur porrò aut cogitationibus, aut actibus. Sic ergo purgandus eſt animus à pravis cupiditatibus: alioqui

[Margin: Ser.49.ibi, in Nov. — De legi.& Repub.]

Neglectis, ut ait Poëta, *urenda filix innaſcitur agris.*

[Margin: Hora.ibid.]

Et cito terra carnis noſtræ, ait D.Leo, *niſi aſſiduis fuerit ſubacta culturis, de ſegni otio ſpinas tribulos-*

[Margin: Serm.4.de jeju.Pente.]

que producit, & partu degeneri dabit fructum non horreis inferendum, ſed ignibus concremandum, dicente Domino; Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœleſtis, eradicabitur. De ſtulto & pigro dicit Sapiens: *Tranſivi per agrum hominis pigri, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant urtica, & ſpinæ operuerant faciem eius. Viro ſapienti*, ait D. Bern. *ſua vita vinea eſt, ſua mens, ſua conſcientia: nil quippe incultum in ſe ſapiens relinquit.* Atque hic quidem labor circa noſipſos verſatur. Matth. 15. Prov. 24. Ber. ſer. 64. in Cant.

Eundem etiam proximo præſtare debemus, vel ex debito juſtitiæ, ſi ſuperiores ſumus, vel ex officio charitatis, ſi pares: ut videlicet, & ipſe Domini mandata obſervando juſtitiam colat, & ab affectibus pravis, quibus eorum obſervatio impeditur, noſtra doctrina, admonitione, correptione, oratione, exemplo vitæ, &c. liberetur. *Unuſquiſque Chriſtianus*, ait D. Aug. *in membris Chriſti zelo domus Dei comedatur, id eſt, quæ ibi videt fortè perverſa, ſatagat emendare, corrigere non quieſcat. Si emendare non poteſt, toleret, gemat. Si hoc facis in domo tua, multo magis in Domo Dei. Nec dicas, ſufficit mihi conſcientia mea: Quid mihi cum peccatis aliorum? Cogita illum ſervum, qui abſcondit talentum, & noluit erogare. Non eſt accuſatus, quia perdidit, ſed quia ſine lucro ſervavit. Unicuique*, inquit Sap. *mandavit Deus de proximo ſuo.* Caina vox eſt, Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? ait S. Bernardus. Tract. 10. in Ioan. Matth. 25. Eccleſ. 17. Gen. 4. Ber. ſer. de S. Io. Bapt. Apud Aug. lib. 5. cont. Iul. cap. 7.

Ad laudem Catonis dicit Lucanus,

—Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, ſervare modum, finemque tenere,
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credere mundo.

Et rurſum:

In

In commune bonus, nulloſque Catonis in actus
Surrepſit, partemque tulit ſibi nata voluptas.

Li.1.offic. *Platonis ſententia eſt*, inquit Cicero: *non nobis ſolùm nati ſumus, ortuſque noſtri partem, patria vendicat, partem parentes, partem amici. Stoicorum verò: Quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe, alius alii prodeſſe poſſent*. Noſter verò Apoſtolus: *Pro omnibus*, ait, *mortuus eſt Chriſtus, ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt*. Qua ſcriptura prohibitum ſe dicit Auguſtin. ne ſe in ſolitudinem abderet, ſuæque unius ſaluti conſuleret. *Conterritus peccatis meis & mole miſeria mea*, ait in confeſſ. *agitaveram in corde, meditatuſque fueram fugam in ſolitudinem; ſed prohibuiſti me, Domine, & confirmaſti me, dicens: Ideo pro omnibus Chriſtus mortuus eſt, ut qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt.*

Lib. 10. Conf. c. ult.

2. Cor. 5.

Hac ratione Epiſcopus Acatius Iulianum à ſpelũca abduxit, cùm ille tam multa toleraret, ut Deo placeret; *eam eſſe viam placendi quammaximè, ſi laboranti Eccleſiæ pro virili opem ferret; ſic Chriſtum cùm Petrum ter interrogaſſet, an ipſum diligeret, ter etiam præcepiſſe, ut ſuas oves paſceret; ac cum Deus adeò hominum ſalutem amet, eandem etiã ab omnibus, qui eum ament, & qui ſe ab illo amari velint, amandã eſſe*. Similiter Ammianus Euſebio perſuaſit, cùm eum monuiſſet, ut videret, ne plus ſeipſum, quàm Deum diligeret, cùm omnem curam ac induſtriam in ſui ipſius profectum conſumeret. *Nam ſi Deum verè amaret, profectò curaturum, ut complures ſecum efficeret ejuſdem amatores*. Valens Imp. ut idem Theodor. refert, Aphranti occurrens: Cedo, inquit, quò

Theod. in hiſtoria Religioſa.

Ibidem.

Lib. 4. hiſt. cap. 23. 24.

Digitized by Google

quò te conferas? *Pro tuo reſpondit regno precaturus.* Tum Imper. at domi tibi manendum, & intra cellam, uti lex Monaſtica poſtulat, orandum. Tum ille; *Præclarè admodũ dicis, ô Imp. iſtud mihi faciendũ eſt, & hactenus feci, dum oves Salvatoris pace fruerẽtur; verùm quoniam iam magnoperè perturbantur, & multum illis impendet periculi, neceſſe eſt omnes vias perſequi, non modò ne à feris capiantur, ſed etiam ut incolumes ſerventur.* Adfert exemplum de filia otioſa ſedente in conclavi, domo paterna incenſa.

Quiſquis verus eſt amator Domini, ait D. Aug. *clamat cum David, Magnificate Dominũ mecũ. Qui carnaliter amat, ut dignitatẽ, fœminã, &c. cum zelo peſtifero amat; quia multi ſimul ea potiri non poſſunt.* Aug. in Pſ. 33.

Nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt: In Agamẽnone.

Ait Seneca. Et Ovidius; Lib. 3. de art. Am.

Non bene cum ſociis regna, Venuſque manent.

Non ſic eſt ſapientia Dei; omnibus eſt ipſa communis: tanta eſt multis, quanta paucis: tanta ſingulis, quanta omnibus. Et ideo ejus verus amator clamat, Pſal. 33. *Magnificate Dominum mecum. Nolo ſolus amare, nolo ſolus amplexari: non enim, ſi amplexatus fuero, non habet alius, quod amplexetur. Si ergo amatis Deum, rapite omnes ad amorem Dei, qui vobis junguntur.* Denique in Conf. *Si placent*, inquit, *corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem: ne in his, quæ tibi placent, tu ei diſpliceas. Si placent animæ, in Deo amentur: & rape ad eum tecum, quas potes, & dic eis, hunc amemus, hunc amemus.* Lib. 4. c. 11. & 12.

Diaconus quidam nomine Bẽjamin, cùm ab impio Rege dimiſſus eſſet ea lege, ne deinceps doctrinam Chriſti prædicaret: *Impoſſibile eſſe*, reſpondit, *ut non cõmunicaret aliis lumen quod ipſe percepiſſet.* Lib. 10. hiſt. Tripart. c. 31.

Pius 2. in deſcript. Europæ. c.64.

D. Bernardinum concionatorem maximum, tres populi ſibi in Pontificem elegerunt, Urbinates, Ferrarienſes, Senenſes: ſed non fuit ei conſilium, linguam, quæ toti poſſet Italiæ prodeſſe, intra unam urbem concludere. Diligat ergo quiſque, juxta præceptum Domini, proximum ſuum ſicut

Aug. lib. 1. de Doct. Chriſtian. cap. 26.

ſeipſum: *quod tunc rectè fit, quando ipſe diligens Deum, quem poteſt, hominem adducit ad colendum & diligendum Deum*, inquit S. Aug.

MONITUM XXIII.

Voca operarios, & redde illis mercedem.

Matth. 20.

Bona opera juſtorum, merita eſſe vitæ æternæ tum hîc, tum innumeris aliis ſcripturis oſtenditur. Pronuntiat Chriſtus eleemoſynam & jejunium mercedem habere apud Deum. *Pater tuus*, inquit, *qui videt in abſcondito, reddet tibi*. Quod *reddet in die judicii unicuique ſecundum opera ſua*, vitam æternam bene operantibus. Quod tum etiam laudabit ſervos fideles & bonos. *Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Apoſtolus etiam vocat eleemoſynas *fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam*: quia videlicet, merentur vitam, & impetrant veniam. Idem opera bona vocat *ſemen vitæ æternæ. Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam*. Ac ſibi reſervari dicit *coronam juſtitiæ, quòd bonum certamen certaſſet, curſum conſummaſſet, fidem ſervaſſet*, & quomodo

Matth. 6. Matth. 16. Matth. 25. 1. Tim. 6. Galat. 6. 2. Tim. 4.

Digitized by Google

modo Sanctos *ſequuntur eorum opera*, ſi non propter illa remuneratio fiat ? ſi nihil eorum intuitu, & quia accepta ipſa, grataque ſint reponatur? Certè Chriſtus dicit ſe in die judicii commemoraturum opera miſericordiæ, quæ electi præſtiterunt, ob eáque illis daturum regnum cœlorum. Apoc. 14. Matth. 25.

Hinc nihil dubitant veteres dicere, opera bona eſſe merita vitæ æternæ. Unde Aug. *Minor juſtitia facit meritum, major fit præmium*. Et, *Stipendium juſtitiæ eſt vita æterna*. Et Concil. Arauſic. *Debetur merces bonis operibus, ſi fiant. Incommutabilis eſt enim illa lex* (inquit Aug.) *qua boni beatam vitam, mali verò miſeram merentur*. Et alibi : *Reddet omninò Deus; & mala pro malis, quoniam juſtus eſt; & bona pro malis, quoniam bonus eſt; & bona pro bonis, quoniam bonus & juſtus eſt. Alioqui ſi nullum eſt meritum vel bonum piorum, vel malum impiorum, quomodo judicabit Deus hunc mundum?* ait idẽ Aug. Lib. 3. cont. duas. ep. Pe ag. cap. 7. In epiſt. ad Sixtum. Cóc. Arauſ. cap. 18. Lib. 1. de lib. arb. c. 6. lib. 3. c. 4. De nat. & grat. ca. 23. Epiſtol. 46. & 147.

Sed dicit Calvinus, Deum eum ſolum cultorem probare, qui præciſa omni ſpe mercedis eum colit. Verùm id falſum eſſe variis ſcripturis probatur. Præcipit enim Dominus: *Primùm quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus. Beati enim qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam. Non eſt autem regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia; & gaudium, & pax in Spiritu ſancto*. Mandat ejus Apoſtolus : *Quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*. Et Moyſes egregius Dei cultor, & *fidelis in omni domo ejus, maiores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti; aſpiciebat in futuram remunerationem*. Propheta etiam David, *vir ſecundum cor Dei, Inclinavi*, inq. *cor meum ad faciẽdas juſtificationes tuas propter retributionem*. De qua alibi Matth. 6. Matth. 5. Rom. 15. Coloſ. 3. Num. 12. Hebr. 3. Heb. 11. Pſal. 118.

Pſal. 18. Hebr. 11. dixerat, *ſervus tuus cuſtodit ea* (mādata:) *in cuſtodiendis illis retributio multa*. Sic & reliqui Sancti veteris teſtamenti, *promiſſiones à longè aſpiciebant, ſalutabantque confitentes quod peregrini eſſent, & hoſpites ſuper terram, & patriam meliorem, id eſt cœleſtem appeterent*. Matth. 20. Proſp. lib. 1. de voc. gēt. cap. 17. Dominus cum operariis in vineam ſuam evocatis, de denario diurno paciſcitur, per quem vitæ æternæ proportionata ſignificatur æqualitas.

Matth. 19. Quærentibus quoque diſcipulis, quænam ipſos maneret remuneratio, qui relictis omnibus, eum ſecuti fuiſſent, non illos modò, verùm & alios omnes, qui idem facere inſtituiſſent, propoſita mercede ampliſſima excitans atque inflammans, reſpondit, *eos non in hac tantùm vita, centies tantum quantū reliquiſſent, accepturos: verumetiam* (quod propriè loco præmii exſpectandum eſt) *vitam æternam poſſeſſuros eſſe*. 1. Cor. 9. Ad cujus vitæ coronam adipiſcendam dicit Apoſtolus, eos qui in agone contendunt Chriſtiani certaminis, ab omnibus ſibi temperare, quæ illius conſecutionem impedire queunt. In cap. 8. 1. ad Cor. *Atque hoc pacto*, ait Chryſoſt. *magnus nobis ex operibus noſtris fructus proveniet, cùm ea mente omnia faciamus, ut clariores nobis coronas præparemus. Non enim* (ut D. Ambr.) In Pſ. 118. verſu, Retribue. *inſolentis arrogantiæ, ſed innocentis eſt conſcientiæ, ab eo, cui ſervieris, petere mercedē: nam deſperare, ſegnitiei materia eſt: ſperare incentivum laboris*. Lib. 5. in Luc. Et *quoniam*, ut idem Ambr. *ſtudia ipſa virtutis juſtitiaque ſine remuneratione torpeſcunt*:

Iuvenal. Sat. 10. (*Quis enim virtutem amplectitur ipſam*
Præmia ſi tollas? ait Poëta.)

Idcirco mercedis pollicitatione Dominus ſuos ſubinde excitat ad rectè agendum, & tentationibus reſiſtendum. *Non enim dixi* (ait Dominus per

Eſaiam)

Eſaiam) *ſemini Iacob, Fruſtra quærite me*, id eſt, nullo propoſito præmio, ſed inſignem meis cultoribus promitto mercedem. *Qui enim ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, &c. Iſte in excelſis habitabit, Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus. O magna Dei bonitas!* exclamat D. Aug. *O magna Dei bonitas, cui cùm pro conditione reddere debemus obſequia, utpote ſervi Domino, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, ut à nobis obſequia debita ſervitutis extorqueat.* Et D. Chryſ. *Cum alacritate,* inquit, *virtutem aggrediamur, & gaudentes. Si enim merces nobis non eſſet propoſita, nonne oportebat eſſe bonos? ſaltem cum mercede efficiamur boni, propter quam ob noſtram multam infirmitatem eam fieri voluit. Nos autem nec ſic quidem eam aggredimur.* Eſ. i. 45. Eſa. 33. Ser. 3. de Verb. Dom. Hom. 13. in epiſt. ad Hebr.

Sed nonne improbantur mercenarij, & gratis oportere Deum à filiis coli frequenter docet Aug. Eſt quoddam laudabile mercenariorum genus, quemadmodum ſignificat D. Ambr. cum ait, *Multos eſſe bonos mercenarios*, qui ſpe æternorum Deo ſerviunt: at illi reprehunduntur mercenarij, qui ob temporalem mercedem principaliter ſibi Deo ſerviendum eſſe arbitrantur. Gratis quoque coli vult Deus, ut non propter terrenam retributionem, quam Gentes quærunt: Sic ut non gratis Deo ille ſerviat, qui terrenam ab eo remunerationem & felicitatem exſpectat: fruſtra ſe Deum coluiſſe exiſtimans, ſi hanc non fuerit aſſecutus. Quod de Tobia egregio Dei cultore, ejus putabant amici: Quem, cùm poſt tot præclara opera, adhuc à Deo afflictum cernerent, *irridebant vitam ejus, dicentes: Ubi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? quos ille increpabat, dicēs: Nolite ita loqui, quo-* De catech. Rud. c. 17. & alibi. In cap. 15. Luc. Tob. 2.

nium filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo, Accuſavit apud Deum diabolus juſtum Job, quòd non gratis ſerviret Deo, ſed propter terrena bona, quæ Deus illi largiſſimè conceſſerat; quam Diaboli accuſationem falſam fuiſſe, probavit eventus, cùm ille amiſſis omnibus adhuc retinuit innocentiam.

Job 1.

D. Aug. quid ſit non gratis ſervire Deo, declarans: *Quod tibi*, inquit, *pro magno præſtat Deus, non præponas illi, qui præſtitit, & cùm voluerit tibi ſubtrahere, non tibi viloſcat: quia gratis amandus eſt Deus. Quod enim dulcius à Deo præmiũ, quã ipſe Deus:* Et alibi; *Exigitur abs te, ut gratis Deũ colas, nõ quia dat tẽporalia, ſed quia præſtat æterna. Sed ipſa æterna vide ne aliter cogites, & cogitãdo æterna carnaliter, nihilominus Deũ nõ gratis colas. Nã & Iudæi reſurrectionẽ ſperãt, ſed ad tales voluptates ſe ſperãt reſurrecturos, quales hic viventes amant.* Tales reprehẽdit Ambr, qui non virtutis amorem benefaciendo, ſed præmia ſola ſequuntur, quæ profectò temporaria eſſe, aut ſi æterna cogitantur, ad corporis aliquam voluptatem, non ad juſtitiæ conſummationem pertinere neceſſe eſt. Quo loco adhuc errat Aug. cũ quæreret; *Si eſſemus immortales & in perpetua corporis voluptate, ſine ullo amiſſionis terrore viveremus, cur non eſſemus beati? aut quid aliud quæreremus? Neſciens*, inquit, *idipſum ad magnam miſeriam pertinere, quod ita demerſus & cæcus cogitare non poſſem lumen honeſtatis, & gratis amplectendæ pulchritudinis.*

Ser 23. in Nov.

In pſal. 43.

Lib. 7. in Luc. & de Interpell. cap. 12.

Lib 6. conf. cap. 16.

Quod autem coli nolit Deus propter regnum cœlorum, cujus adventum quotidie à fidelibus peti juſſit, & propter adipiſcendam perfectam juſtitiam.

Math. 6.

tiam,in qua regnum cœlorum potiſſimùm co nſi-
ſtit,an illis fabula eſt,ex Ariſtotelis inſipientiana-
ta:qui ſapientem ſuum in hac vitæ miſeria,ob vir-
tutum opera,beatum eſſe prædicat, eáque non ob
aliud quippiam, ſed propter ſe tantùm; etiam in
hac vita,velut ſummum bonum expetenda. Atqui
ſummum hominis bonum,non eſt niſi *regnum Dei*, Rom.14.
id eſt,*juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto*;
pro quibus quotidie ſupplicat Eccleſia,dicens; *Ad-* Matth.6.
veniat regnum tuum: quod ſolum propter ſe expe-
tit,& cætera propter ipſum: etiam vitæ hujus ju-
ſtitiam, quæ imperfecta eſt,ut videlicet ad perfe-
ctam veniat. Nam *propter hanc adipiſcendam rectè*
nobis vivendum eſt,inquit Auguſt. De Civit. lib.10.ca.4.

Docent Doctores,in charitate non ſolùm ineſſe Bonavent. & alii.
amorem amicitiæ, ſed etiam concupiſcentiæ. Et
quoniam amor amicitiæ amico obſequitur tantū-
modo, quia amicus eſt, nullius intuitu retributio-
nis,ideo in quantum quiſque hoc amicitiæ amore
Deum proſequitur,ad nullam reſpicere mercedem:
at quatenus idem poteſt amore concupiſcentiæ di-
ligi,ſic à Deo exſpectari mercedem,ejúſque intui-
tu illi rectè ſerviri. Sed hāc mercedem in ipſo Deo
conſtituendam eſſe,tanquam ſummo bono, cujus
fruitione optimè nobis eſſe poſſit. Utroque ergo
modo & affectu diligendus eſt Deus, videlicet, ut
& illi ſervire velimus, quia revera dignus eſt, cui
omne obſequium deferatur, etiamſi nulla eſſet ab
eo propoſita remuneratio: deinde etiam in illo no-
bis bene eſſe cupiamus, perfectè videlicet illi ad-
hærendo in quo abſoluta juſtitia eſt: & *regnū Dei*
(ut Apoſtolus) *non eſt eſca & potus,ſed juſtitia, &* Rom.14.
pax,& gaudium in Spiritu ſancto. Et quia tantùm

Digitized by Google

boni, mercedis loco, nobis propoſitum eſt, ordinatiſſimè ejus intuitu colimus Deum, quod nihil aliud eſt, ut dictum eſt, quam imperfectam hujus vitæ juſtitiam ad illam futuræ vitæ perfectionem, ut finem, ordinare.

Nec hoc verum eſt, quod ait Calvinus, curam vitæ benè inſtituendæ, non naſci propoſita ſpe mercedis, ſed commemoratione beneficiorum Chriſti, qui nos ſuo ſanguine redemit ad ſerviendum Deo viventi. Nam etſi beneficiorum Dei commemoratio calcar nobis ſit ad ſerviendum Deo, tamen lōgè major additur ſtimulus, ſi ſimul finis explicetur, & quò tandem, tum Deo, tum mundo ſerviendo perveniatur. Id quod locis innumeris ſcripturæ faciunt, dum nos ad rectè vivendum exhortantur: *Prudentia carnis, mors eſt*, inquit Apoſtol. *Prudentia autem Spiritus, vita & pax*, id eſt, eò ducit. Et rurſus; *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*. Similiter dum ait: *Quem fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum, mors eſt. Nunc autem liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitā æternam*. Utrumque autem ſimul junxit B. Petrus: *Et ſi Patrem invocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum judicat ſecundum uniuſcujuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore converſamini, ſcientes quod non corruptibilibus auro vel argento, redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, Chriſti*. Nam priori parte latenter vitam promiſſam & mortem comminatam ingerit: poſteriori verò, ingentia beneficia ad memoriam reducit.

Hebr. 9. Rom. 8. Rom. 6. Ibidem. 1. Petr. 1.

MON-

MONITUM XXIV.

Per totam noctem laborantes, nihil cepimus.

Luc. 5.

VIta hæc, non otij, aut deſidiæ eſt vita, ſed operis, & laboris. *Homo*, inq. Job, *naſcitur ad laborem.* Laborat autem homo utiliter, circa ſe, circa alios. Circa ſe, inſerẽdo virtutes, exſtirpando vitia, bona opera exercendo, tentationibus reſiſtendo, in quibus labore & diligentia opus eſt, ob naturæ noſtræ corruptionem & imbecillitatem, quæ nobis obſiſtit ac repugnat. *Cùm enim homo*, inq. S. Greg. *ad meliora nititur, quaſi contra ictum fluminis conatur: cùm ab intentione aſcendendi reſolvitur ſine labore ad ima malè ducitur: niſi mentis contentio ferveat, unda mundi non vincitur, per quam anima ſemper ad ima revocatur.* Imò totus ejus conatus fruſtra eſt, ſi in nocte laboret, id eſt, abſente ſole juſtitiæ, qui eſt Chriſtus Dominus, cor illuminans, ut juſtitiam cognoſcat, & accendens, ut diligat & faciat.

Iob 5. — Lib. 11. Moral c. 1. — Sapient. 1. Malach. 4.

Videmus multos multa bona ſæpe proponere & conari ad faciendum aliquod bonum, aut vitium aliquod ſuperandum: ſed nihil promovent, quia in nocte, id eſt, abſente Chriſti gratia, quæ ad utrumque eſt neceſſaria; quam ipſi non diligenter quærunt per orationes, & ſancta deſideria, ſed potiùs propriis viribus nimiùm confidunt, dicendo: Ego faciam hoc & hoc, &c. Et non cogitant

Ioan. 15. tant verbum Domini; *Sine me nihil poteſtis facere.* Unde Hierem. Proph. *Maledictus homo, qui confidit*
Hiere. 17. *in homine* (ſe vel alio) *& ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor ejus. Erit enim quaſi*
Th. Kemp. *myricæ in deſerto, & non videbit cùm venerit bonum;*
lib. 1. c. 19. *ſed habitabit in ſiccitate, in deſerto, in terra ſalſuginis,*
de Imit. *& inhabitabili.* Sed juſtorum propoſitum, ait quidam Sapiens, in gratiâ Dei potiùs quàm in propria ſapientia pendet, in quo & ſemper confidunt quicquid arripiunt. Nam homo proponit, ſed Deus
Prov. 16. diſponit, nec eſt in homine via ejus. Vnde idem
Hiere. 10. Proph. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit*
Ibid. 17. *Dominus fiducia ejus. Et erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit, cùm venerit æſtus. Et erit folium ejus viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.*

Hinc ſemper quando bonum aliquod facere proponimus, aut malum vitare, priùs ad orationem confugiendum, qua gratiam neceſſariam implore-
Pſal. 126. mus ac impetremus. Alioqui, *Vanum eſt*, ait Proph. *vobis ante lucem ſurgere.* Et, *Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam.*
Apud Cœleſti. in epi. cap 9. *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Unde pulchrè Zozimus Pontifex; *Quod ergo tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſiſque, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus eſt Deus. Superbum eſt enim ut quicquam ſibi natura præ-*
Epheſ. 6. *ſumat humana, clamante Apoſtolo; Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ, in cœleſtibus.*

Et

Et rectè monet D. Aug. *Non ſolùm ad bonas actiones, verum etiam ad pias orationes homines excitare meminerimus, atque hac inſtruere ſanitate doctrina, ut & illi gratias agant, cum inſtituerint bene vivere, quia ſine difficultate aliquid fecerint: & ubi difficultatem aliquam ſentiunt, fideliſſimis & perſeverantiſſimis precibus, & miſericordiæ promptis operibus, facilitatem à Domino impetrare perſiſtant.* Unde hortatur Sapiens: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Intellige quid loquitur* (ait Hier.) *nec in ſapientia noſtra, nec in illis virtutibus confidendum, ſed in ſolo Domino, à quo greſſus hominis diriguntur.* Idem Salomon loquitur, *Devolue ſuper Dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ. Tunc enim,* ait ibid. Hier. *noſtra cogitatio confirmatur, quando omne quod agimus, quaſi ſuper ſtabilem & ſolidiſſimam petram, Domini adjutorio devolvimus, eique cuncta reputamus.* Huc pertinet ſancta admonitio Tobiæ ad filium: *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneat. Fruſtra nititur, qui non innititur,* inq. Bern. & de Sponſa in Cant. dicitur, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, innixa ſuper dilectum ſuum?* Et hortatur Iſaias, *Speret in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.*

De nat. & grat. ca. 68

Prov. 3.

Lib. 3. cont. Pelagian. initio.

Pſalm. 36.

Prov. 16.

Hieron. ibid.

Tob. 4.

Cantic. 8.

Iſai. 50.

Similiter homo fruſtra circa alios laborat, ſi in nocte laboret, id eſt, abſente Chriſto. *Conſidera opera Dei,* ait Sapiens, *quia nemo poteſt corrigere, quem ille deſpexerit.* Videmus quantam interdum unus homo adhibeat diligentiam ac ſolicitudine, ut alium corrigat, ad fidem, aut pietatem adducat, ſed totum fruſtra, quia per noctem laborat, Chriſto

Eccleſ. 15. 7

Digitized by Google

ſto intus non cooperante, nec cor tangente. *Quicquid autem illud eſt, ſive pulchritudo creaturarum, ſive eloquia ſcripturarum, ſive doctrina Magiſtrorum, ſive quid aliud, quo corporeorum ſenſuum exteriora pulſantur, in agro cordis, cui impenditur iſta cultura, nec radicem poteſt figere,* inq. D. Proſper, *nec germen emittere, niſi ille ſummus & verus agricola potentiam ſui operis adhibuerit. Sicut corporis medicamenta,* inq. S. Aug. *quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non niſi eis proſunt, quibus Deus operatur ſalutem, qui & ſine illis mederi poteſt, cùm ſine ipſo illa non poſſint, & tamen adhibentur: & ſi hoc officiosè fiat, inter opera miſericordiæ vel beneficentiæ deputatur; ita & adjumenta doctrinæ tunc proſunt animæ adhibita per hominem, cùm Deus operatur, ut proſint, qui potuit dare Evangelium homini etiam non ab hominibus, nec per hominem.* Ita Aug.

In epiſt. ad Demetr.

Lib 4. de doct. Chriſt. c. 16

Galat. 1.

Hæc etiã eſt cauſa cur non ſit idem modus omnibus, nec eadem menſura donorum Dei. *Quamvis enim per miniſtros verbi & gratiâ Dei, eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur; Dei tamen agricultura eſt, Dei ædificatio eſt,* inq. Proſp. *cujus virtus inviſibiliter agit, ut incremento proficiat, quod ædificatur aut colitur. Et hi qui miniſtrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum, ad quem illos auctor incrementi evexerit.* Sic & Tho. Kemp. *Una,* inq. *eſt vox librorum, ſed non omnes æquè informat: quia intus eſt doctor veritatis, Deus, dividens ſingulis prout vult.* Qui ergo alium vult docere, aut corrigere, diligenter orare debet, ut Deus ſuo operi cooperari dignetur, alioqui ſine interiore Dei gratia fruſtra cujuſlibet hominis lingua laborat. Hinc Apoſt. ſæpe fidelium preces expetit, *ut Deus ſibi aperiret*

Lib. 2. de voc. Gent. cap. 6.

Li. 3. c. 48. de imit.

Epheſ. 6. Coloſſ. 4.

aperiret oſtium verbi, ſenſum videlicet aperiendo audientium, ut crederent, fideique initio facto, ea quæ ad ædificandam ſalubrem doctrinam pertinent, admitterent. Et cùm ipſe & Barnabas ad evangelizandum ſegregarentur, orabat Eccleſia, ut Deus eorũ prædicationi adeſſet. *Nam, neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* August. de prædeſt. ſanct. c. 10. Actor. 13. 1. Cor. 1.

Nemo autem facilè in tam ſancto opere ceſſare debet, quo vel per orationem, vel per doctrinam, admonitionem, correptionem, &c. aliis prodeſſe ſtudet, ſi ſtatim intentum non aſſequatur. *Multorũ enim vocatio vel correctio, juſto, ſed occulto Dei judicio differtur, & quod oderunt, amabunt: quod non recipiunt, prædicabunt; & quod per juventutem non tribuitur, præſtandum eſt ſenibus:* quod non audiunt ſani & divites, audient infirmi & pauperes. Semper ergo tibi pendeat hamus. *Spargenda eſt manus,* inq. Seneca. *Non poteſt fieri, ut non aliquando ſuccedat, multa tentanti.* Vide poſt quot annos oratio & lachrymæ Monicæ matris pro filio Auguſtino, fructum ſuum habuere! quibus ſe, ne periret, fuiſſe conceſſum, ſcribit in Confeſ. *Huiuſne tu lachrymas,* inq. Domino, *quibus non à te aurum & argentum, aut aliquod mutabile bonum, ſed ſalutem animæ filii ſui petebat, tu cuius munere talis erat, contemneres & repelleres ab auxilio tuo? nequaquam, Domine. Imo verò aderas, & exaudiebas, & faciebas, ordine quo prædeſtinaveras eſſe faciendum.* Proſp. li. 2. cap. 8. de voc. gent. Epiſt. 29. De bono perſever. cap. 20. Lib. 4. c. 9. confeſſ.

Monet Apoſt. Doctorẽ: *Inſta opportunè, id eſt, volentibus,* ait Aug. *Importunè, id eſt, nolentibus. Multi enim, qui non libenter audiebant quæ dicebantur in eos,* inq. idem Aug. *poſtea cogitantes quæ audierint, & quæ juſtè audierint, ipſi ſe graviùs & ſeveriùs arguerunt* 2. Tim. 4. Tract. de Paſt. cap. 7. In cap. 6. ad Gal.

runt: & quanvis perturbatiores à medico viderentur abſcedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrante, ſanati ſunt. Cum ergo proficit in aliis, *nota fit gratia miſerationis*, inq. Proſp. ſin minùs, *intelligatur judicium veritatis:* conſoletur autem ſe ſententia Salvatoris, *ſi non fuerit ibi filius pacis, pax veſtra revertetur ad vos*, id eſt, vobis proderit. Et Apoſtoli Pauli, *Unuſquiſque mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem:* non ſecundùm fructum, quia ille totus à Deo pendet.

Ibid. Matth. 10. 1. Cor. 3. Li. 4. cap. 1.

Sic D. Bern. de conſiderat. *Fac tu quod tuum eſt, nam Deus, quod ſuum eſt, ſatis abſque tua ſolicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuas explicuiſti partes. Sanè incrementũ ubi voluerit, dabit Deus, non tu. Ubi fortè noluerit, tibi deperit nihil; dicente ſcriptura, Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Securus labor, quem nullus valet evacuare defectus. Noli diffidere: curam exegeris, non curationem. Curam illius habe, dicitur, & non, Cura vel ſana illum. Paulus loquitur, Plus omnibus laboravi: non, Plus omnibus fructificavi. Et, In laboribus plurimis, non, Profectibus. Noverat homo, quem docui Deus, quia unuſquiſque ſecundum ſuum laborem accipiet, non ſecundum proventum.* Ita Bernardus.

Sap. 10. Luc. 10. 1. Cor. 15. 2. Cor. 11. 1. Cor. 3.

MONITUM XXV.

Aliud cecidit in terram bonam.

Luc. 8.

QVatuor requirit Dominus in Parabola de ſpiritali ſemine, quod eſt Verbum Dei, ut quis ſit terra bona. Primum, *ut Verbum Dei in corde bono*

audiat.

audiat. Secundum, *ut retineat*. Tertium, *ut fructum afferat*. Quartum, *in patientia*. Ut de ſingulis dicamus aliquid; ille in corde bono audit verbum, qui amat, cum voluptate accipit, benè erga illud afficitur. Quod non eſt omnium. Quidam enim cum tædio & faſtidio audiunt, quibus infectum eſt palatum cordis cupiditatibus pravis. Canes & porci, id eſt, homines illis ſimiles conculcant pretioſas margaritas doctrinæ, admonitionis, correptionis, pedibus ſuis, & benè monentes lacerant ac perſequuntur. *Perdifficile eſſe*, dicebat Cato, *ad ventrem auribus carentem verba facere. Quorum ſpiritum obſidet vinolentia, ſtimulat in odium veri amor vini, & ad canticum ſobrietatis, ſicut ad potionem aquatam madidi, nauſeant. Sicut palato nō ſano pœna eſt cibus, qui ſano ſuavis eſt, & oculis ægris odioſa lux, qua incolumis gaudet obtutus; ita diſplicet iniquis juſtitia Dei, cui ſi ſubjicerētur, non conturbarentur*. Sic liber Scripturæ, Verbi divini, dulcis erat in ore, amarus in ventre, *quia præcepta, quæ accipiunt ſpiritales* (qui per os Eccleſiæ, quod eminet, ſignificantur) *non accipiunt carnales*, (qui per ventrem, qui abſconditus eſt, & mollior ac infirmior:) *& de quibus gaudent ſpiritales, contriſtantur carnales*, inquit D. Auguſt. Matth. 7. Plutarch. in Caton. Aug. lib. 6. conf. c. 2. Proſp. Sent. 177. Auguſt. in Conf. li. 7. cap. 16. Apoc. 10. In Pſal. 43.

Prævolat intellectus, & tardè ſequitur, imò interdum non ſequitur humanus atque infirmus affectus: ſed potiùs contemptus, irriſio, maledictio, perſecutio. Sic Chriſtus: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent*, videlicet infidelitatis, quod per excellentiam peccatum vocatur. Et Paulus ait, quod ſua prædicatione, *quibuſdam eſſet odor mortis in mortem*, iis nempe, qui bonum ſenſum non habent, ut de rebus benè In Pſ. 118. Conc. 8. Ioan. 13. 2. Cor. 2.

judi

judicare poſſint: & quia audiunt doctrinam ſuis cupiditatibus ac moribus contrariam, hinc reſi-
Sapient.2. ſtunt, contemnunt, perſequuntur. Unde conſpirant impij; *Venite, opprimamus juſtum, contrarius eſt enim*
Ioan.7. *operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis.* Et Chriſtus in Evang. *Odit me mundus, quia ego teſti-*
Galat.4. *ficor, quod opera eorum mala ſint.* Et Apoſtol. Gala-
2.Tim.4. tis: *Inimicus factus ſum vobis, verum dicens vobis?* Et ad Timoth. dicit, quod impij, *Sanam doctrinam non ſuſtinent, ſed ad ſua deſideria coacervant ſibi Magiſtros:* qui videlicet approbent, quæ ipſi malè cupiunt, & faciunt.

Secundò qui per terram bonam ſignificatur, verbum retinet, conſervat diligenter, ne pereat; ſicut in aliis, in quibus Solis æſtu, id eſt, tentationis, vel tribulationis, exareſcit, vel creſcentibus ſpinis, id eſt, cupiditatibus pravis opum, voluptatum, &c. quæ animam lacerant ac cruentant, ſuf-
Eccleſ.21. focatur. De ſtulto dicit Sapiens; *Cor ſtulti, quaſi vas confractum, Sapientiam non tenebit.* Eſt quaſi dolium pertuſum, quicquid infundis, perfluit. Vera Sapientia eſt, noſſe & amare Deum, quæ Verbo
Eccleſ.31. Dei continetur ac docetur. De Sapiente verò dicit idem Sapiens, *Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore Sapientis, ſtultus autem glutit illum.* Magnus theſaurus ſcientia ſalutis, id eſt, quomodo ho-
Matth.13. mo poſſit ſalvus fieri. Dicitur in Evang. *abſconditus*, quia ejus pretium ab infidelibus & malis Chriſtianis ignoratur: deſiderabilis verò, quòd ejus
Aug.lib.8. Conf.c.7. non inventio ſolùm, ſed vel ſola inquiſitio præponenda ſit, etiam inventis theſauris regniſque gentium, & ad nutum circumfluentibus corporis voluptatibus.

Digitized by Google

Admonet D. Greg. *Verba Dei quæ aure auditis, corde retinete. Cibus enim mentis eſt ſermo Dei, & quaſi acceptus cibus, ſtomacho languente rejicitur, quando auditus ſermo, in ventre memoriæ non tenetur: Sed quiſquis alimenta non retinet, hujus profectò vita deſperatur.* Dicebat Proph. David, *In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Magnum enim ad juſtitiam adjumentum eſt*, inq. Hier. *implere divinis eloquiis animum, & quod opere exequi cupias, ſemper corde meditari.* Chriſt. in Evang. *Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.* Et, *Qui habet verba mea & ſervat ea, ille eſt qui diligit me.* Huc pertinet exemplum formicæ, quod imitandum proponit Sapiens: *Quemadmodum enim formica*, inq. S. Aug. *in æſtate colligit unde in hyeme paſcatur; ſic unuſquiſque Chriſtianus in rerum tranquillitate, quam ſignificat æſtas, colligat verbum Dei, ut in adverſitate & tribulationibus, quæ hyemis nomine ſignificantur, habeat unde ſpiritualiter vivat.* De Paula Romana refert Hier. quod pectus ſuum ita fecerat armarium Divinorum eloquiorum, ut eà parata haberet ad omnia; eorumque teſtimoniis, quaſi armatura Dei, contra mala occurrentia uteretur.

Hom. 15. in Evang.
Pſalm. 118.
In epiſt. ad Celant.
Luc. 8.
Ioan. 14.
Prov. 6.
Cont. Adimant. c. 24.
In pſal. 66. & 36. con. 2.
In Epitaph.

Tertiò, terra bona fructum affert. Dicit Plut. *Sermo auditus, ſeminis vice eſt, unde in proclivi eſt fœtum concipere, qui brevi coaleſcat, & in lucem prodeat.* Et, *Semen, quod jacitur in terram*, ait D. Pr. *non ob hoc ſeritur, ut ipſum ſolum maneat, ſed ut fructum afferendo, multiplex, atque numeroſum ſit.* Minatur Dominus arbori non facienti fructum, ſecurim & ignem, *excidetur & in ignem mittetur.* Maledixit ficui, quæ habebat folia tantùm: tales ſunt qui verba habent, opera non habent: habent externas quaſ-

De officio auditor.
Lib. 2. cap. 8. de voc. gent.
Matth. 7.
Matth. 21.
Aug. in pſ. 34. 127.

dam ceremonias, veris pietatis fructibus carent. Et
Hebr. 6. Apoſt. *Terra*, inq. *ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrē* (doctrinæ ſalutaris) *& generans herbam opportunam, illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo; proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt ac maledicto proxima, cujus conſummatio in combuſtionem.* Pu-
Matth. 25. Proſp. ibid. nitur graviter ſervus piger, qui lucrum, ſeu fructū nō fecerat: vituperationis dedecoratur opprobrio, portione quam acceperat exuitur, & ligatis manibus ac pedibus, mittitur in tenebras exteriores. *Nō*
Sent. 24. *eſt vera ſcientia boni*, ait Proſp. *niſi ad hoc comprehēdatur, ut agatur. Nō enim utiliter meditatur legē Dei, qui laborat, ut memoria teneat quod actione non implet. Intellectus bonus facientibus eum,* ait Propheta:
Pſal. 110. *Bonum intellectum habet, qui quod faciendum eſt, rectè*
Sent 13. Pſal. 110. *intelligit & facit, alioqui talis eſt ſine opere intelligentia, qualis ſine timore ſapientia*, inquit Proſp. *Cum ſcriptum ſit, initium ſapientiæ timor Domini.*

Varius eſt autem fructus terræ bonæ, centeſi-
Ad Pammach. mus, ſexageſimus, triceſimus. Quem ita explicat D. Hieron. *In agro terræ bonæ tres fructus legimus, centeſimum, ſexageſimum, & triceſimum. In tribus mulieribus, & virtute, & ſanguine conjunctis, tria Chriſti præmia recognoſco. Euſtochium virginitatis flores metit. Paula laborioſam viduitatis aream terit. Paulina caſtum matrimonii cubile ſervat. Impari curſu, pari animo ad palmam tenditur. Diſcolores equi, ſed voluntate concordes, unum auriga jugum trahunt, non expectantes flagelli verbera, ſed ad vocis hortamenta ferventes.* Ita Hieron. Alii intelligunt fru-
Ser. 119. in Nov. ctum centeſimum in Martyribus, ſexageſimum in Virginibus, triceſimum in communi vita. Sed notandum, quod ait D. Auguſtin. *Paratum cor meum,*

unde

Digitized by Google

unde tricenum, unde ſexagenum, unde centenum & millenum: illud minus eſt, & illud plus eſt: ſive parum, ſive multum, omnes in horreo erunt. In Pſ. 128. initio.

Nonne multi ſunt bonæ voluntatis, bene affecti ad Verbum Dei, qui ad fructum non perveniunt? Ita: ſed eorum amor atque affectus adhuc infirmior eſt, hinc ab affectu & amore contrario facilè ſuperatur. Rectè D. Aug. *Quod amplius nos delectat, ſecundum id operemur neceſſe eſt, ut v.g. occurrit forma ſpecioſæ fœminæ, & movet ad delectationem fornicationis: ſed ſi plus delectat illa intima & ſincera ſpecies caſtitatis; ſecundum hanc vivimus & operamur.* *Eſt*, inq. D. Proſp. *amor, qui poteſt alio amore ſuperari: & ſæpè dilectio Dei ex mundi dilectione marceſſit.* Habebat bonam voluntatē Petrus ſequendi Chriſtum, ſed non ſatis fortem: hinc à tentatione ſuperatus eſt, amor vitæ temporalis vicit amorem Dei. *Erat mihi*, ait S. Aug. *voluntas bona ſerviendi tibi, Domine, ſed idonea nondum erat ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam, ideo relabebar in idipſum.* Orabunt igitur tales, ut tantum velint, quantū ſat eſt, ut valeant. *Ideo enim jam aliquid dilectionis acceperunt*, inq. D. Aug. *ut addi ſibi quærant, unde quod jubetur, impleant.* Deinde facient, quod idem monet in Pſal. *Quando cœpit in nobis amor Dei, diligenter exſtirpandæ ſunt juxta germinantes ſpinæ, ne creſcendo ſemen ſuffocent. Tunc enim benè in nobis virtutum ſemina nutriuntur; quando ab agro cordis omne germen externum evellitur,* ait S. Leo.

In cap. 5. ad Galat. Lib. 2. de voc. gent. cap. 11. Ioan. 13. Lib. 8. Conf. cap. 5. De grat. & lib. arb. cap. 6. In Pſal. 64. Ser. 1. de Quadr.

Additur quartò; *In patientia:* illa enim etiam bene operantibus neceſſaria eſt, ut reportent promiſſionem. Etſi enim fructificent, non tamen ſtatim liberantur à jugo gravi, quod commune eſt Hob. 10.

omnibus filiis Adam, ad quod portandum patientia opus eſt. De quo Sap. *Grave jugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Corpus enim* (ut ait Ap.) *mortuum eſt propter peccatum*, id eſt, moriendi neceſſitate conſtrictum; mortique deſtinatum; ad quam variis doloribus, ærumniſque trahẽtibus, ab aliis celeriùs, ab aliis tardiùs, ſed tamen ab omnibus inevitabiliter pervenitur. Et Proph. Iob, *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Homo natus de muliere, & ideo cum reatu*, ait D. Bern. *brevi vivens tempore, & ideo cùm metu, repletur multis miſeriis, & ideò cum fletu: & verè multis, quia corporis & animæ ſimul. Quid enim calamitate vacat, naſcenti in peccato, fragili corpore, & mente ſterili? Verè ergo repletus, cujus infirmitas corporis, & fatuitas cordis, cumulatur traduce ſordis & mortis addictione.*

Eccleſ. 40. Rom. 8. Job 14. Lib. 3. de Conſid.

Deinde aliquid peculiare dicitur de piè viventibus: *Omnes qui piè vivere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur. Abominantur enim impii eos*, inq. Sap. *qui recta ſunt via*: & ſemper inimica ſunt vitia virtutibus, & optimi quique ab improbis quaſi exprobrantes & coarguentes aſpiciuntur; *& eorum improbi mores deteſtabiliores fiunt comparatione rectorum*, ait D. Leo. *Propter quid Cain occidit fratrem ſuum*, rogat Ioan. *niſi quia opera ejus injuſta erant, fratris autem juſta? Invidentia enim diabolica*, inq. Aug. *qua invident mali bonis, nulla alia cauſa eſt, quàm quia illi boni ſunt, iſti mali.* Sic oſtendit Philoſophia apud Boëtium, non eſſe mirandum, ſi boni viri exoſi ſint ſui diſſimilibus: neque novum, quod eos ſibi infeſtos patiantur. *Nunc, nunc*, ait, *primùm*

1. Tim. 2. Prov. 29. Ser. 9 de Quadr. 1. Ioan. 3. Lib. 15. c. 5. de Civit. De conſol. lib. 1. proſ. 3.

mũm cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapientiam? Deinde adferens clarorum virorum exempla: *Hos*, inq. *nihil aliud in cladem detraxit, niſi quod noſtris moribus inſtituti, ſtudiis improborum diſſimillimi videbantur. Itaque nihil eſt, quod mireris, ſi in hoc vitæ ſalo circumſtantibus agitemur procellis, quibus hoc maximè propoſitum eſt peſſimis diſplicere.* Ita Philoſoph. *Per bonam & malam famam, à dextris, & à ſiniſtris Chriſti miles graditur*, inq. D. Hier. *nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur: nec divitiis tumet, nec paupertate contrahitur: & læta contemnit, & triſtia.* 2. Cor. 6. In ep. ad Nepot.

MONITUM XXVI.

Bona eſt Oratio cum jejunio & eleemoſyna. Tob. 12.

T*Ria ſunt*, inq. D. Leo, *quæ maximè ad religioſas pertinent actiones*, (trium Magorum tribus muneribus myſticè deſignata.) *Oratio ſcilicet, jejunium & eleemoſyna. Quibus exercendis omne quidem tempus acceptum; ſed illud eſt ſtudioſius obſervandum, quod Apoſtolicis accepimus traditionibus conſecratũ. Oratione enim propitiatio Dei quæritur, jeiunio cõcupiſcẽtia carnis extinguitur, eleemoſynis peccata redimũtur, ſimulque per omnia Dei in nobis imago renovatur, ſi & in laudẽ eius sẽper parati, & ad purificationẽ noſtrã ſine ceſſatione ſolliciti, & ad ſuſtẽtationem proximi indeſinẽter ſimus intẽti. Hæc triplex obſervãtia, omniũ virtutũ cõprehẽdit effectus. Hæc ad imaginem & ſimilitudinem Dei pervenit, & à Spiritu sãcto inſeparabiles facit. Quia in orationibus permanet fides* Ser. 1. de Iejun. 10. menſ.

recta, in jejunio innocens vita, in eleemoſynis mens benigna. Hæc Leo. Et D. Aug. *Hac eſt juſtitia hominis in hac vita, jejuniũ, eleemoſyna, oratio. Vis orationem tuam volare ad Deũ, fac illi duas alas; jejuniũ & eleemoſynã.* Et *cùm Dominus in Evãgelio*, ait idẽ Aug. *dixiſſet, Nolite facere juſtitiã veſtrã corã hominibus, ut videamini ab eis: ne iſtũ noſtrũ curſum ſine humana gloria metiremur, non eſt in expoſitione juſtitiæ ipſius executus, niſi tria iſta, jejuniũ, eleemoſynã, orationẽ, &c.*

In pſ. 42. in fine.

De perf. juſt. ad ratioc. 17.

Ibidem. Intelligit autem Aug. per orationem, *omnes regulas ſancti deſiderii:* omnia exercitia ſpiritualia, quibus ſe homo conjungit Deo, ut laudis, gratiarum actionis, orationis, meditationis, ſacræ lectionis, & ſimilium. De quibus ſæpè in ſcripturis: *Confitemini Domino*, inq. Eſai. *& invocate nomen ejus.* Et: *Immola Deo ſacrificium laudis.* Et; *Invoca me in die tribulationis. Meditabor*, inq. David, *in omnibus operibus tuis.* Et Abacuc: *Conſideravi opera tua, & expavi.* Dicitur Patriarcha Iſaac exiviſſe *in agrum ad meditandum: Diverſis cogitationibus exercebat animum, & in mirabilibus myſteriis delectabatur*, inquit S. Ambr. Moyſes recurſum ſemper habebat ad Tabernaculum, ubi cum Deo loquebatur. Quàm ſæpe David ad preces & laudes etiam dulciſſimè cantandas confugit? D. Iacobo Apoſtolo aſſiduitas orandi, ita callum genibus obduxerat, ut duritie cameli pellem imitaretur. Simile refert D. Greg. de Amita ſua Tarſilla.

Iſai. 12. Pſal. 49. Pſal. 142. Abac. 3. Geneſ. 24. In pſ. 118. ſerm 4. Euſeb. lib. 2. cap. 22. hiſt. Lib. 4. Dial. c. 16.

Judith. 8. Judith vidua fecit ſibi Oratorium in ſuperiore parte domus ſuæ, remota à turbis domeſticis, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur. Anna vidua *non diſcedebat de Templo, Deo ſerviens jejuniis & orationibus nocte & die.* Monica Aug. mater nullum

Luc 2. Aug. lib. 5. Conf. c. 9.

lum diem prætermittens oblationem ad altare Domini,bis in die,manè & veſperè ad Eccleſiam ſine intermiſſione veniebat, ut Deum audiret in ſuis ſermonibus, & ille illam in ſuis orationibus. *Cur illa tempora,* inq. Ambr. *quibus ab Eccleſia vacas,lectioni non impendas? Cur non Chriſtum reviſas, alloquaris,audias? Illum alloquimur,cum oramus; illum audimus,cum divina legimus oracula.* Sic & Euſtochium Virginem monet Hier. *Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant,ſemper tecū ſponſus ludat intrinſecus.Oras? loqueris ad ſponſum; legis? ille tibi loquitur.* Monet & Apoſt. *Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite:* quod facimus,ſemper cœleſtia à Domino Deo deſiderando; & omnia bona,quæ habemus,ejus dona eſſe agnoſcendo, ac quæcunque facit,recta eſſe confitendo:item nullo die certa tempora orandi,& gratias agendi intermittendo.

In lib. 1. de Offic. ca. 20

In ep. ad Euſtoch.

1. Theſſ. 5.

Aug. epiſt. 121. ca. 9.

Lib. de hæreſ. hær. 57

Per eleemoſynam intelligit D. Auguſt. *Omnem benevolentiam & beneficentiam, dandi vel ignoſcendi.* Varia autem ſunt eleemoſynarum genera, in quibus ſe homo exercere poteſt: corporalia, quæ in Evangelio recenſet Dominus, cibare eſurientem, potare ſitientem, colligere ſub tectum hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, liberare captivum. Sub quibus alia facilè intelliguntur. Alia ſunt ſpiritualia, ut pro quibuſvis defectibus proximi Deum orare, quod mandat Dominus: *Orate,* inquiens, *pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Et Jacobus, *Orate pro invicem,ut ſalvemini.* Erudire ſeu inſtruere ignorantes: de quo David, cupiens impetrare miſericordiam Dei: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur.* Et Daniel: *Qui ad juſtitiam erudiunt multos,*

De perf. juſt. ibid.

Matth. 25.

Matth. 5.

Iac. 5.

Pſal. 50.

Daniel. 12.

Digitized by Google

fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sic
Prov.27. conſulere imprudentibus; de quo Salomon, *Boni*
amici conſiliis anima dulcoratur. Conſolari triſtes.
Eccl.7. *Non deſis,* inquit Sap. *plorantibus in conſolatione, &*
Rom.12. *cum lugentibus ambula.* Et Apoſtolus mandat, *Flere*
1.Theſſ.5. *cum flentibus, & conſolari puſillanimes.* Et miſeri-
Iob 29. cors Iob ait, *Cor viduæ conſolatus ſum.*

Similiter, corripere peccantes, quod mandat
Matth.18. Chriſtus, *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum*
inter te & ipſum. Et Apoſtolus, *Corripite inquietos:*
2.Theſſ.5. Ignoſcere etiam in ſe peccantibus: de quo Do-
Matth.6. minus; *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, di-*
mittet & vobis Pater cœleſtis peccata veſtra: Si non
dimiſeritis, nec ille dimittet. Denique portare pa-
tienter aliorum peccata: quod Apoſtolus præcipit,
cùm ait: *Debemus nos firmiores, imbecillitates infir-*
Rom.15. *morum ſuſtinere.* Et, *Alter alterius onera portate, &*
ſic adimplebitis legem Chriſti. Sub hiſce & alia fa-
Gal.6. cilè comprehenduntur. Atque hæ eleemoſynæ cor-
poralibus multò ſunt præſtantiores, quia & per
ſpirituales actus præſtantur, & miſeriis præſtan-
tioris partis proximi, nempe ſpiritus, ſubveniunt.

Prorſus autem difficilè invenitur aliquis, inquit
Aug. qui non habeat, unde aliquid præſtet alteri.
Ser.45.in Nov. *Imò,* ait alibi: *Habet ſemper unde det, cui pectus plenũ*
In Pſal.36. *eſt charitatis. Si non invenit foris, quod det, dat bene-*
Conc.2. *volentiam, dat conſilium, dat auxilium, ſi poteſt. Si nec*
conſilio, nec auxilio juvare poteſt, vel voto adjuvat,
vel orat pro contribulato, & fortè magis ipſe exaudi-
tur quàm qui porrigit panem. Et rurſus: *Quiſquis per*
In Pſal.121 *aliquam neceſſitatem non potuerit implere quod jubet*
Deus, amet illum, qui implet, & in illo implet; impar
quidem inter illos erit facultas, ſed non impar chari-
tas,

Digitized by Google

tas, & tantum dat pauper, qui diligit, quantum Zachaus, qui diſtribuit. Videte quàm ſit fortis dilectio. Quomodo potueris, eſto miſericors, ait Tobias. Et Petrus, *Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratia Dei.* Atque hæc miſericordiæ opera, ſpiritualia ſunt ſacrificia, grata Deo. Vnde Apoſt. *Beneficentia & communionis nolite oblivíſci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* Tob. 4. 1. Pet. 4. Heb. 13.

Denique per jejunium intelligit Aug. *Univerſam corporis caſtigationem.* Ingratum & nequam mancipium corpus, quo liberaliùs tractatur, eo fit rebellius, caſtigatione & dura tractatione fit obſequentius. *Qui delicatè nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem:* quod ſecundùm myſticum ſensũ de corpore intelligitur. *Illud Pythagora memoria repetendum eſt,* inq. S. Baſ. *qui ex familiaribus quendam cùm cognoviſſet exercitationibus, epuliſque diſtendi: Non deſines,* ait, *difficiliorem quotidiè ac moleſtiorem tibi carcerem parare?* & Plato, ut poſſet vacare Philoſophiæ, elegit Academicam villam, ab urbe procul, non ſolùm deſertam, ſed & peſtilentẽ: *ut nimis commodam corporis affectionem ac valetudinem, quaſi quandam viiis luxuriem, amputaret,* inq. Baſ. Apoſt. *vas electionis & ſegregatus in Evangelium Chriſti, ob carnis aculeos, & incentiva vitiorum, reprimit corpus ſuum, & ſervituti ſubjicit, ne aliis prædicans, ipſe reprobus inveniatur: & poſt nuditatem, jejunia, fames, carceres, flagella, ſupplicia, in ſemetipſum reverſus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* D. Greg. Naz. ita ad carnem ſuam: *Nõ improbitati tandẽ tua, impudentiaque finem impones? Non ſpiritui ac ſenectuti cana ſtulta miſeraque te ſubmittes?* De perf. iuſt. ibid. Prov. 29. Baſil. hom. 24. Ibidem. Hieron. ad Euſtoch. Act. 9 & 13 1. Cor. 9. Rom. 7.

mittes? Verere me tandem, ac libidinem iſtam, petulantiamque compeſce, nec in anima mea pernitiem perpetuo furore debacchare; alioqui teſtor fore, ut te acerrimè oppugnem, omnique genere dolorum frangam, & cadavere te imbecilliorem reddam.

In carmine adverſus carnem.

Remedia, quæ adhibere ſolet, erant lachrymæ, corporalis afflictio, vigiliæ, jejunia, longæ genuflexiones, aſperitas veſtium, conſideratio ac metus futurorum, &c. ut ipſe teſtatur. Sic & D. Hilarion ad carnem rebellantem: *Ego, aſelle, faciam ne calcitres, nec te hordeo alam, ſed palea: fame te conficiam, & ſiti: gravi te onerabo pondere, per æſtus agam & frigora, ut cibum potius, quàm laſciviam cogites.* Macarius, cum grave ſibi onus impoſuiſſet, & ſic totam pervagaretur ſolitudinem, & ei diceret alius quidam ei occurrens: *Quid portas? Cedo mihi onus, & ne vexeris. Ille autem dixit: Vexo eum, qui me vexat. Atque hac ratione corpus noſtrum ſacrificium eſt*, inq. Aug. *Tum illud per temperantiam caſtigamus, ſi hoc quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma juſtitiæ Deo.* Ad quod exhortans Apoſtol. ait, *Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentē.*

Hieron. in vita.

Pallad. vita 19.20.

De Civit. li. 10. ca. 6.

Rom. 12.

In Epitap.

De Paula vidua ſcribit Hier. *Quod laſcivientem adoleſcentularum carnem, crebris & duplicatis jejuniis frangebat, malens eis ſtomachum dolere, quàm mentem.* Et alteri ſcribit: *Multò melius eſt, ſtomachū dolere, quàm mentem, imperare corpori quàm ſervire: vacillare greſſu quàm pudicitia. Quod ſi tentator ſuggerat: Quid facis, quia jejunas, defraudans animam tuam? non ei das, quod eam delectat: tibiipſi ingeris pœnam, tuus ipſe tortor & cruciator exiſtis. Deo ergo*

Ad Salvinam.

placet.

Digitized by Google

placet, quia te crucias? ergo crudelis eſt, qui delectatur pœnis tuis. Reſponde hujuſmodi tentatori, ait Aug. *& dic ei: Excrucio me planè, ut ille parcat; do de me pœnas, ut ille ſubveniat, ut placeam oculis eius: nam & victima excruciatur, ut in aram imponatur. Minùs premet mentem meam caro mea; & reſponde per hanc ſimilitudinem: Si equo utereris, qui te geſtiendo poſſet præcipitare, nonne ut ſecurus iter ageres, ferocienti cibaria ſubtraheres, & fame domares, quem ferro non* Ser. 61. in *poſſes? Caro mea, jumentum meum eſt: iter ago in* Nov. ex li. de Cantico *Hieruſalem, plerumque me rapit, & de via conatur* nono, cap. 3 *excludere. Via autem mea, Chriſtus eſt; ita exultantem non cohibebo jeiunio?* Hæc Auguſtinus.

MONITUM XXVII.

Omnis, qui malè agit, odit lucem. Ioan. 3.

DIcit S. Auguſtinus, *animam habere determinatos quoſdam appetitus, quos ne ipſa quidem excedit iniquitas.* In primis *in omnibus ſuis malis non potuit amittere beatitudinis appetitum*: deinde *nemo eſt, qui gaudere nolit, & pacem habere.* Sic & homo *uſque adeo refugit falſitatem, & quantum poteſt devitat errorem, ut falli nolint, etiam quicunque amant fallere.* Quomodo ergo etiam, qui iniquè agit, odit lucem, odit veritatem? Cùm & Ariſtoteles dicat, *omnis homo naturaliter ſcire deſiderat.* Et Auguſt. *Quid fortiùs,* inquit, *deſiderat anima, quàm veritatem?* & de ſe puero ſcribit ſcholas frequentante, quòd *in ipſis paruis, paruarumque rerum cogitationibus, veritate delectabatur.* Et nonne omnes amant beatam vitam? quæ, quid aliud eſt, *quàm*

De Gen. ad lit. li. 9. c. 17
De civit. li. 22. c. 30. & li. 19. c. 12.
Enchirid. cap. 19.
De civit. lib. 11. cap. 27.
Tract. 26. in Ioan.
Lib. 1. Conf cap. ult.
Lib. 10. cap. 23. ibid.

Lib.10.cap. 23.ibid. *quàm gaudium de veritate?* Et tamen ait Dominus,
Omnis qui malè agit, odit lucem: & Comicus, *Obſe-*
Terent.in Andr. *quium amicos veritas odium parit.* Reſpondet Aug.
Act.1. *Amant homines veritatem lucentem: oderunt eam re-*
cen. 1. *darguentem. Quia enim falli nolunt, & fallere volunt,*
Ibidem. *amant eam cùm ſeipſam indicat, & oderunt eam cùm*
eoſipſos indicat. Inde retribuet eis, ut qui ſe ab ea ma-
nifeſtari nolunt, & eos nolentes manifeſtet, & eis ipſa
non ſit manifeſta. Sic, ſic etiam, ſic animus humanus
etiam, ſic cæcus & languidus, turpis atque indecens la-
Aug.ibid. *tere vult, ſe autem ut lateat aliquid, non vult. Contrà*
illi redditur, ut ipſe non lateat veritatem, ipſum au-
tem lateat veritas. Deinde ſic amatur veritas, ut qui-
cunque aliud amant, hoc quod ipſi amant, velint eſſe
veritatem, & quia falli nolunt, nolunt convinci, quod
falſi ſunt: itaque propter eam rem oderunt verita-
tem, quam pro veritate amant.

Verbi gratia, arguitur libidinoſus de fornicatio-
1.Cor.6. ne, tanquam re mala, quæ damnet animam: dicitur
Hebr.13. ei illud Pauli: *Fornicarii regnum Dei non poſſidebunt:*
Et, *Fornicatores judicabit*, id eſt, *condemnabit Deus.*
Quid verò ille, amatne hanc veritatem? imò verò
odit, & rectè monentē ſæpè perſequitur. Sed nonne
amatur, & naturaliter placet veritas? Ita; ſed ſic, ut
voluptatem, cui deditus eſt, & quam cæcus diligit,
putet, aut velit eſſe veritatem, id eſt, rem bonam &
licitam. Sic uſuratius arguitur de uſura, tanquam
re mala: dicitur ei, Prophetam exigere à viro habi-
taturo in tabernaculo Domini, *ut pecuniam ſuā non*
Pſal.14. *det ad uſuram.* Et ex Ezech. *uſurarium eſſe iniquum,*
Ezech.18. *& morte æterna moriturum.* Et ex Leone, *Fœnus pe-*
23. De jeju 10. *cuniæ, fumus eſſe animæ.* Quid verò ille: amatne hanc
menſ.Ser.6 veritatem? Imò odit, perſequitur. Sed nōne amatur
veritas?

veritas? Sic amatur, ut uſuram, quam amat, & cui deditus eſt, putet aut velit eſſe veritatem.

Dicit Aug. in Conf. *Ubique veritas præſides omnibus conſulentibus te, ſimulque reſpondes omnibus. Liquidè tu reſpondes, ſed nō liquidè omnes audiunt. Omnes unde volunt, conſulunt, ſed non omnes, quod volũt, audiunt.* Conſulit libidinoſus de ſua fornicatione: nō quod vult, audit. Cōſulit uſurarius de ſua uſura, non quod vult, audit. Vellet uterque audire rē eſſe bonam, licitā; audit eſſe illicitam atque damnabilem: & hanc veritatem odit, propter eam rem, quā pro veritate amat. *Hæc eſt enim in hominibus magna & uſitata perverſitas*, ait idem Aug. *quia cùm debeant ipſi vivere ſecundùm voluntatem Dei, Deum volunt vivere ſecundùm voluntatem ſuam: Unde dicit; Exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis. Et, cum ipſi nolint corrigi, illum volunt depravari: rectum non arbitrantes, quod ille vult, ſed quod ipſi volunt.* Lib. 10. cap. 20. In Pſal. 48. Pſal. 49.

Omnis ergo, qui male agit, rebus malis deditus, odit lucem, prædicationem veritatis, admonitionem, correptionem. *Hujus*, inq. Lactan. *tanti & tam pertinacis odii, quam potiſſimùm cauſam eſſe dicamus? Utrumne veritas odium pariat, ut ait Poëta divino ſpiritu inſtinctus: an erubeſcet coram bonis & juſtis eſſe nequam: aut potius utrumque? Nam & veritas ideo ſemper inviſa eſt, quòd is qui peccat, vult habere liberum peccandi locum, nec aliter ſe putat malefactorum voluptate frui poſſe ſecuriùs, quàm ſi nemo ſit, cui delicta non placeant. Fulvia Ciceronis, Herodias Ioannis linguam veriloquam diſcriminali acu confoderunt*, inq. Hier. *quia veritatem audire non poterant.* Lib. 5. ca. 9. Inſtitut. In Apol. adv. Ruff.

Addit Dominus; *Ut non arguantur opera eius*, id eſt, ne manifeſtentur ſibi & aliis: Non vult ſibi manife- Cyrill. li. 2. in Ioan. ca. 55.

manifeſtari, *ne conſcientiæ ſtimulis quotidie peccans exagitetur,* inquit Cyril. Non aliis, ne cogatur apud alios de ſua iniquitate erubeſcere. Dicit D. Chryſ. *Male viventes, ne futurorum metu & expectatione crucientur; perſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe omnia, quæ noſtra Religio continet, nempe de peccatis, reſurrectione, judicio futuro, & ſimilibus.* Nicolaus Diaconus, cùm ad exemplum Apoſtolorum à propria continuiſſet uxore, pòſt à propoſito delapſus, ac reprehendi veritus, negabat quemquam ſalvari poſſe, niſi Venerem ſingulis diebus exerceret. Marcion, cùm ob corruptam virginem acriter objurgaretur, tria excogitavit baptiſmata in remiſſionem peccatorum. Theodotion cùm bis in perſecutione Chriſtum abnegaſſet, docuit ipſum tantùm eſſe hominem, ne Deum abnegaſſe videretur.

In primum cap. 1. ad Timoth.

Epiph. Hæreſ. 25.

Idem hæreſ. 42.

Idem hæreſ. 54.

Refert Aug. fuiſſe inter Chriſtianos, qui dicerent *pœnas impiorum aut non futuras, aut aliquando finiendas, & minaciter potiùs, quàm veraciter dictum: Ite maledicti in ignem æternũ. Quod Diabolus malis perſuadere conatur,* inq. Baſil. *ut peccare liberiùs audeant. Hominem vereris præſentem,* ait Ambr. *Dei & Angelorum, quibus plena ſunt omnia, non vereris præſentiã? Sed non vis credere, ne poſſis cavere; non vis audire, cùm legitur, Deus novit occulta hominum, ne incipias ſcire quod timeas, & timere ne pecces.* Beda refert, quod in Anglia *cum abundantia rerum cœpit creſcere luxuria, quam ſecuta omnium ſcelerum lues, crudelitas præcipuè & odium veritatis, amorque mendacii.*

De Civit. li. 21. c. 24.

In Aſceticis.

In Pſal. 118 con. 1.

Lib. 1. c. 14. Hiſt. Ang.

De quibuſdam Calviniſtis narratur, quod cùm ipſorum Miniſter multis rationibus (ut eis videbatur) Purgatorium ſuſtuliſſet: Fac, dixerunt, nobis & hanc gratiam, ut ſicut Purgatorium, ſic & infernum

P. Richeo-

fernum tollas,ne ampliùs cogamur utriuſque meminiſſe,& de iis loqui.De Martino Bucero graves viri narrare ſolent,quod cùm Martino Luthero in novo Evangelio ſuam operam offerret, ab eo rogatus ſit,num hac in re ſecura frueretur conſciẽtia?Ille verò reſponderit,nondum,ſed illud ſibi teſtari, ſaniorem eſſe Catholicorum, quàm novam hanc doctrinam.Tum Lutherus,ſi ſic ſe res habent tuæ,nondum mihi es idoneus.Abi igitur,& pugna contra hanc conſcientiam, donec prorſus conſileſcat,& tunc eris mihi commodus adminiſter.Quod cùm feciſſet, reverſus ad eum, dicenſque jam omnem conſcientiæ aculeum repreſſiſſe, paratumque ſe in novo Evangelio vivere & mori, recepiſſe eum, ac Eccleſiaſten feciſſe. Surius in hiſtor.

Aliter multò conantur Catholici extinguere vermem conſcientiæ,non per reprobum ſenſum, quo bonum malum,& malum bonum dicitur,ut hæretici & ſimiles,de quibus dicitur : *Peccator cùm in profundum venerit,contemnit.* Et, *Facies meretricis facta eſt tibi,neſcis erubeſcere*,qui ne pudorẽ quidem & verecundiã in delictis habent,conſcientiã ipſam & naturalem ejus remorsũ amittentes,ut Hier.ſed per vitæ emendationẽ,vitiorũ expulſionem,veram pœnitentiam,bonam confeſſionem.Unde D.Bern. *Non pigeat ſentiri morſus vermis interni. Optimum eſt tunc ſentiri,cùm poſſit etiam ſuffocari. Itaque mordeat nunc,ut moriatur,& paulatim deſinat mordere. Mordendo rodat interim putredinem, ut rodendo conſumat,& ipſe quoque pariter conſumatur,ne foveri incipiat in immortalitatem. Vermis,*inquit, *eorum non moritur.* Caracalla Imperator fratrem occiderat; ne animo cruciaretur, & apud alios malè audi

Prov.18. Hiere.3. In cap.1. Ezech. In ſerm. de converſ. ad Cler.c.6. Iſai.66. Marc.9. Ælius Spart.in Caracalla.

audiret, volebat id defendi à Papiniano Jureconſulto: ſed cùm nollet, dicens: *non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri*; occiſus ab eo eſt. Eodem modo divortium, quod Rex Angliæ Henricus VIII. cum Catharina uxore fecerat, defendi volebat à viris gravibus, tanquam legitimum, ne in ſe cruciaretur, erubeſceret apud alios; nolentes defendere, occidit.

Vide Sanderum de Schiſ. Anglic.

Nonne ob eandem planè cauſam Hæretici apoſtatæ Sacerdotes ac Monachi hodie docent vota caſtitatis eſſe impia? rem uxoriam tam eſſe neceſſariam, quàm ſit eſca, potus, ſomnus? quod Lutherus dixit: unde uxore nolente, aut non valente, ancillam eſſe vocandam, ac cum ea explendam libidinem. De Vigilantianis ſcribit Hieron. *quod libidini frena permittentes, nullos ordinabant, niſi prius uxores ducerent, nulli cœlibi credentes pudicitiam, imò oſtendentes quàm ſanctè ipſi viverent, qui malè de omnibus ſuſpicarentur*. Teſtatur Suetonius Neronem Imp. exiſtimaſſe neminem poſſe eſſe pudicum, neminem caſtum: quia ipſe impudiciſſimus & libidinoſiſſimus omnes ex ſuo ingenio æſtimabat. Idem refert de Licinio Imp. Euſeb. Hos imitantur hæretici. Imò Aëtius hæreticus contra divinæ legis decretum auſus eſt affirmare, nullum fornicationi, vel cuilibet inſanæ voluptati ineſſe peccatum, & perinde ac neceſſaria naturæ opera, idem eſſe quod aurem ſcalpere, nares emungere & reliqua naturæ excrementa egerere; ut author eſt Epiphanius hæreſi 76.

In hiſt. Bohem. c. 59.

Refert Æneas Silvius de Barbara Imperatrice uxore Sigiſmundi, quod inexhauſtæ libidinis mulier, inter concubinos illaudatum ævum agens,

ſæpiùs

ſæpiùs viros petiit, quàm petebatur, nulli religioni aſtricta; quippe quæ ſuperos, inferoſque ullos eſſe negabat. Ferunt, eam ancillas ſuas ſæpe orantes jejunanteſque increpaſſe, quæ corpus ſuum fruſtra macerarent, fictumque cœli numen placare verbis crederent. Vivendum ſuaviter, dum vita ſuppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantùm homini datum, cujus anima cum corpore ſimul extinguitur: ſomniare, qui alteram vitam ſibi promittunt. *Congrua moribus ſententia. Nam qui relicto animi cultu, voluptati corporis ſe dedere, gravati vitiorum ſarcina, non quibus ſe explicent, vitamque corrigant, ſed qua cœptum iter approbent, ea dogmata facilè imbuunt. Neque inquinatis mentibus ſolamen ullum valentius, quàm totum extingui hominem morte opinentur. Una ſalus deſperanti cœlum, inferos non timere.* Ita Pius ſecundus.

MONITUM XXVIII.

Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videam.

Luc. 18.

CLamabat cæcus Chriſto tranſeunte, inquit S. Auguſt. Metuebat enim ne tranſiret, & non ſanaret. Et quantum clamabat? ut turba prohibente non taceret. Vicit contradictorem, tenuit ſalvatorem. Obſtrepentibus turbis, & clamare prohibentibus, ſtetit Ieſus. Vocavit eum, & dixit ei: Quid vis tibi fieri? Domine, ut videam, inquit. Reſpice, fides tua te ſalvum fecit. *Amate Chriſtum,* (Serm. 40. in Nov.)

 deſidera

deſiderate lumen, quod Chriſtus eſt: ſi deſideravit ille lumen corporis, quanto plus deſiderare debetis lumen Lib. 5. c. 4. *cordis?* De quo idem in Confeſſ. *Infelix homo, qui ſcit illa omnia, te autem, Domine, neſcit. Beatus autem, qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò, & te, & illa novit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt, ſi te cognoſcens, ſicut Deum glorificet, & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.*

In Thren. cap. 3. Hiere. 9. Pſal. 17. Li. 2. in Iovinian. Thren. 3. Non ita multùm laborandum de oculis corporis, quibus plurima ſæpè mala committuntur: quos Poëta *Duces in amore*; Hieronym. *raptores ad culpam*; Scriptura, *feneſtras & portas mortis* appellat. Unde idem Hieron. *Per quinque ſenſus*, ait, *quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorum ad animam introitus eſt. Non poteſt antè arx mentis capi, niſi per portas ejus* Geneſ. 3. *irruerit hoſtilis exercitus. Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, clamat Propheta. Patet in Eva, quæ incautè lignum vetitum reſpiciens, & ideo contingens, ſe & nos omnes quantis bonis privavit, quan- 2. Reg. 11. tis malis objecit? Etiam in Davide, quem oculus deduxit ad adulterium & latrocinium: ſpoliavit Apud Marulum. ergo eũ caſtitate, & caritate, cùm vitiavit uxorem, virum occidit. S. Petrus Abbas Clarevallenſis, cùm morbo alterum oculorum amiſiſſet, gratulabatur ſibi, quòd ex duobus inimicis, quos peſſimos habebat, amiſiſſet alterum. Cæco cuidam viſum à quodam viro ſancto petenti: *Si*, inquit, *receperis* In vita S. Vedaſti. *oculos corporis, perdes oculos cordis*; ſicque eum non ſanavit. S. Audomarus Epiſcopus Tervanen. cæcus, dum cum S. Auberto transferret corpus S. Vedaſti, viſum recepit: facta autem tranſlatione, ipſo petente rediit cæcitas.

Mari Epiſcopo Chalcedon. cum Iulianus Apo-

ſtata

ſtata cæcitatem exprobraſſet; *Ego, inquit, gratiam Deo meo habeo quod cæcus ſum, ne te qui à pietate excideris, oculis aſpiciam.* Refert Soſomen. lib. 5. cap. 4. Job 31.
Pepigi fœdus cum oculis meis, ait Job, *ut ne cogitarem quidem de virgine.* Et ſcriptura mandat diligentem oculorum cuſtodiam. Ut Sap. *Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandaliſeris in decore illius. Noli circũſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam à muliere compta, neque circumſpicias ſpeciem alienam, ex hoc enim concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit.* Et, *Ne intuearis vinũ quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, ſed in fine mordebit ut coluber. Iſti nobis oculi noſtri retia ſunt,* inq. Ambr. *ideo ſcriptum eſt; Ne capiaris oculis tuis.* lib. 1. de pœnit. cap. 14. Et Poëta quidam ad Cynthiam: *Qui videt, is peccat: qui te non viderit ergo non cupiet. Ut vidi, ut perii. Uritque videndo fœmina:* id eſt, quoties videtur, incendit ſpectatorũ animos, ut Virg. 3. Georg. Araſpus à Cyro admonitus, ne cum puellis verſaretur; quòd per oculos paulatim amor irreperet: quod ille conſilium negligens, in eũ incidit. D. Aug. de ſe: *Habitabam,* ait, *in oculo carnis meæ; & talia apud me ruminabam, qualia per illam voraram.* Oſtendit etiã quomodo Alipius per aures & oculos hauſerit cupiditatem videndi immania ſpectacula Circenſiũ.

Eccleſ. 9. Prov. 23. Lib. 3. Conf cap. 6. Lib. 6. cap. 8

Non ergo multum laborandum de oculis corporis, ſed maximè ſolliciti eſſe debemus de oculis cordis, ut illi illuminentur. Quod petebat David dicens; *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.* Et, *Quoniam tu illuminans lucernam meam, Domine, Deus meus illumina tenebras meas.* Et Zacharias, *Illuminare his, qui in tenebris, & in* Pſal. 12. Pſal. 17. Luc. 1.

Epheſ.1. *umbra mortis ſedent.* Optabat Paul. Epheſiis *illuminatos oculos cordis.* De qua illuminatione Propheta
Eſai.9. Eſaias, *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucẽ magnam.* De qua luce D. Aug. in confeſſ. *O lux quã videbat Tobias, cũ clauſis oculis iſtis filium docebat vitæ viam, & ei præibat pede charitatis, nuſquam errans!*
Lib. 10. cap. 34.
Tob. 4.
Geneſ. 27. *Aut quã videbat Iſaac prægravatis & opertis ſenectute carneis luminibus, cùm filios non agnoſcendo benediceret, ſed benedicendo agnoſcere meruit. Aut quã videbat Iacob, cùm & ipſe præ grãdi ætate captus oculis, in filiis præſignata futuri populi genera luminoſo corde radiavit; & nepotibus ſuis & Ioſeph, divexas myſticè manus, non ſicut pater eorum foris corrigebat, ſed ſicut ipſe intus diſcernebat, impoſuit. Ipſa eſt lux, una eſt, & alia non eſt, & unum omnes, qui vident & amant eam. At iſta corporali, illecebroſa ac periculoſa dulcedine condit vitam ſeculi cæcis amatoribus. Qui autem & de ipſa laudare te norunt, Deus creator omnium, aſſumũt eam in hymno tuo, non aſſumũtur ab ea in ſõno ſuo. Sic eſſe cupio.* Ita Aug. qui & alibi de Tobia; *Oculos nõ habebat, & filio dicebat: fac eleemoſynas, quia eleemoſynæ non ſinunt ire in tenebras. Nec timuit, ne diceret in corde ſuo filius ipſius: Tu eleemoſynas feciſti, cur cæcus mihi loqueris? Ecce eleemoſynæ te ad tenebras perduxerunt, & quomodo mihi dicis, non ſinunt ire in tenebras? Quare iſta dicebat cum fiducia? niſi quia aliam lucem videbat. Filius patri manum tenebat, ut ambularet; ſed pater filium viam docebat, ut viveret.*
Geneſ. 49.
Geneſ. 48.
In Pſal. 96.
Tob. 4.

Hieron. ad Caſtrut. cæcum.

Didymus puer lumina amiſit, aurium tamen adjumẽto, & acumine mẽtis doctiſſimus in Theologia evaſit, & aliis diſciplinis, quæ maximè viſum requirere videntur. Quem cum D. Antonius inviſeret, inter cæteras ſermocinationes, quas de ſcripturis

ris ſanctis habebant (ejus admirans ingenium & acumen animi collaudãs) ſciſcitans ait: *Num triſtis es, quòd oculis carnis careas? cùm ille pudore reticeret: ſecundò & tertiò interrogans, tandẽ elicuit, ut mœrorẽ animi ſimpliciter fateretur: cui Antonius, Miror prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ, & muſcæ, & culices habẽt, & non lætari illius poſſeſſione, quam ſancti ſoli & Apoſtoli meruerunt. Ex quo liquet*, ait Hier. hanc hiſtoriam referens, *quod multo melius ſit, ſpiritu videre, quàm carne, & illos oculos poſſidere, in quos feſtuca peccati non poſſit incidere.* Ibidem.

Idem Hier. ita conſolatur Abigaum cæcum, *Nõ doleas, ſi hoc non habeas, quod formiculæ & muſcæ & ſerpentes habent, id eſt, carnis oculos: ſed illum te oculum habere lætare, de quo in Cantico dicitur canticor. Vulneraſti me ſoror mea ſponſa, uno de oculis tuis, quo Deus videtur: de quo à Moyſe dicitur, Tranſiens videbo viſionem hanc magnam. Denique quoſdam etiam mundi Philoſophos legimus, ut totam cogitationem ad mentis cogerent puritatem, ſibi oculos eruiſſe. Et à Propheta dicitur, intravit mors per feneſtras veſtras. Et Apoſtoli audiunt, Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Unde præcipitur eis, ut levent oculos, & videant ſegetes candidas, quæ præparata ſunt ad metendum.* Sic Hier. In epiſt. ad Abigaum. Cant. 4. Exod. 3. Hiere. 9. Matth. 5. Ioan 4.

Democritus Philoſophus oculos ſibi eruiſſe dicitur, atque ejus rei variæ à variis adferuntur cauſæ. Tertull. ait illum id feciſſe, quia mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poterat, & doleret, ſi non iis potitus eſſet: Laërtius, ut certiùs ſubtiliuſque ſecreta naturæ inquireret: Agellius ex Laberio Mimo, ne videret malis benè eſſe. Narratur & de quadã Virgine quæ ſibi oculos eruit, qui adoleſcen- In Apolog. cap. 46. In Democrito. Lib. 10. c. 17 Noct. Atticar. in Prat. Spir. c. 60.

Digitized by Google

rem quendam ad libidinem accendebant, *ut materiæ ſubtractione, flamma libidinis conſumeretur. Reſiſto*, inq. S. Aug. ad Deum, *ſeductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuam, & erigo ad te inviſibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos. Tu ſubinde evellis eos, nam illaqueantur. Tu non ceſſas evellere: ego autem crebrò hæreo ubique ſparſis inſidiis, quoniam nõ dormies, neque dormitabis qui cuſtodis Iſrael.* Et rurſum: *Pulchras formas & varias, nitidos & amœnos colores amãt oculi. Nõ teneãt hæc animam meam, teneat eam Deus, qui hæc fert, bona quidem valdè, ſed ipſe eſt bonum meum, non hæc.*

Lib. 10. Conf. cap. 34.

Duo autem ſunt oculi ſpiritales, de quibus ſæpè Apoſtolus, ſignificati per luminare majus & minus; ſapientia videlicet, & intellectus ſeu ſcientia; quæ ſic Aug. diſtinguit: *Sapientiam non incongruenter intelligimus in cognitione & dilectione ejus quod ſemper eſt, atque incommutabiliter manet, quod Deus eſt. Scientiæ autem eſt, in medio nationis pravæ & perverſæ, tanquam in nocte hujus ſeculi, cautè prudenterque verſari, ut abſtinendo quiſque ab iniquitate, non confundatur tenebris, proprii muneris luce diſcretus. Quæ duo ſic etiam expreſſit, & quodammodo etiam definivit S. Iob. Ecce, inq. pietas, ſive cultus Dei eſt ſapientia, abſtinere autem à malo, ſcientia eſt.* Oculos cordis petebat S. Fulgent. cùm ipſam veritatẽ, quæ Deus eſt, ita rogaret: *Quæcunque ſalubriter ſcienda neſcio, doceas me: in his, quæ vera novi, cuſtodias me: in quibus, ut homo, fallor, corrigas me: in quibus veris titubo, confirmes me; & à falſis ac noxiis eripias me.*

Geneſ. 1. Pſal. 135. In Pſal. 136. Philip. 2. Iob 28. Lib. 1. ad Monim. cap. 4.

Maxima autem eſt ira Dei, quando excæcat hominem, negando ei, vel tollendo lumen veritatis, ut vel ipſum Deum ignoret, vel viam, quæ ad eum

ducit,

ducit; ut neſciat quò, vel quà eundum ſit. Utrumque ad tenebras pertinet, & utrumque ad extremas tenebras perducit. De quibus tenebris D. Aug. *Sequamur Chriſtum lumen verum, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ autem metuendæ ſunt morũ, non oculorum; & ſi oculorum, non exteriorum, unde diſcernitur album & nigrum; ſed interiorum, unde diſcernitur juſtum & injuſtum, verum & falſum.* Et alibi de malis ex animi cæcitate peccantibus: *Hoc*, inquit, *ſunt miſeriores, quo jam, quaſi liceat, faciunt quod per æternam Dei legem nunquam licebit; & impunè ſe facere arbitrantur, cùm ipſa cæcitate faciendi puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quàm faciunt.* Et rurſum: *Obſcuratio cordis, excæcatio mentis, parváne eſt pœna? Si quis furtum faciens, ſtatim oculum perdidiſſet, omnes dicerent, Deum præſentem vindicaſſe. Oculum cordis amiſit, & ei peperciſſe putatur Deus. Sed quotuſquiſque eſt, qui intelligat infelicitatem hominis, cujus cor cæcum eſt? Tollantur illi oculi corporis, omnes miſerum dicunt: Perdat oculos mentis, ſed tamen circumfluant omnia temporalia, felicem appellant, ſed qui ſimiliter mentis oculos perdiderunt.* Sent. 343. Lib. 5. conf. cap. 8. In Pſal. 57. In Pſal. 68.

Ante illuminationem autem fidei, in tenebris & in umbra mortis hominem agere, ſæpè ſcriptura teſtatur: quoniam priuſquam à dominatione Diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo jacet, in quod ſe ſua libertate demerſit. *Amat ergo lãguores ſuos*, inq. D. Proſp. *& pro ſanitate habet, quod ægrotare ſe neſciat, donec prima hæc medela conferatur ægroto, ut incipiat noſſe, quod langueat, & poſſit opẽ medici deſiderare, qua ſurgat.* Ideo autem Chriſtus ſe lucem appellat mundi, ut ſciremus, à quo Ad 6. cap. Gallor. Ioan

manifeſtari, *ne conſcientiæ ſtimulis quotidie peccans exagitetur*, inquit Cyril. Non aliis, ne cogatur apud alios de ſua iniquitate erubeſcere. Dicit D. Chryſ. *Male viventes, ne futurorum metu & expectatione crucientur; perſuadere ſibi omni ſtudio curant, falſa eſſe omnia, quæ noſtra Religio continet, nempe de peccatis, reſurrectione, judicio futuro; & ſimilibus.* Nicolaus Diaconus, cum ad exemplum Apoſtolorum à propria continuiſſet uxore, pòſt à propoſito delapſus, ac reprehendi veritus, negabat quemquam ſalvari poſſe, niſi Venerem ſingulis diebus exerceret. Marcion, cùm ob corruptam virginem acriter objurgaretur, tria excogitavit baptiſmata in remiſſionem peccatorum. Theodotion cùm bis in perſecutione Chriſtum abnegaſſet, docuit ipſum tantùm eſſe hominem, ne Deum abnegaſſe videretur.

In primum cap. 1. ad Timoth.

Epiph. Hæreſ. 25.

Idem hæreſ. 42.

Idem hæreſ. 54.

Refert Aug. fuiſſe inter Chriſtianos, qui dicerent *pœnas impiorum aut non futuras, aut aliquando finiẽdas, & minaciter potiùs, quàm veraciter dictum: Ite maledicti in ignem æternũ. Quod Diabolus malis perſuadere conatur*, inq. Baſil. *ut peccare liberiùs audeant. Hominem vereris præſentem*, ait Ambr. *Dei & Angelorum, quibus plena ſunt omnia, non vereris præſentiã? Sed non vis credere, ne poſſis cavere; non vis audire, cùm legitur, Deus novit occulta hominum, ne incipias ſcire quod timeas, & timere ne pecces.* Beda refert, quod in Anglia *cum abundantia rerum cœpit creſcere luxuria, quam ſecuta omnium ſcelerum lues, crudelitas præcipuè & odium veritatis, amorque mendacii.*

De Civit. li. 21. c. 24.

In Aſceticis.

In Pſal. 118 con. 1.

Lib. 1. c. 14. Hiſt. Ang.

De quibuſdam Calviniſtis narratur, quod cùm ipſorum Miniſter multis rationibus (ut eis videbatur) Purgatorium ſuſtuliſſet: Fac, dixerunt, nobis & hanc gratiam, ut ſicut Purgatorium, ſic & infernum

P. Richeo.

fernum tollas, ne ampliùs cogamur utriuſque meminiſſe, & de iis loqui. De Martino Bucero graves viri narrare ſolent, quod cùm Martino Luthero in novo Evangelio ſuam operam offerret, ab eo rogatus ſit, num hac in re ſecura frueretur conſciẽtia? Ille verò reſponderit, nondum, ſed illud ſibi teſtari, ſaniorem eſſe Catholicorum, quàm novam hanc doctrinam. Tum Lutherus, ſi ſic ſe res habent tuæ, nondum mihi es idoneus. Abi igitur, & pugna contra hanc conſcientiam, donec prorſus conſileſcat, & tunc eris mihi commodus adminiſter. Quod cùm feciſſet, reverſus ad eum, dicenſque jam omnem conſcientiæ aculeum repreſſiſſe, paratumque ſe in novo Evangelio vivere & mori, recepiſſe eum, ac Eccleſiaſten feciſſe. Surius in hiſtor.

Aliter multò conantur Catholici extinguere vermem conſcientiæ, non per reprobum ſenſum, quo bonum malum, & malum bonum dicitur, ut hæretici & ſimiles, de quibus dicitur: *Peccator cùm in profundum venerit, contemnit.* Prov. 18. Et, *Facies meretricis facta eſt tibi, neſcis erubeſcere,* Hiere. 3. qui ne pudorẽ quidem & verecundiã in delictis habent, conſcientiã ipſam & naturalem ejus remorsũ amittentes, ut Hier. In cap. 1. Ezech. ſed per vitæ emendationẽ, vitiorũ expulſionem, veram pœnitentiam, bonam confeſſionem. Unde D. Bern. *Non pigeat ſentiri morſus vermis interni. Optimum eſt tunc ſentiri, cùm poſſit etiam ſuffocari. Itaque mordeat nunc, ut moriatur, & paulatim deſinat mordere. Mordendo rodat interim putredinem, ut rodendo conſumat, & ipſe quoque pariter conſumatur, ne foveri incipiat in immortalitatem.* In ſerm. de converſ. ad Cler. c. 6. *Vermis*, inquit, *eorum non moritur.* Iſai. 66. Marc. 9. Caracalla Imperator fratrem occiderat; ne animo cruciaretur, & apud alios malè Ælius Spart. in Caracalla.

audi

audiret, volebat id defendi à Papiniano Jureconſulto: ſed cùm nollet, dicens: *non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri*; occiſus ab eo eſt. Eodem modo divortium, quod Rex Angliæ Henricus VIII. cum Catharina uxore fecerat, defendi volebat à viris gravibus, tanquam legitimum, ne in ſe cruciaretur, erubeſceret apud alios; nolentes defendere, occidit.

Vide Sanderum de Schiſ. Anglic.

Nonne ob eandem planè cauſam Hæretici apoſtatæ Sacerdotes ac Monachi hodie docent vota caſtitatis eſſe impia? rem uxoriam tam eſſe neceſſariam, quàm ſit eſca, potus, ſomnus? quod Lutherus dixit: unde uxore nolente, aut non valente, ancillam eſſe vocandam, ac cum ea explendam libidinem. De Vigilantianis ſcribit Hieron. *quod libidini frena permittentes, nullos ordinabant, niſi prius uxores ducerent, nulli cœlibi credentes pudicitiam, imò oſtendentes quàm ſanctè ipſi viverent, qui malè de omnibus ſuſpicarentur.* Teſtatur Suetonius Neronem Imp. exiſtimaſſe neminem poſſe eſſe pudicum, neminem caſtum: quia ipſe impudiciſſimus & libidinoſiſſimus omnes ex ſuo ingenio æſtimabat. Idem refert de Licinio Imp. Euſeb. Hos imitantur hæretici. Imò Aëtius hæreticus contra divinæ legis decretum auſus eſt affirmare, nullum fornicationi, vel cuilibet inſanæ voluptati ineſſe peccatum, & perinde ac neceſſaria naturæ opera, idem eſſe quod aurem ſcalpere, nares emungere & reliqua naturæ excrementa egerere; ut author eſt Epiphanius hæreſi 76.

In hiſt. Bohem. c. 59.

Refert Æneas Silvius de Barbara Imperatrice uxore Sigiſmundi, quod inexhauſtæ libidinis mulier, inter concubinos illaudatum ævum agens,

ſæpiùs

ſæpiùs viros petiit, quàm petebatur, nulli religioni aſtricta; quippe quæ ſuperos, inferoſque ullos eſſe negabat. Ferunt, eam ancillas ſuas ſæpe orantes jejunanteſque increpaſſe, quæ corpus ſuum fruſtra macerarent, fictumque cœli numen placare verbis crederent. Vivendum ſuaviter, dum vita ſuppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantùm homini datum, cujus anima cum corpore ſimul extinguitur: ſomniare, qui alteram vitam ſibi promittunt. *Congrua moribus ſententia. Nam qui relicto animi cultu, voluptati corporis ſe dedere, gravati vitiorum ſarcina, non quibus ſe explicent, vitamque corrigant, ſed qua cœptum iter approbent, ea dogmata facilè imbuunt. Neque inquinatis mentibus ſolamen ullum valentius, quàm totum extingui hominem morte opinentur. Una ſalus deſperanti cœlum, inferos non timere.* Ita Pius ſecundus.

MONITUM XXVIII.

Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videam.

Luc. 18.

CLamabat cæcus Chriſto tranſeunte, inquit S. Auguſt. Metuebat enim ne tranſiret, & non ſanaret. Et quantum clamabat? ut turba prohibente non taceret. Vicit contradictorem, tenuit ſalvatorem. Obſtrepentibus turbis, & clamare prohibentibus, ſtetit Ieſus. Vocavit eum, & dixit ei: Quid vis tibi fieri? Domine, ut videam, inquit. Reſpice, fides tua te ſalvum fecit. *Amate Chriſtum,* Serm. 40. in Nov.

 deſidera

Digitized by Google

deſiderate lumen, quod Chriſtus eſt: ſi deſideravit ille lumen corporis, quanto plus deſiderare debetis lumen cordis? De quo idem in Confeſſ. *Infelix homo, qui ſcit illa omnia, te autem, Domine, neſcit. Beatus autem, qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò, & te, & illa novit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus eſt, ſi te cognoſcens, ſicut Deum glorificet, & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.*

Lib. 5. c. 4.

Non ita multùm laborandum de oculis corporis, quibus plurima ſæpè mala committuntur: quos Poëta *Duces in amore*; Hieronym. *raptores ad culpam*; Scriptura, *feneſtras & portas mortis* appellat. Unde idem Hieron. *Per quinque ſenſus*, ait, *quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorum ad animam introitus eſt. Non poteſt autè arx mentis capi, niſi per portas ejus irruerit hoſtilis exercitus. Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, clamat Propheta. Patet in Eva, quæ incautè lignum vetitum reſpiciens, & ideo contingens, ſe & nos omnes quantis bonis privavit, quantis malis objecit? Etiam in Davide, quem oculus deduxit ad adulterium & latrocinium: ſpoliavit ergo eũ caſtitate, & caritate, cùm vitiavit uxorem, virum occidit. S. Petrus Abbas Clarevallenſis, cùm morbo alterum oculorum amiſiſſet, gratulabatur ſibi, quòd ex duobus inimicis, quos peſſimos habebat, amiſiſſet alterum. Cæco cuidam viſum à quodam viro ſancto petenti: *Si*, inquit, *receperis oculos corporis, perdes oculos cordis*; ſicque eum non ſanavit. S. Audomarus Epiſcopus Tervanen. cæcus, dum cum S. Auberto transferret corpus S. Vedaſti, viſum recepit: facta autem tranſlatione, ipſo petente rediit cæcitas.

In Thren. cap. 3. Hiere. 9. Pſal. 17 Li. 2. in Iovinian. Thren. 3. Geneſ. 3. 2. Reg. 11. Apud Marulum. In vita S. Vedaſti.

Mari Epiſcopo Chalcedon. cum Iulianus Apo-

ſtata cæcitatem exprobraſſet; *Ego*, inquit, *gratiam Deo meo habeo quod cæcus ſum, ne te qui à pietate exciderìs, oculis aſpiciam*. Refert Soſomen. lib. 5. cap. 4. *Pepigi fœdus cum oculis meis*, ait Job, *ut ne cogitarem quidem de virgine*. Et ſcriptura mandat diligentem oculorum cuſtodiam. Ut Sap. *Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandaliſeris in decore illius. Noli circũſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius. Averte faciem tuam à muliere compta, neque circumſpicias ſpeciem alienam, ex hoc enim concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit*. Et, *Ne intuearis vinũ quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, ſed in fine mordebit ut coluber. Ipſi nobis oculi noſtri retia ſunt*, inq. Ambr. *ideo ſcriptum eſt; Ne capiaris oculis tuis*. lib. 1. de pœnit. cap. 14. Et Poëta quidam ad Cynthiam: *Qui videt, is peccat: qui te non viderit ergo, non cupiet. Ut vidi, ut perii. Utique videndo fœmina*; id eſt, quoties videtur, incendit ſpectatorũ animos, ut Virg. 3. Georg. Araſpus à Cyro admonitus, ne cum puellis verſaretur; quòd per oculos paulatim amor irreperet: quod ille conſilium negligens, in eũ incidit. D. Aug. de ſe: *Habitabam*, ait, *in oculo carnis meæ; & talia apud me ruminabam, qualia per illam voraram*. Oſtendit etiã quomodo Alipius per aures & oculos hauſerit cupiditatem videndi immania ſpectacula Circenſiũ.

Job 31. Eccleſ. 9. Prov. 23. Lib. 3. Conf cap. 6. Lib. 6. cap. 8

Non ergo multum laborandum de oculis corporis, ſed maximè ſolliciti eſſe debemus de oculis cordis, ut illi illuminentur. Quod petebat David dicens; *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*. Et, *Quoniam tu illuminans lucernam meam, Domine, Deus meus illumina tenebras meas*. Et Zacharias, *Illuminare his, qui in tenebris, & in*

Pſal. 12. Pſal. 17. Luc. 1.

Epheſ.1. *umbra mortis ſedent*. Optabat Paul. Epheſiis *illuminatos oculos cordis*. De qua illuminatione Propheta
Eſai.9. Eſaias, *Populus qui ſedebat in tenebris vidit lucẽ magnam*. De qua luce D. Aug. in confeſſ. *O lux quã videbat Tobias, cũ clauſis oculis iſtis filium docebat vitæ viam, & ei præibat pede charitatis, nuſquam errans! Aut quã videbat Iſaac prægravatis & opertis ſenectute carneis luminibus, cùm filios non agnoſcendo benediceret, ſed benedicendo agnoſcere meruit. Aut quã videbat Iacob, cùm & ipſe præ grãdi ætate captus oculis, in filiis præſignata futuri populi genera luminoſo corde radiavit; & nepotibus ſuis & Ioſeph, divexas myſticè manus, non ſicut pater eorum foris corrigebat, ſed ſicut ipſe intus diſcernebat, impoſuit. Ipſa eſt lux, una eſt, & alia non eſt, & unum omnes, qui vident & amant eam. At iſta corporali, illecebroſa ac periculoſa dulcedine condit vitam ſeculi cæcis amatoribus. Qui autem & de ipſa laudare te norunt, Deus creator omnium, aſſumũt eam in hymno tuo, non aſſumũtur ab ea in sõno ſuo. Sic eſſe cupio*. Ita Aug. qui & alibi de Tobia; *Oculos nõ habebat, & filio dicebat: fac eleemoſynas, quia eleemoſyna non ſinunt ire in tenebras. Nec timuit, ne diceret in corde ſuo filius ipſius: Tu eleemoſynas feciſti, cur cæcus mihi loqueris? Ecce eleemoſynæ te ad tenebras perduxerunt, & quomodo mihi dicis, non ſinunt ire in tenebras? Quare iſta dicebat cum fiducia? niſi quia aliam lucem videbat. Filius patri manum tenebat, ut ambularet; ſed pater filium viam docebat, ut viveret*.

Lib. 10. cap. 34. Tob. 4. Geneſ. 27. Geneſ. 49. Geneſ. 48. In Pſal. 96. Tob. 4.

Hieron. ad Caſtrut. cæcum. Didymus puer lumina amiſit, aurium tamen adjumẽto, & acumine mẽtis doctiſſimus in Theologia evaſit, & aliis diſciplinis, quæ maximè viſum requirere videntur. Quem cum D. Antonius inviſeret, inter cæteras ſermocinationes, quas de ſcriptu-

ris

ris ſanctis habebant (ejus admirans ingenium & acumen animi collaudãs) ſciſcitans ait: *Num triſtis es, quòd oculis carnis careas? cùm ille pudore reticeret: ſecundò & tertiò interrogans, tandẽ elicuit, ut mœrorẽ animi ſimpliciter fateretur: cui Antonius, Miror prudentem virum ejus rei dolere damno, quam formicæ, & muſcæ, & culices habẽt, & non lætari illius poſſeſſione, quam ſancti ſoli & Apoſtoli meruerunt. Ex quo liquet*, ait Hier. hanc hiſtoriam referens, *quod multo melius ſit, ſpiritu videre, quàm carne, & illos oculos poſſidere, in quos feſtuca peccati non poſſit incidere.* Ibidem.

Idem Hier. ita conſolatur Abigaum cæcum, *Nõ doleas, ſi hoc non habeas, quod formiculæ & muſcæ & ſerpentes habent, id eſt, carnis oculos: ſed illum te oculum habere lætare, de quo in Cantico dicitur canticor. Vulneraſti me ſoror mea ſponſa, uno de oculis tuis, quo Deus videtur: de quo à Moyſe dicitur, Tranſiens videbo viſionem hanc magnam. Denique quoſdam etiam mundi Philoſophos legimus, ut totam cogitationem ad mentis cogerent puritatem, ſibi oculos eruiſſe. Et à Propheta dicitur, intravit mors per feneſtras veſtras. Et Apoſtoli audiunt, Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Unde præcipitur eis, ut levent oculos, & videant ſegetes candidas, quæ præparatæ ſunt ad metendum.* Sic Hier. In epiſt. ad Abigaum. Cant. 4. Exod. 3. Hiere. 9. Matth. 5. Ioan 4.

Democritus Philoſophus oculos ſibi eruiſſe dicitur, atque ejus rei variæ à variis adferuntur cauſæ. Tertull. ait illum id feciſſe, quia mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poterat, & doleret, ſi non iis potitus eſſet: Laërtius, ut certiùs ſubtiliuſque ſecreta naturæ inquireret: Agellius ex Laberio Mimo, ne videret malis benè eſſe. Narratur & de quadã Virgine quæ ſibi oculos eruit, qui adoleſcen- In Apolog. cap. 46. In Democrito. Lib. 10. c. 17 Noct. Atticar. in Prat. Spir. c. 60.

Digitized by Google

rem quendam ad libidinem accendebant, *ut materiæ ſubtractione, flamma libidinis conſumeretur. Reſiſto*, inq. S. Aug. ad Deum, *ſeductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuam, & erigo ad te inviſibiles oculos, ut tu evellas de laqueo pedes meos. Tu ſubinde evellis eos, nam illaqueantur. Tu non ceſſas evellere: ego autem crebrò hæreo ubique ſparſis inſidiis, quoniam nō dormies, neque dormitabis qui cuſtodis Iſrael.* Et rurſum: *Pulchras formas & varias, nitidos & amœnos colores amāt oculi. Nō teneāt hæc animam meam, teneat eam Deus, qui hæc fert, bona quidem valdè, ſed ipſe eſt bonum meum, non hæc.*

Lib. 10. Conf. cap. 34.

Duo autem ſunt oculi ſpiritales, de quibus ſæpè Apoſtolus, ſignificati per luminare majus & minus; ſapientia videlicet, & intellectus ſeu ſcientia; quæ ſic Aug. diſtinguit: *Sapientiam non incongruenter intelligimus in cognitione & dilectione ejus quod ſemper eſt, atque incommutabiliter manet, quod Deus eſt. Scientiæ autem eſt, in medio nationis pravæ & perverſæ, tanquam in nocte hujus ſeculi, cautè prudenterque verſari, ut abſtinendo quiſque ab iniquitate, non confundatur tenebris, proprii muneris luce diſcretus. Quæ duo ſic etiam expreſſit, & quodammodo etiam definivit S. Iob. Ecce, inq. pietas, ſive cultus Dei eſt ſapientia, abſtinere autem à malo ſcientia eſt.* Oculos cordis petebat S. Fulgent. cùm ipſam veritatē, quæ Deus eſt, ita rogaret: *Quæcunque ſalubriter ſcienda neſcio, doceas me: in his, quæ vera novi, cuſtodias me: in quibus, ut homo, fallor, corrigas me: in quibus veris titubo, confirmes me; & à falſis ac noxiis eripias me.*

Geneſ. 1. Pſal. 135.
In Pſal. 136
Philip. 2.
Job 28.
Lib. 1. ad Monim. cap. 4.

Maxima autem eſt ira Dei, quando excæcat hominem, negando ei, vel tollendo lumen veritatis, ut vel ipſum Deum ignoret, vel viam, quæ ad eum ducit,

ducit; ut neſciat quò, vel quà eundum ſit. Utrumque ad tenebras pertinet, & utrumque ad extremas tenebras perducit. De quibus tenebris D. Aug. *Sequamur Chriſtum lumen verum, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ autem metuendæ ſunt morũ, non oculorum; & ſi oculorum, non exteriorum, unde diſcernitur album & nigrum; ſed interiorum, unde diſcernitur juſtum & injuſtum, verum & falſum.* Et alibi de malis ex animi cæcitate peccantibus: *Hoc*, inquit, *ſunt miſeriores, quo jam, quaſi liceat, faciunt quod per æternam Dei legem nunquam licebit; & impunè ſe facere arbitrantur, cùm ipſa cæcitate faciendi puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quàm faciunt.* Et rurſum: *Obſcuratio cordis, excæcatio mentis, parváne eſt pœna? Si quis furtum faciens, ſtatim oculum perdidiſſet, omnes dicerent, Deum præſentem vindicaſſe. Oculum cordis amiſit, & ei peperciſſe putatur Deus. Sed quotuſquiſque eſt, qui intelligat infelicitatem hominis, cujus cor cæcum eſt? Tollantur illi oculi corporis, omnes miſerum dicunt: Perdat oculos mentis, ſed tamen circumfluant omnia temporalia, felicem appellant, ſed qui ſimiliter mentis oculos perdiderunt.* Sent. 343. Lib. 5. conf. cap. 8. In Pſal. 57. In Pſal. 68.

Ante illuminationem autem fidei, in tenebris & inumbra mortis hominem agere, ſæpè ſcriptura teſtatur: quoniam priuſquam à dominatione Diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo jacet, in quod ſe ſua libertate demerſit. *Amat ergo lãguores ſuos*, inq. D. Proſp. *& pro ſanitate habet, quod ægrotare ſe neſciat, donec prima hæc medela conferatur ægroto, ut incipiat noſſe, quod langueat, & poſſit opẽ medici deſiderare, qua ſurgat.* Ideo autem Chriſtus ſe lucem appellat mundi, ut ſciremus, à quo Ad 6. cap. Gallor. Ioan. 8.

tenebræ noſtræ errorum ac peccatorum diſcuti poſſent, & à quo juſtitiæ & veritatis lux petenda
Ioan. 12. & exſpectanda foret. Unde & ait: *Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat*, Dicitur ergo lux, & propter intelligentiam ſuam, cujus etiam alios participes efficit, & propter
Iac. 1. juſtitiam ſuam, quam aliis quoque communicat. Quemadmodum & D. Jacobus teſtatur, Deum vocans *Patrem luminum*, & ab eodem *omne datũ optimum, & omne donum perfectum deſcendere* docens.
Malach. 4. Zach. 3. & 6. Sic Malachias Chriſtum appellat *Solem juſtitiæ*. Et Zacharias, *Orientem*; quia videlicet ejus illuſtratione, ubicunque oritur, ſimul cum eo oritur & juſtitia: ſicut cum lumine Solis oritur calor.

Sapient. 5. Hinc apud Sapient. conqueruntur impij in inferno, non ſolùm de defectu luminis intelligentiæ, ſed & luminis juſtitiæ. *Erravimus*, aiunt, *à via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis*. Inde & ipſa juſtitia ac obedientia frequenter piæ mentis nominibus, ad intellectus illuſtrationem pertinẽtibus, in Scripturis appellatur; Ut, dum Hieremias in deſcriptione
Hierem. 31 novi Teſtamenti dicit, *Legem Dei ſcribi in cordibus hominum*: dum
Iob 28. Iob *Dei cultum*, ait, *eſſe Sapientiam, &*
Ioan. 6. *à malo recedere intelligentiam*: dum Chriſtus, *omnes qui audierunt à Patre, & didicerunt, ad ſe venire di-*
Pſal. 118. *cit*: dumque toties orat David, *ut juſtificationes Do-*
De grat. Chri. c. 13. & ſeq. *mini edoceatur*. Hic enim doctrinæ nomine, ea intelligitur *gratia, qua non ſolùm facienda novimus, ſed*
In Pſal. 118 Conc. 17. *etiam cognita facimus: nec ſolùm diligenda credimus, verumetiam credita diligimus*, ut Auguſt. docet.

MONITUM XXIX.

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?

Matth. 20.

DIctum eſt hoc à Chriſto duobus diſcipulis, filiis Zebedei, qui per matrem deſideriis filiorum nimis obſequentem, petebant ut eorum unus ad dexteram ejus ſederet, alter ad ſiniſtram in regno ſuo. Sed regnum Chriſti non rectè intelligebant: aut enim illud carnaliter cogitabant, ut alii multi, qui ſe ibi habituros putant & ſperant, non quæ ibi ſunt, ſed quibus hic delectantur, ut opes, voluptates, honores, &c. Certè Judæi ſperabant ſe ad tales corporis voluptates, aliaſque commoditates reſurrecturos, quales hîc amabant viventes. Contra quos D. Aug. *Noli*, inquit, *illic talia ſperare tibi danda à Deo, qualia hic te jubet contemnere. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Et, *In cœlo non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli Dei.* Quæ ergo ſurſum ſunt, illa petenda: Surſum ſunt juſtitia, caſtitas, pax, gaudium, &c. non delitiæ, non voluptates, non opes terrenæ.

Ambr. lib. 5 de fide ad Gratian. cap. 3.

Aug. in Pſ. 43.

Rom. 14.

Matth. 22.

Dicitur in Evangelio, *Recumbent cum Abraham, &c.* in regno cœlorum, id eſt, *requieſcent*, inq. Aug. *Non enim debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo concupiſcere, ut non vitia mutemus virtutibus, ſed vitia ſubdamus. Aliud eſt enim deſiderare*

Math 8.

Serm. 41. in Nov.

Digitized by Google

rare regnum cælorum propter ſapientiam & vitam æternam: aliud propter felicitatem terrenam, quaſi habeamus illic eam opulentiorem atque majorem. Si divitem in illo regno futurum putas, cupiditates non amputas, ſed mutas: & tamen dives eris, & non niſi illic dives eris, quia nullius indigebis. Sed dicunt carnales: *Quid mihi erit, ubi non manducabo, non bibam, non cum uxore mea dormiam, &c. quale mihi gaudiũ erit? Hoc gaudium tuum*, ait Aug. *de ægritudine eſt, non de ſanitate. Sunt quædam ægrotantium deſideria: venit ſanitas, perit cupiditas. Quomodo corporalis ſanitas iſta tollit, ſic omnia tollit immortalitas, quæ eſt noſtra ſanitas.* Si regnum Chriſti hoc modo carnaliter intellexerint, videtis quàm juſtè illis dixerit Dominus, *Neſcitis quid petatis*,

Ser. 1. ibid.

Aut putabant Regnum Chriſti fore terrenum & externum, quale eſt aliorum Regum & Principum ſecularium. Sicut exiſtimabat Herodes & Iudæi, de quibus D. Leo: *Apparet Iudæos carnaliter cum Herode ſapuiſſe, & regnum Chriſti commune cum huius mundi poteſtatibus æſtimaſſe: ut & illi temporalem ſperarent Dominum, & terrenum metueret ille conſortem.* Quod & Apoſtoli ipſi adhuc poſt Chriſti reſurrectionem putabant: unde rogant, *Si in tempore hoc reſtitues regnum Iſraël?* Sed dicebat Chriſtus Pilato, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, id eſt, non eſt ejuſdem rationis & conditionis, cujus ſunt regna mundi; humilitatem præ ſe fert, non potentiæ oſtentationem: manſuetudinem, non terrorem: Nec ſunt Eccleſiæ miniſtri proprij, milites; nec arma, ferrum & lanceæ; arma regni Chriſti, Verbum Dei & vitæ innocentia: quibus, quando contra impetus hoſtium non poſſet eſſe defenſum,

Ser. 4. de Epiph.

Act. 1.
Ioan. 18.

ſum, regno hujus mundi, quando Chriſtiani Reges ſunt, ejuſque gladio officioſè & religioſè protegitur.

Si hoc modo regnum Chriſti cogitabant, etiam meritò audiunt, *Neſcitis quid petatis*, quia petebant animæ ſuæ periculoſa ac noxia: *In loco enim humili ſalus, in alto periculum*, inq. Aug. *Et quid in aulis Regum ac Principum, non fragile, plenumque periculis? & per quot pericula pervenitur ad grandius periculũ? Dejeciſti eos, dum allevarentur*, ait Propheta David; non dicit, poſtquam allevati ſunt: de quo dicitur, *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum, ſicut Cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat, &c.* Et, *Gloria peccatoris ſtercus & vermis; hodie extollitur, & cras non invenietur*. Sicut de Iuliano Apoſtata dicebat D. Athanaſ. *Nubecula eſt, citò diſſoluetur*. Et alius rogatus ab ejus fautore, *Quid ageret nunc Faber?* (Chriſtus videlicet, quem ridendo ſic appellabat:) *reſpondit, Iuliano loculum fabricat*.

Serm. 1. de vit. cler.
Li. 8. Conf cap. 6.
Pſal. 72. ibi Auguſt.
Pſalm. 36.
1. Mach. 2.
Sozom. lib. 5. cap. 14.
Theodor. lib. 3. ca. 18

Non ergo dicitur, poſtquam allevati ſunt, ſed *dũ allevarentur*, quod in ſeculo *allevari, hoc ipſum deijci eſt*, ut D. Aug. & D. Greg. benè notarunt; qui de ſe ad Pontificatum evecto, queritur; *Exterius aſcendiſſe videor, intus cecidi: alta quietis mea gaudia perdidi, & me à conditoris mei faciẽ longè expulſum deploro*. Imò de *Eccleſia* dicit Hier. quod *perſecutionibus crevit; quando venit ad Chriſtianos Principes, potentia & divitiis facta eſt major, virtutibus minor*. Et alius de Religione; *Religio divitias peperit, ſed filia ſuffocavit matrem*. Aucti enim Religioſi opibus ob pietatem ſunt, & vitæ ſanctimoniam; quibus quando abuti cœperunt, priſtinum decorem amiſerunt. *Ipſe Chriſtus*, ait D. Greg. *oblatam culminis*

In epiſt. ad Theoctiſtẽ Imp. ſororem.
In vit. Malchi.

gloriam

Digitized by Google

In Paſt. part. 1. ca. 3 Ioan. 6. & 18. Heb. 12.

gloriam fugit, ad crucis patibulum ſponte pervenit, ut membra ejus diſcerent favores mundi fugere, terrores minimè timere, pro veritate adverſa diligere, proſpera formidando.

Eſt & alia ratio, cur illis dixerit Dominus, *Neſcitis quid petatis*, etiamſi regnum Chriſti rectè cogitaſſent, quia volebant requiem ante laborem, coronam ante certamen. *Surgite poſtquam ſederitis*, ait Propheta. Ita Chriſtus priùs ſedit in humilitate paſſionis, deinde ſurrexit ad gloriam Patris. Præproperè ergo & præpoſterè cogitabant de honoribus, cùm priùs diſcere deberent humiliari. Et Dominus revocans illos ad viam, tanquam aberrantes: *Poteſtis*, inq. *bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dominus*, ait Aug. *non illis ſedes invidit, ſed cõvallem plorationis oſtendit, quaſi dicat: Illuc vultis venire, ubi ego ſum? venite quà ego. Quid eſt, venite quà ego? per humilitatem. Ego de ſublimitate deſcendi, humiliatus aſcendo. Vos in terra inveni, & antè vultis volare, quàm paſci? Priùs nutrimini, educamini, ferte nidum. Quomodo illos revocavit ad humilitatem, quærentes altitudinem? Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et illi etiam in hoc ſuperbi; Poſſumus. Quomodo Petrus, Tecum uſque ad mortem ibo. Fortis vir, donec fœmina diceret, Et iſte cum illis erat. Sic & illi, Poſſumus. Et ille, Calicem quidem meum bibetis, etſi modò non poteſtis, tamen bibetis; quomodo ait Petro, Non potes me ſequi modò, ſequeris autem poſtea. Sedere autem ad dexteram meam, aut ſiniſtram meam, non eſt meum dare vobis.*

Pſalm. 126. In Pſal. 119 in præf. in Pſal. 126 in Pſalm. 103. Conc. 3. Ioan. 14. Matth. 26.

Quomodo, nonne ipſe cõſtitutus eſt à Deo judex vivorum & mortuorum? *Quid eſt, non eſt meum dare vobis? Non eſt meum dare ſuperbis. Modò quibus lo-*

Act 10. Aug. ibid.

quor.

quor, ſuperbi eſtis, ideo dixi, non eſt meum dare vobis. Sed fortè dicerẽt, Erimus humiles. Non ergo eritis vos. Ego vobis dixi; non dixi, non dabo humilibus, ſed non dabo ſuperbis. Ita Aug. Sicut D. Amb. narrat de quodã adoleſcente, *quem ferunt poſt amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regreſſum, poſtea veteri occurriſſe dilectæ: quæ ubi non interpellatã putaverit non recognitam, rurſus occurrenti dixerit, Ego ſum, reſponderit ille, Sed ego non ſum ego.* Quia, videlicet, jam exuerat turpem amorem, cui antea implicatus erat. Sicut dicitur quis alius eſſe vir, vel in alium virũ mutatus, qui vitam ac mores mutavit. Lib. 2. de pœnitent. cap. 10.

Chryſ. tractans Evang. hiſtoriam: *Perpendis,* ait, *quomodo ſtatim ab hac opinione ipſos removit, contraria eis differens. Nam vos,* inq. *de honoribus & coronis mecum agitis, ego verò de luctamine atque ſudore diſſero. Non præmiorum hoc tẽpus eſt: nec illa gloria mea modò apparebit; ſed cædis ac periculorũ tempus præſens eſt. Perſpice autem, qualiter ipſo interrogationis modo, & hortatur, & allicit. Non enim dixit, Poteſtiſne cædẽ ſubire, poteſtiſne veſtrum effundere ſanguinem? Sed, Quonam pacto poteſtis bibere calicem? Deinde alliciens,* inq. *Quem ego bibiturus ſum? ut ipſa cum eo communicatione laborum promptiores redderentur.* Hom. 66. in Matth.

Et quoniam invitamur à Domino ad bibendum ejus calicem, id eſt, ad imitandam ejus paſſionem; dicamus cum Davide noſipſos ad hoc excitando: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* His verbis animant ſe ſancti ad paſſionem, conſiderando ingentia Dei beneficia, & excitando ſe ad aliquam compenſationem. Dicit D. Baſilius; retribuere in ſcrip. ſæpe idem eſſe, quod tribuere, Pſalm. 115. In Pſal. 7.

tribuere,& ſic ſecundo loco accipit. Quid ergo tribuit tibi Dominus? quia es,cùm non eſſes : ſed eſt & lapis; deinde,quia vivis : ſed vivit & pecus;tertiò, quia ad imaginem ſuam te creavit:ſed & Angelos ; denique,quia cùm perditus eſſes, ſanguinis ſui dato pretio,te liberavit : non ſic Angelos,quos in ſua damnatione reliquit. Vel propriè ſumatur verbum Retribuit, ut Auguſt. *Non dicit tribuit*,inquit,*ſed retribuit,bona videlicet prò malis*.

In hunc Pſal.& in Pſal. 102.

Quanta Dei bonitas ac clementia! homo retribuit Deo mala pro bonis, blaſphemias, luxurias, ebrietates, & alia ſcelera : Deus homini retribuit bona pro malis ; docet enim ac hortatur peccatorem,terret peccantem,ſuſtinet differentem, corrigit & pœnitentem recipit,remittit peccata,juſtificat, coronat. *Et quàm multa mala facta tua, tam multæ retributiones ejus bonæ. Duæ ſunt retributiones juſtitiæ*,ait Auguſt. *cùm aut bona pro bonis, aut mala pro malis redduntur. Tertia eſt retributio gratiæ, cùm remittuntur mala, & retribuuntur bona. Illam autem retributionem,qua pro bonis mala reſtituuntur, Deus neſcit.*

Sent 16. apud Proſp.

Deficit autem quodammodo Propheta in inveniendo,& non inveniebat quid retribueret,niſi calicem ſalutaris, id eſt, imitationem paſſionis Domini. *Quis autem*,inq. Cypr. *non libenter appetat, in quo aliquid & ipſe Domino retribuat?* Sed calicem ſalutaris nónne ipſe Dominus dedit? *De tuo aliquid retribue,ſi potes. Non dixerim,ne feceris : noli de tuo retribuere*,ait idem Auguſt. *Non vult Deus de tuo ſibi retribui. Si de tuo retribuis,peccatum retribuis. Omnia enim,quæ habes,ab illo habes. Tuum peccatum ſolũ habes : non vult ſibi de tuo retribui ; de ſuo vult.* Dicebat

Epiſt.77.

In Pſal. 102

cebat David, *Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.* Cur enim dicit, Calicem ſalutaris accipiam, niſi quia donum Dei eſt, & de manu Dei venit tribulatio, ſicut alia dona? Unde & in Evangelio dictum eſt, *Qui non accipit crucem ſuam.* Et ab Apoſtolo, *Vobis donatum eſt, ut pro Chriſto patiamini.* Et ipſe Chriſtus dicebat Petro: *Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum?* 1. Par. 29. Matth. 10. Philip. 1. Matt. 26.

Duobus autem modis fit imitatio paſſionis Chriſti: Uno modo per veritatem, quo modo imitantur Chriſti paſſionem Martyres, in certamine pro Chriſto ſuſcepto mortem ſuſtinendo; quod maximè glorioſum eſt, nec poteſt homini in hac vita majus à Deo donum contingere. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Et, *Beati mortui, qui in Domino*, id eſt, propter Dominum, *moriuntur.* Sed quia hoc non omnibus conceditur, nec ſemper eſt occaſio oppetendæ pro Chriſto mortis, eſt alius modus imitandi Chriſtum, nempe per ſimilitudinem, ut ſicut ipſe in paſſione mortuus eſt carne, ita & nos peccato moriamur: quod fit in baptiſmo, & per quotidianam noſtri mortificationem, quando *vetus noſter homo crucifigitur. Quicquid enim geſtum eſt in cruce Chriſti ac ſepultura, ita geſtum eſt*, ait Aug. *ut his rebus, non myſticè tantùm dictis, ſed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana, quæ hic geritur. Nam propter eius crucem dictum eſt: Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Propter ſepulturam: Conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in morte.* Et alibi: *Crucifixus eſt*, inquit, *ut in cruce oſtenderet veteris hominis noſtri occaſum: reſurrexit, ut in vita ſua oſtenderet noſtræ vitæ novitatem.* B ſil. de Spiritu S. cap. 16. Pſal. 115. Apoc. 14. Rom 6. Ench. 53. Gal. 6. Rom. 6. Ser. 66. in Nov.

Digitized by Google

Amplectamur ergo crucem, ſeu quamvis afflictionem de divina dignatione venientem; amplectamur mortificationem, vitia, & concupiſcentias noſtras crucifigentem. D. Aug. de ſe: *Moriar, ne moriar.* Et ad alios: *Moriatur homo, ne moriatur: id eſt, mutetur, ne damnetur.* Et rurſum: *Morere ut vivas; ſepelire ut reſurgas. Toties peccatis morimur,* inquit D. Leo, *quoties in nobis peccata moriuntur: & pretioſa in conſpectu Domini etiam iſta mors ſanctorum eſt, ubi homo occiditur mundo, non terminatione ſenſuum, ſed fine vitiorum.* Sic Leo.

Conf. li. 1. cap. 5. De verb. Apoſt. ſer. 15. In Serm de Nat. 7. Machabæor.

MONITUM XXX.

Gloriamur in tribulationibus.

Rom. 5.

VAriæ ſunt cauſæ, ob quas meritò gloriandum in tribulatione, maximè quam quis propter juſtitiam, veritatem, &c. patitur. Una eſt, ipſa cauſæ conſideratio. *Nemo,* inquit Petrus, *veſtrum patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine,* id eſt, Deum laudet, eique tanquam pro magno beneficio gratias agat, quod ad Chriſtianiſmum vocatus ſit, proque eo patiatur. Et Dominus in Evang. *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. Culpa vacare magnum eſt ſolatium,* inq. Cicero: unde & ſe, & uxorem ita conſolatur: *Non vitium noſtrum, ſed virtus noſtra nos afflixit. Gloria noſtra hæc eſt,* ait Paulus, *teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et Paula vidua, in ſua

1. Pet. 4. Matth. 5. In epiſt. ad Uxor. 2. Cor. 1.

ſua ab æmulis afflictione,ita ſe conſolabatur.*Secura ſit conſcientia,quod non propter peccata noſtra patiamur,afflictioque in ſeculo materia gaudiorũ eſt*.Ita & Martyr in Pſal.dicit ſe *gratis perſecutionem pati; quia*,inquit Ambr.*impugnatur ſine crimine : impugnatur ut noxius,cum ſit in tali confeſſione laudabilis.* Hiero.in Epitaph.; In Pſal.118

Ideo D. Cyprian. cùm ei diceretur à Judice, *Conſule tibi* , reſpondit conſiderata cauſæ iuſtitia: *In re tam juſta nulla eſt conſultatio : non adhuc conſulo,quia non adhuc dubito*.Et D.Baſil. cùm ei deliberandi tempus à Præfecto datum eſſet;*Etiam cras*, inquit,*idem regrediar , dummodo tu ſententiam non mutes,ſed utere minis tuis.* Quis enim dubitet pro juſtitia & veritate pati,cùm multos graviſſima pro rebus minoribus paſſos eſſe conſtet?Ita ſe quidem invicem XL.Martyres cohortabantur ; *Quot noſtri commilitones ceciderunt, fidem mortali Regi ſervantes ! nos pro fide noſtra in Deum ſervanda, hanc vitam non projiciemus? Quot item malefici homines mortem tulerunt , in ſcelere deprehenſi ? nos verò pro iuſtitia mortem non ſubeamus ?* Aug.in ſer. de S.Cypr.; Lib.7.cap. 4. hiſtor. Trip.; Apud D. Baſil.hom. 17.

Altera cauſa eſt, quod magnum Dei ſit donum pati pro iuſtitia. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.Eligo pati*,dicebat S.Ignat.*Sed neſcio an dignus ſim*.Hieronymus verò,*Gratias ago Deo meo,quòd dignus ſim,quẽ mundus oderit*.D.Ant. Martyribus in carceribus ſerviens,eoſque animãs, & ad locum ſanguinis proſequens,captabat occaſionem Martyrii,& *contriſtabatur,quòd volenti pro Chriſto pati , Martyrium non dabatur. Sed qui ſuis parabat magiſtrum ,ſervabat Antonium* , inquit D. Athanaſius. Narrat D. Nazianzenus de quodam Act.5.; Ad Trallia.; Ad Aſellã.; Athan. in vita.; Orat.4.quæ eſt 2.invectiva in Iulian.

martyre ſub Juliano Apoſtata, qui toto corpore altiſſimè laceratus, ubi aliquam corporis partem illæſam perſpexit, carnifices accuſavit, ut contumelioſos, nec totum corpus decorantes, hortans, ut ne ei quidem parcerent. Sic S. Secunda ad judicem: *Cur ſororem meam honore, me ignominia afficis?* cùm Ruffina ſoror virgis cæderetur, ipſa non.

In vita.

Pontius in vita D. Cyprian.

D. Cyprian. audita mortis ſententia, *Deo gratias*, inquit, & ſpiculatori percutienti xxv. aureos numerari juſſit; ſignificans ſe beneficium ab eo accipere, non interitum. Sic & Eupſychius martyr pretiũ patrimonij ſui, partim pauperibus, partim accuſatoribus ſuis, tanquam benefactoribus, diſtribuit. Et D. Baſil. cùm à Valente in exilium cogeretur, & ſtaret ante tribunal, Præfecto minitanti eleganter reſpondit; *Utinam dignum haberem aliquod munus, quod ei offerrem, qui Baſilium maturiùs de nodo hujus follis abſolveret*. De Juſtino Martyre, qui egregiũ pro defenſione Chriſtianæ fidei volumen ad judices conſcripſerat, dicit Haymo, quod *remunerationem fidelis & eruditæ linguæ, Martyrij munus accepit*.

In Martyrol. 7. Idus Septemb.

Ruff. lib. 10. cap. 7.

Lib. 4 hiſt. ſacræ, c. 21.

De Mortalit.

D. Cyprian. duplicem habet querimoniam Chriſtianorum: *Quoſdam*, inq. *movet, quòd nobis cum gentilibus ſit mortalitas iſta communis*. Quibus reſpondet: *Non ad hoc credidit Chriſtianus, ut immunis à cõtactu malorum mundo feliciter perfruatur, ſed ut omnia hic adverſa perpeſſus, ad futuram lætitiam reſervetur. Quamdiu in iſto mundo ſumus, cum genere humano carnis æqualitate conjungimur, ſpiritu ſeparamur. Imò ſcire debet Chriſtianus, plus ſibi quàm cæteris in ſeculo laborandum, cui magis ſit cum Diaboli impugnatione luctandum. Unde Sapiens: Fili accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationẽ.*

Eccleſ. 2.

Deinde

Deinde querebantur, quòd ſic morientes, privarétur occaſione martyrii. Quibus reſpondet, *Primo in loco non eſt in tua poteſtate, ſed in Dei dignatione Martyrium; nec potes te dicere perdidiſſe, quod neſcis an merearis accipere. Deinde Deus ſcrutator renis & cordis, videt te, & laudat, & comprobat, & qui perſpicit apud te paratam fuiſſe virtutem, reddet pro virtute mercedem.*

Tertia cauſa gloriandi eſt, quod iſta paſſio habeat ſimilitudinem Chriſti. *Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete*, ait Petrus. Glorioſum eſt autem militi, quòd ſit ſicut Dux ejus. Et, *Magna eſt gloria ſequi Dominum*, ait Sapiens. Cum gaudio dicebat Ignatius patiens, *Nunc incipio eſſe diſcipulus Chriſti. Chriſtus*, ait Apoſtol. *propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem:* petitus ad regnum, fugit; quæſitus ad crucem, occurrit. Sic Moyſes *magis elegit affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti. Ideo Chriſtus Dominus*, ait Leo, *omnia iſta mala, in infirmitatis noſtræ forma, & in carnis peccati ſimilitudine percurrit, ut inter præſentis vitæ pericula, non tam optandum ſit nobis, declinando iſta effugere quàm tolerando ſuperare.* Et D. Bern. *Ipſe elegit, quod carni moleſtius eſt, id ergo melius, id utilius, id potiùs eligendum: Sapientia enim Dei, qui Chriſtus eſt, falli non poteſt.*

1. Pet. 4.
Eccleſ. 23.
In ep. ad Rom.
Hebr. 12.
Joan. 6. & 18.
Hebr. 11.
Ser. 16. de Paſſ.
Ser. 3. de Nat.

Et ſi eligendum tibi eſſet, ait alius quidam Sapiens, magis optare deberes, pro Chriſto adverſa pati, quàm multis conſolationibus recreari, quia Chriſto ſimilior eſſes, & omnibus ejus ſanctis conformior. *Turpe eſt delicatum membrum, ſub ſpinato capite*, inq. Bern. Et, *Nolo ſine vulnere vivere, cum te*

Tho. Kép. lib. 2 c. ult. de Imit.
Ser. 5. de omnib. Sáct.

Digitized by Google

vulneratum video,dicit Bonav.ad Crucifixum. *Filius Dei paſſus eſt*,ait D.Cypr.*ut nos filios Dei faceret: & filius hominis pati non vult, ut eſſe Dei filius perſeveret? Si odio ſeculi laboramus, odium ſeculi ſuſtinuit prior Chriſtus.Si contumelias in hoc mundo, ſi fugam, ſi tormenta toleramus; graviora expertus eſt mundi factor & Dominus,qui & admonet, dicens: Si ſeculum vos odit, mementote, quia me priorem vobis odio habuit.* Magna ſanè conſolatio Chriſtiano, gaudendique occaſio.*Fortius fert ſua miles,cùm ſui Ducis vulnera contuetur,* inquit S. Bernard.

Epiſt.56. Ioan.15. Ser.30.in Cant.

Poſtrema cauſa gloriandi in tribulatione,quòd inde certam ſuæ ſalutis ſpem concipit. *Si enim cōpatimur,& conregnabimus.Sicut ſocii paſſionum eſtis, ita eritis & conſolationis.In judiciis tuis ſuperſperavi,* ait David,id eſt,judicia tua, quibus me corripis & flagellas, non ſolùm mihi non auferunt ſpem,ſed etiam augent,dum quē diligis corripis:& flagellas omnem filium,quem recipit. Spem ſalutis concipit homo,quando benè vivit.*Spem enim gerit bona cōſcientia*,ait Aug.quando autem benè vivēs,incipit tribulationibus exerceri, jā habet cauſam amplius ſperandi. *Qui ablactati eſtis à lacte, qui abſtracti ab ubere*,inq.Iſaias, *tribulationem ſuper tribulationē expectate,ſpem ſuper ſpem.*Qua ſcriptura in ſuis afflictionibus utebatur Paula Romana,ut teſtatur Hier. *Unus homo cum capite & corpore ſuo Ieſus Chriſtus. Duo in carne una,& in voce una, & in paſſione una; & cùm tranſierit iniquitas,in requie una,* inq. Aug. Quid non patiuntur homines interdum, ut vitam hanc miſeram aliquantulum prolongent? permittunt ſe ſecari,uri,mille pœnis affici,quid ergo non ſufferendum, ut æternam vitam conſequantur?

Rom 8. 2.Cor.1. Pſal.118.& ibi Aug. Proſp. Heb. 12. In Pſ. 31. Iſai 28. In eius Epitaph. In Pſ.61. Vide Ser. 64.de verb. Dom.

Ingre

Ingrediatur *putredo in oſſibus meis & ſubter me ſcateat*, orat Propheta, *ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Hic Propheta Abacuc*, ait Hier. *tribulationes, & anguſtias, afflictionemque animi deprecatur, ut in futuro, cœtui ſanctorum cum Chriſto jam regnantium, ſocietur.* Et S. Ignatius; *Ignis*, inquit, *crux, beſtia, confractio oſſium, membrorum diviſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant: tantùm Chriſto fruar.* Digna eſt his omnibus, & majoribus vita æterna, nec parvum quid eſt, perdere vel lucrari regnum Dei, ait Tho. Kemp. Cujus boni conſideratione, ita ad quælibet patienda ſeipſum excitat D. Aug. *O anima mea, ſi quotidie oporteret nos tormenta perferre; ſi ipſam gehennam longo tempore tolerare, ut Chriſtum in gloria ſua videre poſſemus, & ſanctis ejus ſociari; nonne dignum eſſet pati omne quod triſte eſt, ut tanti boni, tantæque gloriæ participes haberemur? Inſidientur ergo dæmones, parent ſuas tentationes, frangant corpus jejunia, labores gravent, &c. ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Sic Auguſt.

Abac. 3.
Lib. 2. cont. Pelag.
In epiſt. ad Rom.
Lib. 3. cap. 5?. de Imit.
Manual. cap. 15.
Abac. 3.

MONITUM XXXI.

Separamini, exite de medio eorum. 2 Cor. 6.

FUit error apud Judæos, quòd externa cum peccatoribus, ſaltem publicis, converſatione boni contaminarentur; hinc nolebant ingredi prætorium Pilati Gentilis, *ut non contaminarentur*. Et

Ioan. 18.

Luc. 7. cùm Chriſtus admitteret peccatricem, dicebat Simon Leproſus, *Si hic eſſet Propheta, ſciret utique quæ & qualis eſſet hæc mulier, quia peccatrix eſt*. Et reprehenditur à Phariſæis dicentibus, *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Improbabant ejus officium, & opus, propter quod venerat in hunc mundum, quod erat peccatores ſalvos facere, verbo, exemplo, vita, morte. Perinde ac ſi quis reprehendat medicum, quòd cum ægris verſetur. Chriſtus non favebat peccatis, ſed ea ſanabat, & ab eis peccatores revocabat: ſicut medicus morbis medetur.

Matth. 9.

1. Timot. 1.

Ser. 8 9. & 10 de verb. Apoſt. *Nulla cauſa*, ait Aug. *fuit veniendi Chriſto Domino, niſi peccatores ſalvos facere: tolle morbos, tolle vulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ*. Antiſtheni probro dabatur, quòd malis congrederetur. *Et Medici*, inquit, *inter infirmos verſantur, neque tamen febricitāt*. Epiſcopi & Paſtores maximè ſunt propter infirmos & ægros, alij eorum cura & opera non ita indigent, hinc graviter reprehenduntur in Scripturis, quando officio ſuo deſunt: *Infirmum non conſolidaſtis, & quod ægrum non ſanaſtis, & quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod abjectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis*. Et dicebat Apoſtolus: *Omnibus debitor ſum, ſapientibus & inſipientibus*, & his vel maximè.

Ezech. 34. Aug. de Paſtorib.

Rom. 1.

Sed quomodo oportet à malis ſeparari, cùm id Scripturæ ſæpè præcipiant. *Exite de medio eorum, ſeparamini, immundum ne tetigeritis. Nolite jugum ducere cum infidelibus*. In primis conſtitutum eſt in Conc. Baſileenſi, & confirmatum in Lateran. ſub Leone X. *Quod nemo à communione alicujus in Divinis vel extra, teneatur abſtinere, vel vitare aliquem, niſi*

2. Cor. 6. Seſſ. 20. Seſſ. 11.

niſi ſententia contra perſonam publicata à Iudice, vel denuntiata ſit ſpecialiter & expreſſè, aut aliquem ita notoriè excõmunicationis ſententiam conſtiterit inci-diſſe, quod nulla poſſit tergiverſatione celari. Sic & 1.Cor.5.
Paulus præcipit, *non commiſceri eis fratribus*, inquit D.Aug. *qui in aliquo vitiorum, quæ ibi recitat Apoſto-lus, noti famoſique ſunt.* Et alibi, *Eam nominationem* De fid.& *voluit intelligi Apoſtolus, quæ fit in quemquam, cùm* op.cap.2. *ordine judiciario, & integritate profertur.* Legens hoc hom.50.inter 50. modo locum Pauli: *Si quis frater nominatur, forni-* 1.Cor.5. *cator, &c.* Scripturæ autem maximè loquuntur de ſeparatione, quæ fit animo, conſenſu. De quo Apo-ſtol, *Non ſolùm, qui ea faciunt, ſed & qui conſentiunt* Aug lib 3. *facientibus, digni ſunt morte.* Illa ſeparatio omnino cap.4.cont. neceſſaria eſt, alioqui ipſi Prophetæ, qui iſta tam Parmenia. diligenter monent, inter malos verſabantur, animo Rom.1. ſeparati, quia eis non conſentiebant, ſed redargue-bant. Quò enim poterimus fugere, ubi non ſint Matth. 13. mali? creſcent zizania inter triticum uſque ad meſſem. *Deinde*, inquit Auguſt, *non homines, qui* Sent.14. *meliorum exemplo*, & verbo, *corrigi poſſunt, ſed* apud Proſp *hominum fugienda eſt iniquitas.* Sic fugit Eſther re-gina maritum infidelem, quia *deteſtabatur cubile in-* Eſther 14. *circunciſorum.* Sic & Monica viro infideli nupta, *tolerans*, non probans, *cubilis injurias, & expectans* Aug.in cõf *miſericordiam Domini ſuper eum, ut in illum credens* lib 9.cap.9. *caſtificaretur.*

Apoſtolus loquens viventibus inter malos, *No-* Epheſ.5. *lite*, inquit, *effici participes eorum.* Et, *Nolite commu-nicare infructuoſis operibus tenebrarum.* Quod fit duobus modis, conſentiendo, vel eadem faciendo, & non redarguendo. *Duobus modis te non maculat* De verb. *malus*, inquit Aug. *Si non conſentias, & ſi redarguas.* Dom.ſer.18

Epiſt. 1. ad Bonifac. *Parum enim eſt non conſentire, ſi ſequatur negligentia diſciplinæ, correptionis, reprehenſionis. Bene enim agere, & illicita non prohibere, conſenſus erroris eſt*, ait idem. Unde & Seneca; *Qui non vetat peccare, cùm poſſit, jubet.* Et quidam Lacon apud Plutarch. *Quomodo poteſt hic bonus eſſe, qui ne malis quidem acerbus eſt?* Notanda epiſtola D. Aug. ad Nectarium Epiſcopũ, in qua oſtendit, in ea civitate, cujus ille civibus parci volebat, difficile potuiſſe inveniri omnino innocentes, quod illatam per idololatras Eccleſiæ & Clero non prohibuiſſent aut ſubmoviſſent injuriam; cùm id haud ægrè potuiſſent. *Qui enim non removet cùm poſſit, injuriam & damnum, tam eſt in vitio, quã qui facit*, inq. D. Ambr. Et D. Auguſt. de Civit. tractans, cur boni flagellentur cum malis? unam cauſam aſſerit eſſe, quòd non ſic inter malos vivant, quomodo vivendum eſt, eos docendo, admonendo, objurgando, corripiendo, cupiditate aliqua, vel pudore, aut timore prohibiti, etſi in animo eis diſpliceant illorum peccata, fortè aliquos correcturi. *Ubi tamen*, inquit, *graviorem habent cauſam Præpoſiti, quibus dicitur, ſanguinem autem ejus de manu ſpiculatoris requiram. In hoc enim conſtituti ſunt, ut non parcant objurgando peccata.*

In Troade. De adul. & amico. Epiſt. 202. Lib. 1. Offic cap. 30. Lib. 1. ca. 9. Ibidem. Ezech. 33.

Corporalis autem ſeparatio ſæpè difficilis, imò impoſſibilis, ut in conjugio quandò alter bonus, alter malus. Sic in aliis ſocietatibus, ubi mali mixti plerumque bonis; ſed eorum malitia non conſentientibus obeſſe non poteſt, atque iſta ratione ſeparantur. Deinde dolor, quem ex eorum malitia concipiunt, & correptio, quam adhibent, prodeſt bonis, quia ex charitate deſcendit, qua illos perire nolunt, nec aliorum ſalutem impedire. Sic triticum

gemit

gemit inter paleas, ſervato unitatis vinculo, ait Aug. Quantum tamen commodè fieri poteſt, etiam corporaliter à malis ſeparari expedit, vario reſpectu ſeu conſideratione. Cont. Donatiſt.

Primò, ne nos eorum vitiis inficiamur. Unde Sap. *Qui cum ſapientibus graditur ſapiens erit: amicus autē ſtultorum, ſimilis efficietur.* Et, *qui tangit picem, inquinabitur ab ea; & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam.* *Neſcitis*, ait Apoſt. *quia modicum fermentum corrumpit totam maſſam?* de Iudæis dicitur, *Cōmiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* Sic de Chriſtianis dici rectè poteſt. Commiſti ſunt inter hæreticos, & alios improbos, & didicerunt errores & ſcelera eorum. *Malorum cùm incautè amicitiis jungimur, culpis ligamur*, ait D. Greg. *Unde Ioſaphat, qui tot de anteacta vita præconiis attollitur, de Achab Regis amicitiis penè periturus increpatur. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum, amicitia jungeris, & idcirco quidem iram Domini merebaris, &c. Ab illo enim qui ſummè rectus eſt, eo ipſo jam diſcrepat, quo perverſorum amicitiis vita noſtra concordat. Sumuntur à converſationibus mores*, inquit Seneca, *& ut quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt, ſic animus mala ſua proximis tradit.* Prov. 13. Eccleſ. 13. 1. Cor. 5. Pſal. 105. In Paſt. parte 3. adm. 23. 2. Par. 19. Lib. 3. de Ira.

Grex totus in agris, ait Poëta,
Unius ſcabie cadit, & prurigine porci,
Uvaque conſpectâ livorem ducit ab uva.

Et *natura rerum ſic habet*, ait Chryſ. *ut quoties bonus malo conjungitur, non ex bono malus melioratur, ſed ex malo bonus contaminatur.* Unde & Euripides, Citatus in Methodo Confeſſ.

Si quis malorum gaudeat commercio,
Rogare qualis ille ſit, nil eſt opus:
Nam quiſque ſimilis eſt ſodalitii ſui. In Phœniſ.

Deinde

Digitized by Google

Deinde ſeparari oportet, ne cum illis puniamur: Dominus enim provocatus peccatis impiorum, ſæpe etiam bonos punit, qui malis ſunt conjuncti, non tamen ſine æquitate & judicio. *Unius Acham*

Ioſ.7. *furtum*, inq, idem Chryſ. *nonne toti populo vindictam*

De verb. Iſai. Vidi Dominum. Hom.1. *accerſivit? Deum adverſus multitudinem hoſtem reddidit, fuſis tribus millibus virorum fortium?* Domino etiam terribiliter dicente, *Non poterit ſtare Iſraël ante hoſtes ſuos, quia pollutus eſt anathemate.* Et, *Non ero ultra vobiſcum, niſi conteratis eum, qui huius ſceleris reus eſt.* Hinc juſſus Loth divinitus exire de Sodomis, & eo diſſimulante, cogebant eum Angeli, dicentes, *Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias quas habes; ne & tu pereas pariter in ſcelere civitatis.* Non parentibus generis, qui ejus filias erant accepturi, cum reliquis incendio conſumpti ſunt. Sic

Gen.19.

Tob.14. Tobias moriens filio mandavit ne maneret in nemine, *cujus*, inq. *interitus prope eſt. Video enim, quia*

Euſeb.li 3. ca.8.hiſtor. *iniquitas ejus finem dabit ei.* Sic & Chriſtiani divinitus juſſi migrare Hieroſolymis, inſtante deſtructione; & auditæ voces à ſacerdotibus noctu ex adytis templi, *Migremus hinc, Migremus hinc.*

Refert S. Irenæus, de S. Ioanne Evangeliſta,

Lib.3.c.3. cont.hær. ſ. quod cùm iret ad balneum lavandi cauſa, audiens Cerinthum intus eſſe, exſilierit è balneo non lotus dicens ad ſuos, *fugiamus hinc ocyùs, ne balneum concidens nos opprimat, in quo lavatur Cerinthus, veritatis hoſtis.* Refertur & de D. Ambroſio, quod cùm apud quendam divitem hoſpitio exceptus eſſet, qui ſibi nihil unquam mali in vita accidiſſe dicebat, ad ſuos dixerit, excedamus hinc, ne cum homine ſemper proſperitatibus uſo, ſimul pereamus. Et cùm paululum receſſiſſent, vident ædes

cum

Digitized by Google

cum omnibus, qui inerant, terræ hiatu abſorptas. Ait Horatius, *Sæpè Dieſpiter neglectus inceſto addidit integrum.* Hinc cum tali nolebat una vehi navi, in una manere domo, ne cum illo puniretur. In Odis, li. 3. Ode 2.

Denique corporalis à malis ſeparatio fit propter eorum ſalutem, ut confundantur, & confuſi reſipiſcant. *Subtrahite vos*, inq. Apoſt. *ab omni fratre ambulante inordinatè, ut confundatur*; dum videlicet ab omnibus vitatur, & tanto ſuo malo commotus emendetur. Ibi præcipit Paulus abſtinentiam à conviviis talium, familiaritate, benigno vultu, & ſimilibus benevolentiæ ſignis; ad quam omnes obligati ſunt lege charitatis, cùm veriſimile eſt, peccatores per talia, vel aliquid eorum emendandos eſſe. Dicit proinde Divus Baſilius, *Eos inquinari, qui erga delinquentes ita ſe gerunt, ac ſi deliquiſſe nihil referret.* Cujus correptionis utilitatem hanc eſſe dicit, *ut fratres ambulantes inordinatè videntes probos viros à ſe averſos reſipiſcant. Vel, ſi id noluerint, reliqui obſervantes eos probis eſſe inviſos, eorum exemplo commoti, in officio perſeverent.* Ob hanc cauſam juſſus eſt Propheta ille miſſus à Domino ad arguendum Hieroboam, abſtinere ab ejus convivio, ut docet Auguſtinus. 2. Theſ. 3. Inter bre. 5. Conſt. Monaſt. cap. 34. 3. Reg. 15. Poſt. Coll. c. 34. cont. Parm. lib. 3 cap. 2.

Atque ipſa excommunicationis pœna tam gravis, non niſi miſericorditer ab Eccleſia infligitur, ut qui aliàs emendari non poteſt, tanto ſuo malo commotus, erubeſcat & ad veram pœnitentiam redeat, & ſalvus ſit ſpiritus in die Domini. Unde D. Aug. *Habet Paſtoralis neceſſitas, ne plures ſerpant dira contagia ſeparare ab ovibus ſanis morbidam; ab illo, cui nihil eſt impoſſibile, ipſa forſan ſeparatione ſanandam. Nam & ipſa damnatio, quā facit Epiſcopale judicium,* De fide & operib. c. 3. 1. Cor. 5. De cor. & grat. c. 15.

Digitized by Google

Seſſ.25. cap.3. *judicium, qua pœna nulla in Eccleſia major eſt, poteſt, ſi Deus voluerit, in correctionem ſaluberrimam cedere atque proficere.* Sic Aug. Quam pœnam non temerè aut levibus ex rebus incutiendam, monet Concil. Trid. quòd experientia doceat, ſi ita fiat, *magis eam contemni quàm formidari, & pernitiem potius parere, quàm ſalutem.* Omnia priùs experienda eſſe remedia; & graviſſimum ejuſmodi cenſuræ pondus etiam conſiderantes Patres, non niſi ex graviſſima cauſa eam adhibendam tradiderunt.

Nazian. in orat. de moder. in diſp. ſerv. Chryſ. hom. de Anathemate. Ambro. lib. 2. offic. cap. 27.

MONITUM XXXII.

Perverſæ cogitationes ſeparant à Deo.

Sap. 1.

Ser. 6. de jejun. 10. mēſ. CEſſantibus ſignificationibus, inquit D. Leo, *quibus Salvatoris noſtri nuntiabatur adventus, & peractis figuris, quas abſtulit ipſa præſentia veritatis, ea quæ vel ad regulas morum, vel ad ſimplicem Dei cultum ratio pietatis inſtituit, in eadem apud nos forma, in qua condita ſunt, perſeverant: & quæ utrique Teſtamento erant congrua, nulla ſunt commutatione variata.* Manſit ergo Decalogus, ac penè *nulla ſunt præcepta in Evangelio ad pietatem, & ad bonos mores pertinentia, tam ardua, quin & eadem data ſint in lege Moyſi*, licet clariùs & expreſſiùs etiam ipſis carnalibus quædam à Chriſto proponantur, quàm à Moyſe, ut Auguſt. Sed Judæi malè legem interpretabantur, de ſolis videlicet externis operibus. Ut per homicidium intelligebant, *perem-*

Cont. Fauſt lib. 19. cap. 28.

Lib. 1. Retr. cap. 22.

ptionem

Digitized by Google

ptionem corporis humani, qua vitâ privatur: per Mœchiam tantùm *corporalem cum fœmina illicitam commixtionem.* Hinc ſolliciti tantùm erant de externo morum ornatu, intus omni pietate vacui, unde & Dominus eos comparat ſepulchris dealbatis & arbori habenti folia tantùm. Hanc falſam & inſufficientem eorum doctrinam arguit Dominus in Evangelio, & legem Moyſi meliùs exponit, aperiens *omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari.* Sicut & Ioannes dicit, *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.* Item etiam concupiſcentiam illicitæ carnalis commixtionis, non eſſe aliud quàm Mœchiam. *Qui viderit,* inquit, *mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Unde Hieron. *Væ nobis, qui quoties concupiſcimus, toties fornicamur.* Matth. 23. Matth. 21. Matth. 5. 1. Ioan. 3. Matth. 5. In epiſt. ad Ruſtic.

Illam fuiſſe Iudæorum doctrinam, ex Ioſepho clarum eſt, Iudæorum præcipuo, qui Polybium hiſtoricum reprehendit, dicentem, Antiochum idcirco miſerè periiſſe, quòd voluerit templum Dianæ diripere. Quia, inquit Ioſephus, *qui non egit peccatum, ſed tantùm cogitavit, nullo peccati reatu tenetur.* Rectiùs Tert. *Cùm,* inquit, *voluntas origo culpæ ſit, quare non tantò potior ad pœnam ſit, quantò principalior ad culpam?* Et Auguſt. *Voluntas perfecta faciendi, reputatur pro opere facti.* Mira Iudæorum cæcitas: major hac quidem in re cæcitate gentilium. Ait enim Poëta Ethnicus: Lib. 12. antiq. cap. 13. De Pœnit. cap. 3. Ser. 250. de temp.

Nam tacitum ſcelus intra ſe qui cogitat ullum,
Facti crimen habet. Iuven. Sat. 13.

Et Virgilius in Tartaro eſſe dicit, qui

Auſi omnes immane nefas, auſoque potiti. In 6. Æneid.

Et

Et Thales Philoſophus, interrogatus, an facta hominum Deos fallerent. *Ne cogitata quidem,* inq. *ut non ſolùm manus, ſed etiam mẽtes puras habere vellemus, cum ſecretis cogitationibus noſtris cœleſte numen adeſſe crediſſemus,* ait Valer. Max. qui hoc de eo refert. Sic & Alexander Magnus noluit conſpicere captivas Darii filias, forma inſigni; *Sciens culpam eſſe,* ait D. Baſilius, *aſpiciendo concupiſcere mulierem, etſi opere non compleret; turpe exiſtimans, victores his, quas ipſi ſuperaſſent, gentibus ſuccumbere.*

Lib. 7. c. 2.

Homil. 24.

Facilè autem poterant Judæi ex ſcripturis cognoſcere etiam voluntatem malam prohibitam eſſe. Dicit enim Iſaias: *Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum.* Et, *Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas.* Et, *Ne cogitetis malum in cordibus veſtris, hoc enim odi, dicit Dominus.* Et, *Perverſæ cogitationes ſeparant à Deo, & Spiritus ſanctus diſciplinæ auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Et, *Abominatio Domini, cogitationes malæ.* Imò ex duobus poſtremis præceptis, ait D. Aug. ſatis intelligitur, omnem concupiſcentiam operum prohibitorum à Deo eſſe prohibitam, videlicet, *Non concupiſces uxorem aut rem proximi tui.* Ubi ſub adulterio & furto, cætera omnia peccata, ut mendacium, homicidium, impietas in parentes, irreligioſitas, &c. intelligi debent, & eorum hîc quoque prohibita concupiſcentia. Ideo autem præ reliquis, adulterii & furti voluntas eſt nominata, quòd earundem rerum concupiſcentia ſoleant omnes ferè homines laborare.

Iſai. 1.
Iſai. 55.
Zach. 8.
Sap. 1.
Prov. 15.
Cont. Fauſt. li. 19. ca. 28
Exod. 20.
Deut. 5.

In quo prohibitæ concupiſcentiæ præcepto multa continentur. Primum, ut concupiſcentiæ

Eccleſ. 18.

ad

Digitized by Google

ad illicita ſollicitanti non conſentiamus. Secundum, ne hac vitioſa concupiſcentia nos oblectemur, etiamſi eam opere complere nolimus. Tertium, ut eam in nobis oderimus, carere ea optemus, eam oppugnemus, vires ejus quotidie proficiendo frangamus & minuamus. Denique id modis omnibus agamus, ut ea prorſus in nobis aliquando extinguatur, & exſtirpetur, ut jam non dico, non ei ad illicita conſentiamus; ſed nec eam ſentiamus, imò ne inſit quidem omninò. Hac enim niſi ſublata, imperfecta ſemper erit juſtitia noſtra atque charitas. Nam etſi non quivis eam concupiſcentiæ motus tollat ac evocet, minuit tamen ſpiritalem ejus delectationem atque dilectionem. *Cùm eſt adhuc aliquid carnalis concupiſcentia*, inquit Aug. *quod vel continendo franetur: non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro ſine anima concupiſcit, quamvis caro concupiſcere dicatur, quia carnaliter anima concupiſcit.* August. de Trinit. lib. 11. cap. 12. Pſal. 35. ibi Aug. & ſer. 49. in Nov. Coloſ. 3. Galat. 5. De perfect iuſt. ratioc. cap. 17.

Videtis qualem juſtitiam à nobis requirat Deus; non ſolùm vult, ut caro cohibeatur ab omni impuro actu, ſed & mens intus ab omni impura cogitatione & deſiderio: nō ſolùm, ut manus cohibeatur ab omni homicidio, ſed & animus ab omni odio, &c. Unde Apoſt. *mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & ſpiritus.* Et Jacob. *Emundate manus, peccatores, purificate corda, duplices animo.* Et orabat S. Cæcilia: *Fiat, Domine, cor meum & corpus meum immaculatū, ut non confundar.* Nemo quidem à lege humana punitur, quia voluit furari, mœchari, occidere, &c. quia iſta occulta ſunt, de quibus nec Eccleſia judicat, niſi indicio aliquo prodantur, ut patet in incendia minitantibus. Et apud Valer. Max. dicitur 2. Cor. 7. Iac. 4. Lib. 6. c. 1.

dicitur de quodam, qui matronæ pecuniam libidinis cauſa promiſerat, & ob hoc ſolùm damnatus eſt: item de aliis damnatis ob ſolam ſollicitationem; etſi tunc aliquo modo manifeſta ſint.

At divina Lex etiam punit, & iudicat de intimis cordis cogitationibus & deſideriis, etſi non prodantur, quia *omnia nuda & aperta ſunt oculis Dei. Ego Deus,* inquit, *ſcrutans corda & probans renes. Ego opera eorum & cogitationes eorum venio ut congregem.* Ideoque in confeſſione etiam aperienda ſunt & ſananda peccata cordis, ut docet Cypr. qui commendat eos, qui *quamvis nullo facinore conſtricti, quia tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsũ apud ſacerdotes Dei dolenter & ſimpliciter confitentes, pondus animi exponunt, ſcientes Deum etiam conſiderare ſecreta cordium, & non ſolùm de factis & verbis, ſed & de cogitationibus eum judicaturũ. De corde exeunt cogitationes malæ, & ea coinquinant hominem.* De corde exeunt, id eſt, de voluntate, quando voluntas eis non repugnat. Sicut nec ignorantia excuſat, ut ait D. Th. niſi quando facit involuntarium. *Et mulierem ignoro, & virgo non ſum,* dicebat S. Baſ. quam *rigidam ſententiam Baſilii vocat Caſſianus,* & eam explicans idem Baſil. *Flagitium quidem vitavi fornicationis,* inq. *at munditia virginalis florem, arcana cordis cogitatione fœdavi.* Perit enim ſæpenumero mẽte virginitas, cũ in carne perſeveret incolumis.

Heb. 4.
Hiere. 17.
Iſai. 66.
Tract. de Lapſ.
Matth. 15.
In ep. ad Fauſtin.
Lib. 6. ca. 19
In ep. ad Chilonem.

Quantũ *autem ad nos attinet,* ait D. Aug. *ſine peccato ſemper eſſemus, donec ſanaretur malum concupiſcentia, ſi ei nunquam conſentiremus ad malum. Sed quibus ab illo rebellante, etſi non lethaliter, ſed venialiter, tamen vincimur: in his contrahimus, unde quotidie dicamus, Dimitte nobis debita noſtra. Sicut conju-*

Lib. 2. ca. 10 cont. Iulian

ges

gẽs quandò modum generationi neceſſarium, cauſa ſolius voluptatis excedunt: ſicut continentes, quando in talibus cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decernentes flagitium; ſed intentionem mentis, non ſicut oportet, ne illò incidat, inde avertẽtes, aut ſi inciderit, inde rapiẽtes. Concupiſcẽtia, ait Jac. *cùm conceperit, parit peccatum. Profectò in his verbis partus à pariente diſcernitur*, ait Aug. *Pariens enim eſt concupiſcentia; partus peccatum. Sed concupiſcentia non parit, niſi conceperit; non concipit, niſi illexerit, hoc eſt, ad malum perpetrandum obtinuerit volentis conſenſum.* Aſſenſus autem damnabilis eſt, non ſolùm in opus, ſed etiam in ipſam delectationem. Unde idem Aug. *Totus homo damnabitur; niſi hoc peccatum cogitationis ſolius; quod ſine voluntate operandi; ſed cum voluntate talibus oblectandi admittitur, per gratiam mediatoris remittatur.* Iac. 1. Lib. 6. cont. Iul. cap. 5. De Trinit. lib. 12. cap. 12.

Meritò ergo vult D. Hier. cautionem cogitationum eſſe diligentiſſimam; ſecutus Sapientem, qui dicit; *Omni cuſtodia ſerva cor tuum, &c.* Et D. Bern. triplicem nobis tradit vigiliam. Primò, *vigilandum eſſe* docet, *ſuper opera noſtra, ne vel omittamus quod præceptum, vel committamus quod prohibitum eſt. Secundò, ſuper verba noſtra, ne in eis vel offendere Deum, vel proximum nocere contingat. Tertiò, ſuper cor, cui ſanè omnem exhibere cuſtodiam, monet Sapiens, nimirum quia ex ipſo procedit vita: ut videlicet diligenter intendamus ſuper cogitationum & affectionum greges. Capilli enim hominis magis numerabiles ſunt, quàm affectus ejus, & motus cordis ejus*, ait Aug. in Conf. *Et benè*, inquit Bern. *datur huic omnis cuſtodia, à quo cæteras duas procedere conſtat.* In epiſt. ad Demetr. Prov. 4. Ser. de tripl cuſtod. Prov. 4. Lib. 4. c. 14.

De qua re pulchrè Auguſt. *Non poteſt*, ait, *fieri, ut* In Pſ. 148.

Digitized by Google

habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes. Facta enim de cogitatione procedunt: nec quiſquam poteſt facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra movere, niſi primò praceſſerit juſſio cogitationis. Quomodo de interiori palatio, quicquid juſſerit Imperator, per imperium Romanorum emanat: quicquid videtis agi per provincias, quantus motus ſit ad unam juſſionem Imperatoris intus ſedentis? Sic eſt in unoquoque noſtrum Imperator intus, intus in corde ſedet. Si bonus, bona jubet, & bona fiunt. Si malus, mala jubet, & mala fiunt. Cùm ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt jubere, niſi bona: cùm poſſidet Diabolus, quid poteſt iubere, niſi mala? In tuo autem arbitrio te Deus eſſe voluit, cui pares locum, Deo, an Diabolo. Cùm paraveris, qui poſſidebit, ipſe imperabit. Hæc S. Aug. Qui etiam in lib. de Trinitate, ita Deum pro purgatione cordis precatur: *Libera me Deus à multiloquio, quod patior intus in anima mea, miſera in conſpectu tuo, & confugiente ad miſericordiam tuam. Non enim cogitationibus taceo, etiam tacens vocibus. Et ſi quidem non cogitarem, niſi quod placeret tibi; non utique rogarem, ut me ab hoc multiloquio liberares. Sed multæ ſunt cogitationes meæ tales, quales noſti cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Dona mihi non eis conſentire, & ſi quando me delectant, eas nihilominus improbare, nec in eis velut dormitando immorari, nec in tantum valeant apud me, ut aliquid in opera mea procedat ex illis; ſed ab eis mea ſaltem tuta ſit ſententia, tuta conſcientia, te tuente.* Sic Aug. Quæ oratio ab omnibus etiam Chriſtianis frequentanda.

Lib. 15. de Trinit. cap. ult.

Pſal. 93.

MONI

MONITUM XXXIII.

Omnis qui petit, accipit.

Matth. 7.

INquirenda eſt veritas hujus promiſſionis, cùm tam multa petant homines à Deo, & tamen non obtinent. In primis juxta præceptum Apoſtoli oramus pro omnibus hominibus, bonis & malis. Quod implens D. Baſilius, ita in oratione ſacri altaris precatur, quam, ut refert Petrus Diaconus, univerſus quondam frequentabat Oriens: *Dona, Domine, virtutem ac tutamentum. Malos, quæſumus, bonos facito, bonos in bonitate conſerva.* Tamen multi mali in ſua malitia pertinaces ſunt, in eaque moriuntur: & multi boni à bonitate deficiunt, & pereunt. Deinde, quot pauperes liberari petunt à ſua paupertate? quot infirmi à ſua invaletudine? quot miſeri, à ſuis miſeriis, quibus obnoxii ſunt? tamen non exaudiuntur.

1. Timot. 2.

Lib. de Incar. & grat. cap. 8.

Quomodo ergo promiſſum ſervat Dominus? In primis in hac & ſimili promiſſione, ea beneficia invocantibus promittuntur, quæ ad eos peculiariter, qui petunt, pertinent. Unde alibi Chriſtus Dominus: *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Exaudiuntur quippe ſancti pro ſe,* ait Aug. *non pro aliis omnibus, ſive amicis, ſive inimicis: non enim ſimpliciter dicitur, Dabit; ſed, Dabit vobis. Multos enim præterit gratia ſalvantis,* inq. Proſp. *pro quibus oratio Eccleſiæ non recipitur, quod ad occulta Dei iudicia*

Ioan. 16.

Tract. 102 in Ioan.

Lib. 1. de vocat. gent. cap. 13. *referendum docet*. Imò nec pro ſe exaudiuntur, *Si non petant in nomine Salvatoris, id eſt, ſi petant contra rationem ſalutis*. Sic non fuit exauditus Paulus, quando petebat liberari ab angelo Sathanæ, ſtimulo carnis, id eſt, ut Aug. *dolore quodam corporis,*
In Pſ. 130. *qui à Sathana, Deo permittente, immitti ſolet; quia*
In Pſ. 85. *æger rogavit medicum, ut à ſe auferret medicamentum*. Æger multa interdum petit à medico, non dat medicus, non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſanitatem. *Deus*, inquit idem Aug. *cùm aliquid*
Sent. 252. *malè poſcitur, dando iraſcitur, non dando miſeretur*. Ut ergo rectè intelligatur hæc promiſſio, audiamus eundem Auguſtinum ita loquentem: *Admonemur*
De nat. & grat. ca. 17. *à Deo petere Sapientiam* (qua ſcilicet, quid ipſe fieri velit, intelligamus,) *qui dat omnibus affluenter; utique his omnibus, qui ſic petunt, & tantùm petunt, quantùm res tanta petenda eſt*. Debet enim homo accedere per orationem ad thronum gratiæ Dei cum debita præparatione. De qua Sapiens:
Eccl. 18. *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum*. Alioqui petere quidẽ à Deo utilia & neceſſaria, & negligere ea, quæ requirit Deus, ut exaudiat orantes, eſt quaſi eũ tentare.

Primò ergo oranti neceſſaria eſt cordis converſio. Non enim eſt promiſſa exauditio iis, qui in ſceleribus ſuis permanent, teſte Sapiente: *Qui obturat*
Prov. 28. *aurem ſuam, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Vis Deum te audire in tuis orationibus*, ait Greg. *cùm tu non audias eum in ſuis præceptis?* Unde &
Lib. 3. Dial. cap. 15. Proph. David, *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet Dominus*. Hoc vidit cæcus in Evangelio;
Pſal. 65. *Scimus quia Deus peccatores non audit*. Sic & Eſaias:
Eſai. 1. *Cùm multiplicaveritis orationem veſtram, non exaudiam*.

Digitized by Google

diam, manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Et Hierem. *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam provocavimus, idcirco tu inexorabilis es.* Threnor.3.

Deinde, nec ille à Domino exauditur, qui proximo in ſe peccanti dimittere non vult. Hinc D. Aug. *Tu Domine, me primitùs ſanas à libidine vindicandi me, ut propitius fias etiam cæteris iniquitatibus meis, & ſanes omnes languores meos.* Neceſſaria eſt ergo dimiſſio peccati proximi, ut exaudiamur. Hinc mandat Dominus: *Cùm ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis adverſus aliquẽ,* id eſt, nullo odio, vel amaro affectu eũ proſequamini, ſed parati eſtote cedere vindictæ, ſi veniam petat. Subditur, *Ut & pater, qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra. Quod ſi nõ dimiſeritis, nec pater dimittet. Ad tam magnum tonitruum,* inq. Aug, *qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt.* Sic & Sapiens: *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius ſervans ſervabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi ſolventur peccata tua. Homo homini reſervat iram, & à Domino quærit medelam? In hominem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur?* Hinc Aug. dicit eſſe *tentationem horrendam & periculoſiſſimam,* circa proximum iræ atque vindictæ. *Unde enim accepturus fueras veniam pro cæteris delictis, hoc perdis. Si quid aliis ſenſibus, aliis cupiditatibus peccaveras, hinc ſanandum erat, quia dicturus eras, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: illo perdito, cuncta tenentur, omninò nihil dimittitur.*

Lib.10. Conf.ca.36

Marc.11.

Ench.74.

Eccleſ.28.

Ser.1.de Orat. Dominica.

Tertiò, neceſſaria eſt in oratione perſeverantia, ut certò ſemper exaudiat Dominus invocantes ſe; quemadmodum docetur parabola perſeve-

Luc.11. Luc.18. Matth.15. Matth.16. Luc.6.

Digitized by Google

rantis pulſare oſtium amici in lecto quieſcentis,& viduæ iniquum judicem moleſtantis, exemploque ipſius Chananeæ & Chriſti, qui ſæpè in oratione pernoctavit, atque unam eandemque orationem frequenter iteravit. Proxima diffidentiæ eſt illa negligentia, qua dum ſemel, aut iterum petentes, non accipimus, ſtatim deſides ſumus, & ab oratione ceſſamus. *Quædam non negantur, ſed ut congruo tempore dentur, differuntur. Et cùm aliquid aliquando tardiùs dat Deus, commendat ſua dona, non negat: Deſiderata diu, dulciùs obtinentur, ſolicitiùs conſervantur. Citò data vileſcunt.*

Tract.101. in Ioan.

Ser.1. de verb.Dom.

Abac.1. Mora igitur Domini patienter ferenda eſt. *Si moram fecerit* (ait Propheta) *expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.* Non poſſumus Deo præfigere tempus aut modum, quo ſit auxiliaturus, quoniam rationem curandi non accipit medicus ab infirmo. Sic Iudith vidua ad ſuos: *Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei?* Rectè autem hæc perſeverantia intelligenda eſt, non quaſi verba orationis ſemper in ore habenda ſint, ſed *quia in iſta fide, ſpe, & charitate continuare deſiderium ſemper oportet*, inq. Aug. *Et per certa horarum ac temporum intervalla etiam verbis Deum rogamus, ut illis rerum ſignis noſipſos admoneamus, quantumque in hoc deſiderio profecerimus, nobiſipſis innoteſcamus, & noſipſos ad hoc agendum acriùs excitemus. Dignior enim ſequetur effectus, quem ferventior præcedit affectus.*

Iudith 8.

Epiſt.121. cap.9.

Matth.26. Luc.18. Quartò debet eſſe in orante magna humilitas, quam & ipſe Chriſtus procidens in faciem ante patrem, & publicànus non audens oculos ad cœlũ levare, oſtendunt. Talis erat oratio Eſdræ, qui ait: *Sciſſo*

1.Eſd. 9. 2.Eſd.1 & 9.

Sciſſo pallio & tunica, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum, & dixi, Deus meus, confundor, & erubeſco levare faciem meam ad te. Item Danielis: *Tibi Domine juſtitia, nobis autem confuſio faciei, & patribus noſtris qui peccaverunt.* Sic & Iudith: *Superbi ab initio non placuerunt tibi: ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.* Et Chriſtus in Evang. *Qui ſe exaltat, humiliabitur: qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et Petrus: *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Denatant enim aquæ de tumoribus collis, confluunt ad humilitatem convallis,* inquit Auguſt.

Dan. 9.
Iudith 9.
Luc. 14 & 18.
1. Pet. 5.
De verb. Dom. ſer. 27.

Denique hæc omnia, ſimiliaque neceſſaria, aliquid velut fundamentum debet præcedere, ut homo per orationem ſuam aliquid ſibi à Domino impetret: Ut, videlicet, ſi hæc requiſita habuerit, firmiter credat ſe impetraturum quod petit. Ab hac enim fide contingit quoſdam deficere, cogitando vel turpitudinem, & magnitudinem peccatorum ſuorum, Deique juſtitiam & ſeveritatem: ac idcirco hæſitando, ne etiam omnibus illis adhibitis, ob ſcelera ſua nihilominus damnentur: Vel magnitudinem & excellentiam, quam Deus paravit hominibus miſeris, ideoque ſimiliter hæſitando, ne fortè vana ſint magnifica illa promiſſa, ſimilia dictis hominum, qui ſæpe fallunt, aut nolunt, vel non poſſunt præſtare quæ promiſerunt. *Qui enim ſic in fide hæſitat,* orare quidem voce poteſt, *ſed oratione nihil impetrabit,* ut ait Iac. Iac. 1.

Quandocunque igitur homo non exauditur in oratione, ſignum eſt aliquod requiſitum deeſſe. Sic D. Baſil. *Si non exaudimur,* inquit, *intelligendum eſt opus eſſe, aut perſeverantia & majore intentione, aut* Inter. 26.

emendatione & diligentia: obeſt indignitas rogantis, malitia ejus pro quo rogatur, aut quia tempore alieno, & contra utilitatem petitur, &c. Et meritò timet homo ſæpè, ne peccatis occultis ſubjaceat, & non in precibus perſeveret; meritò formidat, ne competens ſibi deſit humilitas. *Conveniat unuſquiſque cor ſuum* (ait Hieron.) *& in omni vita inveniet, quàm rarum ſit perfectè fidelem animam reperiri; ut nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob rumuſculos hominum faciat. Difficile eſt Deo tantùm judice eſſe contentum.* Inſidiatur ſuperbia bonis operibus.

Cont. Lucifer.

Ex his conſtat, Dominum non tantùm æſtimare orationis pretium ex fide (ut mentitur Calvinus) ſed etiam ex perſonæ dignitate, ſeu ob hominum bona opera. Unde & Dominus in Evang. *Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Et D. Joannes in epiſt. *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.* Quod & indicant verba Pſalmiſtæ: *Aures Domini in preces juſtorum.* Et, *Deprecationem timentium ſe exaudiet.* Et illud Jacobi, *Multum valet deprecatio juſti aſſidua.* Hoc ſciens pius Rex Ezechias, orationem, videlicet noſtram ſublevari, ut exaudiatur, ab operibus bonis: allegat inter orandum anteactæ vitæ ſuæ merita. Et orationem Iſaiæ Prophetæ petivit, qui cæteris juſtior habebatur.

Joan. 15. 1. Ioan. 3. Pſal. 33. Pſal. 143. Iac. 5. Iſai. 38. 4. Reg. 19.

Non dubium eſt, quin ob ea exaudiatur oratio hominis, ob quæ certò ſcitur Deum parcere homini: parcit autem ei ob opera bona. Ideo dictum eſt Joſaphat: *Impio* (Achab) *præbes auxilium, & his* qui

2. Par. 9.

qui oderunt Dominum, amicitia jungeris: ideoque irã Domini merebaris, ſed bona opera inventa ſunt in te. Deinde de tribu Juda ſcriptum eſt, idcirco non *totam fuiſſe deletam, quia in ea inventa ſunt opera bona.* Eſt etiam in Prato Spirit. de quadam vidua, cujus filiam Zeno Imp. violaverat: oravit D. virginẽ, *ut ſe de illo vindicaret. Cui virgo apparens: Manus,* inq. *ejus prohibet me; erat enim liberalis in pauperes.*

2. Par. 12.

Capit. 175.

Unde rectè D. Ambr. *Perfecti precatores in delictis maximis ſunt requirendi; nam ſi quicunque de populo orent, non exaudiuntur: populo ſatis eſt, ſi pro levioribus delictis Deum precetur: graviorum venia, juſtorum orationibus reſervanda.* Et alibi: *Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Eccleſiam, quæ pro te precetur, cuius contemplatione, quod tibi Dominus negare poſſit, ignoſcat.* Magna autem eſt Dei dignatio, quod in precibus quaſi æqualis amici conſortium nobiſcum inire dignatur: tantique eas æſtimat, ſuppliciter ad eum effuſas, ut dicat ſeſe per eas quodammodo impediri, ne faciat, quod facere voluerat. *Sine,* ait Moyſi, *ut iraſcatur furor meus. Dei potentiam ſervi preces impediebant,* ait Hieron. Sic & Dominus, minatus ruinam Templi & populi, dicit Hieremiæ; *Ne obſiſtas mihi, oſtendens, quod ſanctorum preces, iræ Dei poſſint reſiſtere,* ait idem Hieron. *Magna ergo fiducia accedemus per orationem ad thronum gratiæ Dei, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.*

Lib. 1. de pœnit. c. 9.

In cap. 5. Luc.

Exod. 32. Aug. 144. & 149. quæſt. ad Gaud. Hierem 7. & ibi Hieron. Heb. 4.

MONI

MONITUM XXXIV.

Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.

1. Cor. 11.

ADventus Domini ad judicium, pro conſolatione Sanctis in ſcripturis proponitur, cúmque mandavit Dominus quotidie in oratione petere, *adveniat regnum tuum*, quod non adveniet, niſi veniente Domino ad judicandum vivos & mortuos. Hinc dicit, *In regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ*. Et, *Levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra*. Et, *Tunc iuſti fulgebunt, ſicut Sol in regno patris eorum*. Et Apoſtolus: *Cùm Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria*. Hinc illud tempus deſiderant & expectant. *Erit expectatio gẽtium*, dicebat Jacob. Et Eſaias: *In eum gentes ſperabunt*, non de adventu primo, de quo nihil ſciebant gentes, ſed ſecundo ad judicium, loquentes. Et Apoſtolus: *Salvatorem expectamus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ*. Et, *Expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei*. Et, *Reddet mihi Dominus, iuſtus iudex coronam iuſtitiæ, non ſolùm mihi, ſed iis qui diligunt adventum eius*.

Matth. 6. Matth. 19. Matth. 13. Coloſſ. 3. Gen. 49. Iſai. 11. Philip. 3. Tit. 2. 2. Tim. 4.

Sed quomodo audent deſiderare illud tempus, quod in ſcripturis tam terribile deſcribitur? *Quid faciam*, inquit Job, *cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus*

Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo illi? Et Abacuc: *Audivi & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea.* Unde & D. Hier. *Quoties diem illum conſidero, toto corpore contremiſco.* Et rationem reddens, cur Ezechias pius Rex, audiens ex ore Prophetæ, Morieris & non vives, fletu magno fleverit: ait, *Quamvis enim ſancti viri, etiam morte terrentur, propter incertum iudicij, & ignorationem ſententiæ Dei, quam ſedem ſint habituri.* Unde ergo illis iſta audacia, quòd petant adventum Domini, & judicium ejus non timeant? Dicit Hieron. *Grandis audaciæ eſt, & puræ conſcientiæ regnum Dei poſtulare, & iudicium non timere.*

Iob 31. Abac. 3. In cap. 38. Iſai. In cap. 6. Matth.

Dant ergo operam puræ conſcientiæ, & ſi quis ineſt ſcrupulus, præveniunt faciem Domini in confeſſione: & ex bonis operibus charitatis, quæ Dei gratia hîc faciunt, quibus Iudici ac Redemptori ſuo ſimiles eſſe conãtur, comparant ſibi fiduciam in die judicii, quod non confundentur. *Fiduciam*, inquit Ioannes, *habemus in die iudicii, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo:* & propter hanc fiduciam audent exſpectare, imò deſiderare judicium Domini, quod mala conſcientia vel imperfecta adhuc cupit differri. Qui ergo nondum habet fiduciam in die judicii, & timet adventum judicis, monetur quantum ſibi adhuc deſit, & ut contra ſe pugnet, & luctando agat cum animo ſuo, ut deſideret illum diem; ſimul petendo, ut Deo placens illo die inveniri poſſit. *Aliter timet adultera virum ſuum, aliter caſta: adultera, ne veniat: caſta, ne tardet, ſi abſens ſit: ne deſerat, ſi ſit præſens. Abſens eſt ſponſus noſter*, ait Aug. *interroga conſcientiam tuam. Vis ut veniat, an vis ut adhuc tardet? Qui dicunt Veniat,*

Auguſt. in Tract. de ovibus, c. 6. 1. Ioan. 4. Vide in Pſ. 118. Conc. 12. & in Pſal. 127.

niat, multum amant ; & ſi dicatur illis, tardabit, timent ne tardet, quia amor caſtus eſt.

Thom. in Catena. *Mandavit Dominus in oratione*, inq. Cyrill. *petere illud tempus revera terribile, ut ſciant, quod vivere decet illos non remiſsè & lentè, ut illud tempus non paret eis flammam, & vindictam, ſed magis honeſtè & ſecundùm voluntatem ipſius, ut eis tempus illud nectat coronas.* Rogat Propheta, *cur timebo in die mala?* loquitur de die judicii, quæ bonis bona, quibus laborem finit; malis mala, quibus laborem auget. Et reſpondet, *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Si illa timoris eſt cauſa, ergo inquit Aug. *ut tunc non timeas, ſed ſecurus ſis, tolle iniquitatem à calcaneo tuo*, purga affectus, purga mores, fuge vitia, ſectare virtutes. *Noviſſimus dies*, ait idem, *terribiliter venturus auditur eis, qui ſecuri eſſe benè vivendo nolunt, & malè vivere diu volunt.*

Pſal. 48. & ibi Auguſt.

In Pſal. 36. Conc. 1.

Dicit Propheta David in alio Pſalmo, *Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit?* id eſt, quis auſus erit exſpectare judicium tuum. Sed *apud te propitiatio eſt, & propter legem tuam ſuſtinui te Domine:* non deſperavi, ſed auſus fui judicium tuum exſpectare. Illa lex eſt, *Dimitte, & dimittetur vobis.* Illa lex eſt, *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Benè enim ſuſtinet promiſſiones Dei, qui ejus mandatum exſequitur: nec fruſtra ſperat parcendum peccatis ſuis, qui ignoſcit alienis. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam,* inquit Jacob. *Vbi manifeſtatur*, ait Auguſt. *in his in quibus inveniuntur bona opera miſericordiæ, judicium cum miſericordia fieri, ac per hoc etiam ipſam miſericordiam meritis bonorum operum reddi.*

Pſal. 129. Ibi Auguſt.

Luc. 6. Matth. 5. Proſp. Sent. 38. & in Pſal. 129

Jac. 2. De correp. & grat. c. 13

Deinde

Deinde autem exſpectare & deſiderare adventum Domini, quia ſemetipſos hic judicant, & ſic terribile illud Dei judicium evadunt. *Si enim noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur*, ait Paulus. *Peccata*, inquit D. Proſp. *ſive parva, ſive magna, impunita eſſe non poſſunt: quia aut homine pœnitente, aut Deo judicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta divina, ſi converſio præcedat humana. Amat enim Deus pœnitentibus parcere, & eos qui ſemetipſos judicant, non judicare.* Et D. Aug. in Pſal. Miſerere, ubi David à Domino quærit miſericordiam: *Nonne juſtus eſt Deus? Si juſtus eſt, ergo puniet peccatum. Quid ergo quæris miſericordiam? Vis ut peccatum remaneat impunitum? fieri non poteſt. Reſpondeat David, & lapſi cum eo, ut mereantur miſericordiam, ſicut David, & dicant: Nolo Domine, non erit impunitum peccatum meum, non erit impunitum. Novi juſtitiam ejus, cuius quæro miſericordiam. Sed ideo nolo, ut tu me punias, quia ego peccatum meum punio: ideo peto ut ignoſcas, quia ego agnoſco.* 1. Cor. 11. Sent. 10. In Pſal. 50. verſu, Quoniam inquit.

D. Bern. tractans illud Apoſtoli: *Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. Bonum*, inquit, *judicium, quod me illi diſtricto divinoque iudicio ſubducit & abſcondit. Prorſus horreo incidere in manus Dei viventis: Volo vultui iræ iudicatus præſentari, non judicandus. Iudicabo proinde mala mea, judicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire jejuniis, cæteriſque ſanctæ diſciplinæ laboribus. In bonis de me humiliter ſentiam, & iuxta præceptum Domini, ſervum me inutilem reputabo, qui quod facere debui, tantũ feci. Dabo operã, nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ergo vias meas, & ſtudia mea, quò is, qui* Ber. ſer. 55. in Cant. Heb. 10. Luc. 17. Sophon. 1.

ſcrutatu

ſcrutaturus eſt Hieruſalem in lucernis,nihil inſcrutatum in me,ſive indiſcuſſum inveniat. Neque enim judicaturus eſt bis in idipſum. Cujus ſententiæ vulgatior interpretatio eſt: Quos ſemel plenè afflictione quapiam,vel ab ipſo illata,vel à pœnitente ultrò ſuſcepta,à priorum peccatorum debitis expurgarit,non iterum propter eadem peccata puniendos eſſe.Ita S.Cyprian.

Naum 1. juxta 70.

De paſſione Chriſti.

Quibus in verbis primò oſtendit S.Bern. quomodo judicanda ſint mala noſtra,ea videlicet melioribus actibus corrigendo; ebrietatem,ſobrietate; impudicitiam,caſtitate; injuſtitiam,miſericordia.Et ſic in cæteris.Unde dicit Apoſtolus: *Qui furabatur,jam non furetur,magis autem laboret operando manibus ſuis,quod bonũ eſt,ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.* Et, *Omnis ſermo malus non procedat ex ore veſtro,ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et quia non ſufficit mores mutare in melius,& à factis malis recedere,niſi etiã de his,quæ facta ſunt,ſatisfiat Deo*,ut ait S.Aug. ideo addit Bern. *diluere lachrymis, punire jejuniis, &c. Nam ſi à peccando deſiſtere, hoc eſſet non habere peccatum; ſufficeret ut nos hoc moneret ſcriptura: Fili, peccaſti? non adjicias iterum. Non autem ſufficit, ſed addidit: & de præteritis deprecare Dominum,ut tibi dimittantur. Admonendi ſunt*,ait D.Greg. *qui admiſſa deſerunt,nec tamen plangunt,ne jam relaxatas æſtiment culpas,quas etſi agendo non multiplicant, nullis tamen fletibus mundant. Neque enim ſcriptor,ſi à ſcriptione ceſſaverit,quia alia non addidit,etiam illa, quæ ſcripſerat,delevit. Nec debitor abſolutus eſt, qui alia non multiplicat,niſi & ea quæ ligaverat,ſolvat. Ita & cum delinquimus,Deo nequaquam ſatisfacimus, ſi ab iniquitate*

Epheſ.4.

Ibidem.

Lib. 50. hom. 50. cap. 15.

Aug. li. 2 de nupt. c. 26.

Eccleſ. 21.

In paſt. part. 3. admon. 31.

iniquitate ceſſamus, niſi voluptates quoque quas dileximus, è contrario appoſitis lamentis inſequamur.

Deinde D.Bern.oſtendit, quomodo bona judicanda ſint, videlicet humiliter in iis de nobis ſentiendo,& ſervos inutiles nos pronuntiando.Inutiles enim ſumus ex nobis; ſi autem utiles ſimus, vel nobis,vel aliis,ex Dei dono accepimus. *Omnes declinaverunt* (videlicet in primo homine,) *ſimul inutiles facti ſunt*,& ad benè agendum,& ad tentationibus reſiſtendum. Deinde potuiſſet Deus exigere à nobis omne obſequium, ratione creationis, ſine mercede retributionis: ergo quod bene operantibus dat mercedem,ex ejus eſt liberalitate, & gratuita promiſſione,ac ordinatione. Hoc beneficium agnoſcendum & confitendum. Ibidem. Pſalm.13. Aug.ſer.3. de verb. Dom.

Debet etiam timere homo, ne fortè bona ejus non ſint talia,qualia videntur, videlicet recta, utilia,Deo grata: hinc addit.*Dabo operam,&c.*Sicuti illis accidit, qui dicunt Domino in die judicii: *Nonne in nomine tuo Prophetavimus, dæmonia ejecimus,& virtutes multas fecimus! Et reſpondebit eis Iudex,Nunquam novi vos.Hoſtis noſtri malitia*, ait D. Greg.*tanta arte ſe palliat,ut plerumque ante decepta mentis oculos, culpas virtutes fingat: & inde quiſque quaſi expectet præmia,unde æterna dignus eſt invenire tormenta.Quod perfectum videtur hominibus, Dei perfectioni adhuc imperfectum eſt*,ait Aug.*Sic Sancti verſantur ante oculos Dei,tanquam ſine culpa, tanquã perfecti,tanquam Angeli;novit autem, quid illis deſit Deus: aliud judicat oculus imperitus,aliud artificis regula:*fit hoc in ædificiis,picturis,veſtibus,&c. quæ imperiti perfecta pronuntiant:at artifices vidẽt,quid illis deſit.D.Ambr.*Nemo*,inq.*ſibi arroget,* Matth.7. Lib. 32. Mor.ca.17 In Pſal.98

nemo

nemo de merito glorietur, ſed omnes ſperemus per Chriſtum miſericordia invenire: quoniam omnes ante tribunal eius ſtabimus: de illo veniam, de illo indulgentiam poſtulabo. Quæ enim ſpes alia peccatoribus? & qui ſe hic aurum putat, habet plumbum: & qui ſe putat granum tritici, habet paleam, qua poſſit exuri. Sed hic ſibi multi aurum videntur, non invideo illis, ſed etiam aurum examinabitur & uretur, ut poſſit probari.

Paulinus in vita.

Memoria retinendum & expendendum diligenter, quod in fine vitæ ſuæ dixit B. Ambr. Cùm enim rogaretur ab aſtantibus cum lachrymis, ut ſibi à Domino vitæ poſceret commeatum, dixit illis: *Non ſic vixi, ut me pudeat inter vos vivere: ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.* Quæ verba Auguſtinus ſenex, inq. Poſſidon. elimata ac librata admirabatur ac laudabat. Ideò enim eum dixiſſe intelligendum eſt, *nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus*, ne crederetur præfidens de ſuis purgatiſſimis moribus præſumpſiſſe: *non ſic vixi, ut me pudeat inter vos vivere*. Hoc enim dixerat ad illud quod homines de homine noſſe poſſent. *Nam ſciens examen æquitatis Divinæ, de bono Domino ſe magis dicebat, quàm de meritis ſuis confidere.*

In vita Aug. ca. 27.

MONITUM XXXV.

Quid ad te? tu me ſequere:

Ioan. ultimo.

DIvus Petrus, cùm de ſe quid ſtatuiſſet Dominus, intellexiſſet: curiosè de Ioanne interrogat,

terrogat, *Hic autem quid?* Et Dominus ejus reprehendens curioſitatem, reſpondit: *Quid ad te? tu me ſequere.* Quaſi diceret: audiviſti jam quæ ad te pertinent, quid aliena quæris? inq. D. Cyrill. Graviter moneri & corripi vult Apoſtolus, *ambulantes inquietè, nihil operantes, & curioſè agentes, ut cum ſilentio operentur; & quieti ſint, ac ſuum negotium agant. Curioſum enim eſt genus humanum,* ait S. Aug. *ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam.* Et conqueritur Poëta, In hūc locū Ioan. 1. Theſſ. 4. 2. Theſſ. 3. Lib. 10. conf. cap. 3.

Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo;
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. Perſius Sat. 4.

Itáne comparatam eſſe, ait alius, *hominum naturam omnium, aliena meliùs ut videant & judicent, quàm ſua?* De S. Benedicto ait D. Greg. quod *ſtudebat habitare ſecum, quia in ſua ſemper cuſtodia circumſpectus, ante oculos conditoris, ſe ſemper aſpiciens, ſe ſēper examinans, extra ſe mentis ſuæ oculum non evulgavit.* Terent. in Heaut. act. 3. Scen. 1. Lib. 2. Dialog. cap. 3.

E cœlo deſcendit, γνῶτι σεαυτὸν,
Figendum, & memori tractandum pectore. Iuven. Sat. 11.

Redite prævaricatores ad cor, clamat Propheta. Et Sapiens: *Qui timet Dominum; convertetur ad cor ſuum. Hoc ſolum eſt,* inq. Chryſ. *quod à nobis expoſcitur, ut ſemper recordemur mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, ut pro his ſupplicemus Deo. Ubi eram, quando te quærebam?* ait Aug. Domino, *& tu eras ante me, ego autem & à me diſceſſeram, nec me inveniebam, quantò minùs te?* Iſai. 46. Eccl. 21. De compunct. cord. Lib. 5. conf. cap. 2.

Scrutetur quiſque conſcientiam ſuam, inq. S. Leo, *ſeque ante ſe ſtatuat, proprii cēſura judicii. Videat ſi in ſecreto cordis ſui, illam quam Chriſtus dat, invenit pacem, ſi deſiderium ſpiritus nulla concupiſcentia carnis* Ser. 3. de Quadrag. Ioan. 14.

impugnet, ſi humilia non ſpernit, ſi alta non appetit, ſi iniquo non delectatur lucro, ſi immoderato rerum ſuarum non gaudet augmento, ſi denique aliena felicitate non uritur, aut ſi inimici miſeria non lætatur. Et cùm harum perturbationũ nihil in ſe fortè repererit, ſincero diſquirat examine, qualium cogitationum ſpecie frequentetur, & utrùm nullis vanitatum imaginibus acquieſcat, vel quàm citò animum ab iis, quæ noxiè blandiuntur, abducat. Ita Leo. Denique alius quidã Sap. *Internus,* inq. *homo ſui ipſius curam omnibus curis anteponit, & qui ſibi ipſi diligenter intendit, faciliter de aliis tacet. Nunquam eris internus & devotus, niſi de alienis ſilueris, & ad teipſum ſpecialiter reſpexeris. Si tibi & Deo totaliter intendis, modicũ te movebit, quod foris percipis. Ubi es, quando tibi ipſi præſens non es? & quando omnia percurriſti, quid te neglecto profeciſti?*

Tho.Kẽp. lib.2.c.5. de Imit.

Secundò verbis Chriſti docemur, non ſcrutari curiosè ſecreta Dei, quæ ipſe voluit eſſe abſcondita. *Quidam enim quadam curioſitate & arrogantia ducti, volunt ſecreta Dei ſcire, & alta eius intelligere, ſe & ſuam ſalutem negligentes. Hi ſæpè in magnas tentationes & peccata, Deo eis adverſante, labuntur, propter ſuam curioſitatem & ſuperbiam. Time iudicia Dei, expaveſce iram omnipotentis: noli autem opera altiſſimi diſcutere, ſed tuas iniquitates perſcrutare, in quãtis deliquiſti, & quàm multa bona neglexiſti. Sicut qui mel multum comedit,* ait Sap. *non eſt ei benè: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.* Monet D. Aug. obtemperandum eſſe Apoſtolo dicenti: *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Si enim,* inquit, *pro viribus ſuis alatur infans, fiet ut creſcendo plus capiat: ſi autem vires ſuæ capacitatis excedat, deficiet antequam creſcat.*

Idem lib.3 cap.5.

Prov.25. De Civit. lib.12.c.15. Rom.12.

Dominus

Dominus ergo ad Petrum, *Quid ad te? Cur*, ait D. Cyrill. *divinæ juſtitiæ ſecreta rimaris?* Quærenti, quid faciebat Deus, antequam faceret cœlum & terram? reſpondit alter: *alta ſcrutantibus, gehennas parabat:* jocularitereludens quæſtionis violentiã. De qua reſponſione ait Aug. *Irridetur, qui alta interrogavit: laudatur, qui falſa reſpondit.* Tamen curioſitas reprehenſa eſt, & oſtenſa punitione digna. Cùm Pompeio præter jus agenti fuiſſent omnia proſpera; cauſam Reipublicæ tuenti, nihil ſuccederet: dixit Cato, *In rebus divinis multum eſſe caliginis.* Cuidam ſancto viro, judicia Dei admiranti, eaque nimiùm ſcrutanti, dictum eſt: *De teipſo cogita, nec te rebus Dei immiſceas. Deus ſatis ſapiens eſt ad regendũ mundũ.* Salutaris eſt admonitio Sapientis: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Vis habere utilem occupationem? Addit Sapiens, *Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper.* Lib. 11. Cõfeſſ. cap. 12. Plutarch. in Caton. Eccl. 3.

Quum quidam inter metum & ſpem frequenter anxius fluctuaret, ait Thom. Kempenſ. & quadam vice mœrore confectus in Eccleſia ante quoddam altare ſe in oratione proſtraviſſet, hæc intra ſe revolvit, dicens: O ſi ſcirem, quod adhuc perſeveraturus eſſem! ſtatimque audivit intus divinũ reſponſum? *Quid, ſi hoc ſcires, facere velles? Fac nunc, quod tunc facere velles, & benè ſecurus eris.* Moxque confortatus, & conſolatus, divinæ commiſit voluntati, & ceſſavit anxia fluctuatio, noluitque curioſè inveſtigare, ut ſciret, quæ ſibi eſſet futura, ſed magis ſtuduit inquirere, quæ eſſet voluntas Dei beneplacens & perfecta ad omne opus bonum inchoandum & perficiendum. Denique benè notanda eſt ſententia D. Hilarij, in lib. de Trinitate: *Sicut eſt in* Lib. 1. c. ult. de Imit. Lib. 10. de Trinit.

Sole, quod videas, ſi hoc velis videre, quod poſſis; amittas autem quod potes videre, dum quod non potes, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas, ſi intelligere, quod potes, velis. Cæterùm ſi, ultra quàm potes, ſperes; id quoque quod potuiſti poſſe, non poteris.

In epiſt.ad Ruſtic. De Catech rudib.ca.25 Lib.2.de præſc.hæret. Tertiò, quando alii fortè deficiunt à fide, à pietate, nobis ſemper tenenda eſt recta fidei ac vitæ regula. *Quid ad te? tu me ſequere. Non conſideres,* ait D. Hier. *quid alii mali faciant, ſed quid tu boni facere debeas.* Et D. Aug. *Teneas te ad legem Dei, & non ſequaris prævaricatores ejus: non enim ſecundùm illorum ſenſum, ſed ſecundùm illius veritatem judicaberis. Multi,* inq. Tertull. *de quibuſdam perſonis ab hæreſi captis ædificantur in ruinam, quare illi vel illi fideliſſimi, prudentiſſimi, vetuſtiſſimi in Eccleſia in illam partem tranſierunt? Ex perſonis,* ait, *probamus fidem, an ex fide perſonas? In Eccleſia Dei,* inq. Vincent. Lirin. *tentatio eſt populi error magiſtri, & tantò major tentatio, quantò doctior eſt qui errat: ſed noverint Catholici, ſe cum Eccleſia doctores recipere, non cum doctoribus Eccleſiæ fidem deſerere debere.*

Contra Novatores.

Pſal.118. Dicit Pſalmiſta: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Quod dupliciter intelligi poteſt. Primò, ut lex eis non ſit ſcandalum. De aliis dicitur, *Fiat menſa eorum,* id eſt, ſcriptura ſacra, unde paſci debebant, *in laqueum ipſis, & in ſcandalum.* Sicut Judæis ſcandalum erat verbum Chriſti, *Niſi manducaveritis carnẽ filii hominis, &c.* Dicebant enim, *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt audire eum.* Ex quo etiam multi diſcipulorum ejus abierunt retrò. Sicut & illud verbum Domini; *Nõ quod intrat in os coinquinat hominem*, &c. Unde & diſcipuli ad eũ; *Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandali*

Aug.& Proſp.ibid. Pſal.68. Ioan.6. Matth.15.

Digitized by Google

ſcandalizati ſunt? Qui autem diligit legem Dei, etiam quod in ea non intelligit, honorat; & in profunditate quam non penetrat, magnum aliquid, ac myſticum latere non dubitat.

Secundò, *Diligentibus legem Dei, nullum eſt undecunque ſcandalum, quia eam non ex mutabilibus hominum moribus pendunt, ſcientes quod etiamſi bonæ profeſſionis homines propoſitum ſuum deſerant, legis tamen juſtitia perſeveret.* Sic & D. Joan. *Qui diligit fratrem, manet in lumine, & ſcandalum non eſt in eo.* 1. Ioan. 2.
Non ſcandaliſatur ex piis hominibus, quia pietati eorum congratulatur; non ex impiis, quia quos poteſt, corrigit potiùs, quàm imitatur; quos verò corrigere non poteſt, iis compatitur magis, quã indignatur. Non ergo ſic homines etiam ſanctæ profeſſionis attendit, ut fides ejus, vel pietas ex eorum moribus pendeat, ac aliquibus cadẽtibus, quos pro magnis habet, ipſe ſcandalo pereat; ſed ipſum Deũ ejuſque legem præcipuè diligit, & ſic eſt ei multa pax, nullumque ſcandalum. Præmonuit Dominus Matth. 24.
in Evang. de noviſſimis temporibus, quod *ſcandaliſabuntur multi, & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum:* & addit, *qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

Orandum tali tempore cum Davide, *Salvum me* Pſal. 11.
fac Deus, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Ut quando, videlicet, deficiũt homines magno numero ad errores & hæreſes, ad alia peccata & ſcelera, non illis unquã cõſentiamus, ſed ſemper in juſtitia & veritate firmi permaneamus. Inter laudes Iob ſcriptura numerat, Iob 1.
quod *bonus inter malos fuit. Neque enim valdè laudabile eſt, bonũ eſſe cum bonis, ſed bonũ eſſe cũ malis. Sicut*

enim gravioris culpæ eſt, inter bonos bonum nõ eſſe, ita immenſi eſt præconii, bonum & inter malos extitiſſe, inq. D. Greg. Sic & Loth commendatur, quod *aſpectu & auditu juſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam juſtam iniquis operibus cruciabant.*

Lib. 2. Mor. cap. 1.

2. Pet. 2.

Cantic. 2.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, ait ſponſus in Cant. Ubi D. Bern. *Nõ mediocris,* ait, *titulus perfectæ virtutis, inter pravos vivere bonum, & inter malignantes, innocentiæ retinere candorem.* D. Chryſ. tractans illud, *Noë invenit gratiam corã Domino: Vide,* inquit, *ſcripturæ diligentiam, quomodo ne ſyllabam quidem inutilem contineat. Nam poſtquam docuit gravitatem peccati hominum, & pœnæ magnitudinem malis inferendam, docet nos, quod etiam in tanta multitudine potuerit ſincera virtus ſervari. Eſt enim virtus etiã per ſeipſam admirabilis. Quod ſi verò quis illam in medio prohibentiũ colat, multò admirabiliorem ſe oſtendit. Et propterea quaſi admirando juſtũ, dicit, quod in medio illorum, qui indignationẽ Dei erant ſenſuri, Noë invenerit gratiam coram Domino.*

Ser. 48. in Cant.

Gen. 6.

Homil. 23. in Gen.

Eſt dictum Plat. *In ea gente, quæ plurimùm mala eſt, ſi quis bonus ſit, eum eſſe quàm optimum.* Et ſenex ille comicus de filio ſuo prædicat dicens, eo quòd æqualium ſuorum, improborum adoleſcentiũ, conſuetudine nihil fuiſſet corruptus, ſpectatæ jam eſſe virtutis, magnumque exemplum continentiæ. *Nam qui cum ingeniis,* ait, *conflictatur ejuſmodi, neque commovetur animus in ea re tamen, ſcias poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum.* De Tobia dicitur, quod *cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat, rex Iſrael, hic ſolus pergebat in Hieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deũ Iſraël.*

Terent. in Andria.

Tob. 1.

Joſephus ille laudatiſſimus, à Conſtantino Magno

Epiphan. hæreſ. 3 c.

Digitized by Google

gno Comes factus, ab Epiphanio variis nominibus commendatur, ſed maximè, quòd Scythopoli ſolus is Orthodoxus eſſet, omnes verò alii Ariani. D. Naz. ſibi & Baſ. Athen. Academiam, quæ quoad animum, plurimis oberat, nihil obfuiſſe tradit. *Et ſi quis, ait, fluvius per ſalſum mare, dulcis fluere dicitur: ſi quod in igne, quo omnia conſumuntur, animal ſaltitare, id nos inter omnes adoleſcentes, pravos ſcilicet, & corruptos, eramus,* Denique de Philippenſibus dicit Apoſt. quod *in medio nationis pravæ & perverſæ lucerent ſicut luminaria in mundo.* Et Aug. verſu illo, *Qui numerat multitudinem ſtellarum. Videat quiſque,* ait, *utrùm luceat in tenebris, utrùm in iniquitate ſeculi tenebroſa non ſeducatur; ſi hoc, jam ſtella eſt, quam numerat Deus. Sicut enim ſtellas cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium adhærentes firmamento ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana iniquitas.* Orat. 20. Philip. 2. Pſal. 146. Aug. in hũc Pſal. Proſp. Sent. 120.

MONITUM XXXVI.

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. Matth. 5.

PRæter cibum & potum corporalem, quem ore carnis manducant & bibunt boni & mali, habent utrique cibum & potum peculiarem, quem manducant & bibunt ore cordis. Cibus & potus ſpiritalis juſtorum eſt juſtitia; malorum verò iniquitas: ergo hi iniquitatem eſuriunt & ſitiunt, boni verò juſtitiam. Cibus verò & potus id dicitur, quo quis ſe conſolatur & oblectat. De impiis dicit Sapiens: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* De Epulone, qui *induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè,* dicit Aug. Vide Aug. in Pſal. 48. Conc. 2. Prov. 4.

August. in Pſal. 48. Conc. 2. Ser. 105. in Nov. *Quod temporaliter apud ſuperos manducaverat, hoc apud inferos in iſtis ſuppliciis in æternum malè digerebat. Dulce peccatum eſt*, ait idem: *per amaritudinē ergo tribulationis pernitioſa dulcedo digeri debet.*

Joan. 4. Cibus Chriſti erat, *facere voluntatem patris*, id eſt, convertere & ſaluare animas. *Manducare volebat Chriſtus*, inq. Aug. *quando poma quærebat in arbore, & ſi inveniret, manducaret. Bibere volebat Chriſtus, quando dixit Samaritanæ, Da mihi bibere. Dixit in cruce, Sitio. Quid eſurivit, quid ſitivit Chriſtus? niſi bona opera noſtra? In perſequentibus & crucifigentibus, quia nulla bona opera invenerat, jejunabat. Hinc conqueritur: Humiliabam in jejunio animam meam.* Et alibi: *Eſuriens Dominus venit ad ficulneam, non invenit, quod manducaret: folia ſola habebat, fructum non habebat. Sic ſunt qui verba habent, facta non habent; ille autem fidem noſtram, & facta bona eſurit: paſcamus illum bene vivendo, & paſcet nos in æternum vivere donando.* Sic in Cant. Sponſus *paſci* dicitur *inter lilia*, quia candore & odore virtutum delectatur, ut candor ad conſcientiam, odor ad famam pertineat; utriuſque enim rationem habere debet Chriſtianus, conſcientiæ propter ſe, famæ propter alios. *Cibus ejus*, inq. D. Bern. *patientia mea, cibus ejus ſalus mea. Sed cùm paſcitur, paſcit; gaudens de noſtro ſpirituali profectu, & nos ſuo gaudio ſpiritali reficiens.*

In Pſal. 34. Matth. 21. Ioan. 4. Joan. 19. Pſal. 34. In Pſal. 127 Matth. 21. Cant. 2. Serm. 71. in Cant.

Idem cibus membrorum, qui capitis, nempe facere voluntatē patris, id eſt, juſtitia, charitas, manſuetudo, patientia, &c. illum manducant, illum eſuriunt, illum appetunt, illo ſe oblectant. *Labores manuum tuarum, quia manducabis*, ait David. *Etiam ipſi labores noſtri*, inquit Aug. *non ſunt ſine gaudio, propter ſpem. Si ſpes tam dulcis, quantò res dulcior erit?*

Pſal. 127. & ibi Aug.

Sic

Sic dicuntur *manducare panem doloris : niſi manducaretur, non diceretur panis : & niſi haberet aliquam ſuavitatem panis iſte, nemo illum manducaret cum tanta ſuavitate. Plorat in gemitu qui orat : dulciores ſunt lachrymæ orantium, quàm gaudia theatrorum. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes.* Imò pati & affligi pro Chriſto, panis eſt ſanctorum. *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*, inquit David. Et, *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Et Divus Iacob : *Omne gaudium exiſtimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis.* Et de Hebræis ait Apoſtolus, quod *cum gaudio rapinam bonorum ſuorum ſuſcepiſſent. Non novit impius gaudium juſti*, inquit Auguſt. *Non eſt impiis gaudere, dicit Dominus : Gaudet iniquus in pompa, gaudet martyr in catena.*

Pſalm.41. Pſalm.22. Act.5. Iac.1. Heb.10. In Pſa.132. Iſai.48.57.

Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam, ait David, id eſt, non delectabar cibo eorum, qui ſuperbum oculum habent, & cor inſatiabile: ut eſt avarus, qui *non impletur pecunia* ; ſed creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit : luxurioſus, quia *libido ſemper famem ſui habet, & treſacta non ſatiat*. Etiam ſuperbus inſatiabilis, *ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Denique invidus, qui non ſaturatur alienis miſeriis. *Cum his*, inquit Propheta, *qui tali delectabantur veneno, non converſcebar, quia cibum iniquitatis ipſorum, quo inceſſabiliter replebantur, horrebam.*

Pſal.100. Aug. in hūc Pſalm. Eccleſ.5. Hieron. de filio prodigo. Pſal.73.

Sed delitiæ ſpirituales juſtorum, ait Aug. *eſt lectio, oratio, Pſalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, ſpes futuri ſeculi, cor ſurſum, & de his omnibus gratiarum actio : imò jejunia, vigiliæ, & totum* quo

De bono perſ. cap.21

quo acquiritur Deus. Sed quomodo eſurit & ſitit juſtitiam juſtus,quam habet? Quia cum voluptate poſſidet;& quia ſe videt adhuc in multis deficere,amplius deſiderat;atque illa eſt hujus vitæ conditio,eſurire & ſitire juſtitiam. *Avarus ſum,*ait D. Hier. *ad accipienda beneficia Dei; nec ille deficit in dando,nec ego ſatior in accipiendo.Quantò plus bibo, tantò plus ſitio.* Sed qua ratione quis ad hanc eſuriem & ſitim juſtitiæ perveniet?

In ep.ad Cteſiph.

1.Pet.2. Primò opus eſt ut guſtetur. Unde D.Petrus; *Sine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen,*inquit,*guſtaſtis,quoniam dulcis eſt Dominus.* Et David,*Guſtate & videte,quoniam ſuavis eſt Dominus.Homo neſciens quid ſit mel,* ait Aug. *niſi guſtaverit,quid dicat,neſcit: ideo magis ad experimentum te invitans Pſalmus,ait, Guſtate & videte.* Ipſe expertus, ait in confeſ. *Guſtavi, & eſurio, & ſitio: Fragraſti,& duxi ſpiritum,& anhelo tibi.* Malis autem juſtitia Dei dulcis non eſt,quia neſciunt eam, *non enim guſtaverunt eam,*inq.alibi. Gulæ ac ventri dediti nauſeant ad canticum ſobrietatis,luxurioſi non appetunt cibum caſtitatis, quia ejus ſuavitatem non guſtaverunt. Superbi neſciunt, quanta ſit requies in humilitate. *Non enim aliter invenitur requies animæ,niſi inquieto tumore digeſto,*ait Auguſt. Idem de ſe ante converſionem:*Eram,* inq.*ſine deſiderio alimentorum incorruptibilium,non quia plenus eis eram, ſed quo inanior,eo faſtidioſior. Felix mens, quæ hunc concupiſcit cibum,* ait D.Leo, *& ad talem æſtuat potum, quem utique non expeteret, ſi nihil de ejus ſuavitate guſtaſſet.*

Pſal.33. Ibi Augu. & in Pſ.51

Li.10.c.27.

De civit. li.21.c.24.

De S.Virginit.c.35. Conf.li.3. cap.3.

Ser.de omnib.Sanct.

Secundò, opus eſt,ut abſtineatur à vitiis & cupiditatibus,quæ impediunt,vel etiam auferunt ſaporem

Digitized by Google

porem ac deſideriũ juſtitiæ. *Sicut qui comedit uvas acerbas*, ait Aug. *obſtupeſcunt dentes ejus, & minùs idoneus fit ad manducandum panem: Sic qui iniquitate utitur, illa paſcitur in corde, non poteſt manducare juſtitiam. Sed ſicut temperando ab uvis acerbis redeunt dentes ad ſtabilitatem ſuam, & incumbunt pani: ſic temperando ab iniquitatibus, naſcitur facilitas manducandi juſtitiam.* Et alibi; *Cervus ſerpentes necat, & poſt ſerpentium interemptionem majore ſiti inardeſcit, ad fontes acriùs currit. Serpentes, vitia tua ſunt. Conſume ſerpentes iniquitatis, tunc ampliùs deſiderabis fontem veritatis. Leo*, inq. Chryſ. *non appetit gramen, nec bos carnem, quia neque hæc huius, neque illud illius cibus: nec vanus, & mundanus quærit res cœleſtes, vitioſiſque cupiditatibus contrarias.* Aug. in Pſ. 48. Conc. 2. In Pſal. 41. Hom. 31. in op. imperf.

Tertio orandum eſt cum Propheta: *Concupivi deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore:* bonum enim propoſitum, ſtudiumque virtutis, ac ejus deſiderium non niſi à Spiritu Sancto immittitur, & *voluntas bona non niſi à Domino præparatur*, ut Aug. *Sicut autem corpori noxium eſt, corpoream eſcã non poſſe percipere, ita animæ periculoſum eſt, ſpiritales delitias faſtidire.* De quo faſtidio Pſalmus, *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.* Sed quo remedio uſi adverſus illud faſtidium? *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos: Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitu eorum.* Sic & ipſe Proph. *Concupivi deſiderare juſtificationes tuas. Poſſunt*, inq. Aug. *juſtificationes Dei*, id eſt, *opera juſta infirmitate animæ non deſiderari, & ratione mentis videri. Videtur quippe, quàm ſint utiles atque ſalubres, & ideo poteſt* Pſal. 118. Contra duas Epiſt. Pelag. lib. 2. c. 9. & li. 4. c. 6. Proſp. Serm. 10. Pſal. 106. & ibi Aug. In Pſ. 118. Conc. 8.

teſt earum deſiderium concupiſci. Sapè enim quid agẽdum ſit videmus, nec agimus ; quia non delectat ut agamus, & concupiſcimus ut delectet. Prævolat intellectus, & tardè ſequitur, & aliquando non ſequitur humanus atque infirmus affectus. Ideo David concupiſcebat deſiderare, quæ bona eſſe cernebat, cupiens eorum habere delectationem, quorum videre potuit rationem.

MONITUM XXXVII.

Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris.

Ioan. 8.

VIta Chriſti omnibus tanquam ſpeculum atque exemplar propoſita eſt, quod ſemper intueri ac ſequi debemus : Unde ipſe ad Apoſtolos, *Venite poſt me ; Sequere me, &c.* Atque hæc etiam fuit cauſa adventus ejus, ut nobis virtutum exempla præberet, quæ imitari deberemus. *Chriſtus*, inquit D. Leo, *univerſis in ſe credentibus, & Sacramentum condidit, & exemplum, ut unum apprehenderent renaſcendo, alterum ſequerentur imitando.* Et Divus Gregor. *Ideo Chriſtus in carne apparuit, non ſolùm, ut paſſione ſua nos redimeret, ſed & converſatione ſua doceret.* Et Lactantius, *Idcirco mediator advenit, id eſt, Deus in carne, ut caro eum ſequi poſſet.* Et alibi, *Incorporatus eſt, & veſte carnis indutus, ut homini ad quem docendum venerat, virtutis exempla & incitamenta præberet.*

Matth. 4. Matth. 9. Matth. 19.

Ser. 16. de Paſſ.

In Paſtor. par. 1. c. 3.

De Sap. cap. 25. 26.

Docuit autem exemplo ſuo, virtutes exercere, domare

domare vitia, non vitiis, quibus ipſe laboraret reſiſtendo (ut falsò putavit Lactant. & Theodorus Epiſcop. Neſtorij magiſter, ut eſt in 2. Synodo Conſtant. cap. 12.) *Non enim deſideria carnis habuit, quæ domaret*, inquit Auguſt. *Ubi enim hæc inſunt, nondum perfecta juſtitia eſt, & in doloribus pro nobis, non cupiditatibus fuit. Imò hoc concupiſcentia malum ſi Chriſtus habuiſſet in natura ſua, non ſanaſſet in noſtra.* Nobis quidem *per omnia ſimilis factus eſt, abſque peccato*; ſed ibi ea quoque ſub peccato intelliguntur, quæ in peccatum ſuapte natura ferunt, cujuſmodi ſunt ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum. Quomodo ergo vitia domare docuit, ſi ipſe non habuit? noſtris vitioſis deſideriis contraria faciendo & patiendo. Verbi gratia: Quid nos vitiosè deſideramus? voluptates carnis, honores ſeculi, abundantiam temporalium, & ſimiles commoditates. Ipſe contraria omnia fecit & paſſus eſt, vixit in ſumma caſtitate, elegit paupertatem maximam, humiliavit ſe uſque ad mortem crucis, omnia mala atque incommoda pertulit.

De nat. & grat. c. 61. Cont. Iulia. lib. 5. c. 9. in fin.

Hebr. 4.

Hæc ergo verba, *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*, nos admonent, ut vitam ejus ac mores imitemur, ſi veraciter illuminari velimus, & ab omni mentis cæcitate liberari. *Fili*, inquit Sapiens, *concupiſcens ſapientiam, conſerva juſtitiam, & præbebit eam tibi Dominus.* Et Chriſtus in Evangelio: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit.* Unde D. Nazianz. iter affectantibus ad Dei, divinarumque rerum notitiam, hanc compendiariam viam oſtendit, ut per Domini mandata iter capeſſant, eâ, non aliâ, quò tendunt

Thom. Kemp. lib. 1. c. 1. de imitat.

Eccl. ſ. 1.

Ioan. 7.

Greg. Nazianz.

impugnet, ſi humilia non ſpernit, ſi alta non appetit, ſi iniquo non delectatur lucro, ſi immoderato rerum ſuarum non gaudet augmento, ſi denique aliena felicitate non uritur, aut ſi inimici miſeria non lætatur. Et cùm harum perturbationũ nihil in ſe fortè repererit, ſincero diſquirat examine, qualium cogitationum ſpecie frequentetur, & utrùm nullis vanitatum imaginibus acquieſcat, vel quàm citò animum ab iis, quæ noxiè blandiuntur, abducat. Ita Leo. Denique alius quidã Sap. *Internus,* inq. *homo ſui ipſius curam omnibus curis anteponit, & qui ſibi ipſi diligenter intendit, faciliter de aliis tacet. Nunquam eris internus & devotus, niſi de alienis ſilueris, & ad teipſum ſpecialiter reſpexeris. Si tibi & Deo totaliter intendis, modicũ te movebit, quod foris percipis. Ubi es, quando tibi ipſi præſens non es? & quando omnia percurriſti, quid te neglecto profeciſti?*

Tho. Kẽp. lib. 2. c. 5. de Imit.

Secundò verbis Chriſti docemur, non ſcrutari curioſè ſecreta Dei, quæ ipſe voluit eſſe abſcondita. *Quidam enim quadam curioſitate & arrogantia ducti, volunt ſecreta Dei ſcire, & alta eius intelligere, ſe & ſuam ſalutem negligentes. Hi ſæpè in magnas tentationes & peccata, Deo eis adverſante, labuntur, propter ſuam curioſitatem & ſuperbiam. Time iudicia Dei, expaveſce iram omnipotentis: noli autem opera altiſſimi diſcutere, ſed tuas iniquitates perſcrutare, in quãtis deliquiſti, & quàm multa bona neglexiſti. Sicut qui mel multum comedit,* ait Sap. *non eſt ei benè: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.* Monet D. Aug. obtemperandum eſſe Apoſtolo dicenti: *Non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Si enim,* inquit, *pro viribus ſuis alatur infans, fiet ut creſcendo plus capiat: ſi autem vires ſuæ capacitatis excedat, deficiet antequam creſcat.*

Idem lib. 3 cap. 5.

Prov. 25. De Civit. lib. 12. c. 15. Rom. 12.

Dominus

Dominus ergo ad Petrum, *Quid ad te? Cur*, ait D. Cyrill. *divinæ juſtitiæ ſecreta rimaris?* Quærenti, quid faciebat Deus, antequam faceret cœlum & terram? reſpondit alter: *alta ſcrutantibus, gehennas parabat:* jocularĭter eludens quæſtionis violentiã. De qua reſponſione ait Aug. *Irridetur, qui alta interrogavit: laudatur, qui falſa reſpondit.* Tamen curioſitas reprehenſa eſt, & oſtenſa punitione digna. Cùm Pompeio præter jus agenti fuiſſent omnia proſpera; cauſam Reipublicæ tuenti, nihil ſuccederet: dixit Cato, *In rebus divinis multum eſſe caliginis.* Cuidam ſancto viro, judicia Dei admiranti, eaque nimiùm ſcrutanti, dictum eſt: *De teipſo cogita, nec te rebus Dei immiſceas. Deus ſatis ſapiens eſt ad regendũ mundũ.* Salutaris eſt admonitio Sapientis: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Vis habere utilem occupationem? Addit Sapiens, *Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper.* Lib. 11. Cõfeſſ. cap. 12. Plutarch. in Caton. Eccl. 3.

Quum quidam inter metum & ſpem frequenter anxius fluctuaret, ait Thom. Kempenſ. & quadam vice mœrore confectus in Eccleſia ante quoddam altare ſe in oratione proſtraviſſet, hæc intra ſe revolvit, dicens: O ſi ſcirem, quod adhuc perſeveraturus eſſem! ſtatimque audivit intus divinũ reſponſum? *Quid, ſi hoc ſcires, facere velles? Fac nunc, quod tunc facere velles, & benè ſecurus eris.* Moxque confortatus, & conſolatus, divinæ commiſit voluntati, & ceſſavit anxia fluctuatio, noluitque curioſè inveſtigare, ut ſciret, quæ ſibi eſset futura, ſed magis ſtuduit inquirere, quæ eſſet voluntas Dei beneplacens & perfecta ad omne opus bonum inchoandum & perficiendum. Denique benè notanda eſt ſententia D. Hilarij, in lib. de Trinitate: *Sicut eſt in* Lib. 1. c. ult. de Imit. Lib. 10. de Trinit.

Sole, quod videas, ſi hoc velis videre, quod poſſis; amittas autem quod potes videre, dum quod non potes, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas, ſi intelligere, quod potes, velis. Cæterùm ſi, ultra quàm potes, ſperes; id quoque quod potuiſti poſſe, non poteris.

In epiſt. ad Ruſtic. De Catech rudib. ca. 25 Lib. 2. de præſc. hæret.

Tertiò, quando alii fortè deficiunt à fide, à pietate, nobis ſemper tenenda eſt recta fidei ac vitæ regula. *Quid ad te? tu me ſequere. Non conſideres,* ait D. Hier. *quid alii mali faciant, ſed quid tu boni facere debeas.* Et D. Aug. *Teneas te ad legem Dei, & non ſequaris prævaricatores ejus: non enim ſecundùm illorum ſenſum, ſed ſecundùm illius veritatem judicaberis. Multi,* inq. Tertull. *de quibuſdam perſonis ab hæreſi captis ædificantur in ruinam, quare illi vel illi fideliſſimi, prudentiſſimi, vetuſtiſſimi in Eccleſia in illam partem tranſierunt? Ex perſonis,* ait, *probamus fidem, an ex fide perſonas? In Eccleſia Dei,* inq. Vincent. Lirin. *tentatio eſt populi error magiſtri, & tantò major tentatio, quantò doctior eſt qui errat: ſed noverint Catholici, ſe cum Eccleſia doctores recipere, non cum doctoribus Eccleſiæ fidem deſerere debere.*

Contra Novatores.

Pſal. 118. Dicit Pſalmiſta: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Quod dupliciter intelligi poteſt. Primò, ut lex eis non ſit ſcandalum. De aliis dicitur, *Fiat menſa eorum,* id eſt, ſcriptura ſacra, unde paſci debebant, *in laqueum ipſis, & in ſcandalum.* Sicut Judæis ſcandalum erat verbum Chriſti, *Niſi manducaveritis carnẽ filii hominis, &c.* Dicebant enim, *Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt audire eum.* Ex quo etiam multi diſcipulorum ejus abierunt retrò. Sicut & illud verbum Domini; *Nõ quod intrat in os coinquinat hominem,* &c. Unde & diſcipuli ad eũ; *Scis quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandali*

Aug. & Proſp. ibid. Pſal. 68. Ioan. 6. Matth. 15.

ſcandalizati ſunt? Qui autem diligit legem Dei, etiam quod in ea non intelligit, honorat; & in profunditate quam non penetrat, magnum aliquid, ac myſticum latere non dubitat.

Secundò, *Diligentibus legem Dei, nullum eſt undecunque ſcandalum, quia eam non ex mutabilibus hominum moribus pendunt, ſcientes quod etiamſi bonæ profeſſionis homines propoſitum ſuum deſerant, legis tamen juſtitia perſeveret.* Sic & D. Joan. *Qui diligit fratrem, manet in lumine, & ſcandalum non eſt in eo.* 1. Ioan. 2.
Non ſcandaliſatur ex piis hominibus, quia pietati eorum congratulatur; non ex impiis, quia quos poteſt, corrigit potiùs, quàm imitatur; quos verò corrigere non poteſt, iis compatitur magis, quã indignatur. Non ergo ſic homines etiam ſanctæ profeſſionis attendit, ut fides ejus, vel pietas ex eorum moribus pendeat, ac aliquibus cadẽtibus, quos pro magnis habet, ipſe ſcandalo pereat; ſed ipſum Deũ ejuſque legem præcipuè diligit, & ſic eſt ei multa pax, nullumque ſcandalum. Præmonuit Dominus in Evang. de noviſſimis temporibus, quod *ſcandaliſabuntur multi, & quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum:* & addit, *qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Matth. 24.

Orandum tali tempore cum Davide, *Salvum me fac Deus, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.* Ut quando, videlicet, deficiũt homines magno numero ad errores & hæreſes, ad alia peccata & ſcelera, non illis unquã cõſentiamus, ſed ſemper in juſtitia & veritate firmi permaneamus. Inter laudes Iob ſcriptura numerat, quod *bonus inter malos fuit. Neque enim valdè laudabile eſt, bonũ eſſe cum bonis, ſed bonũ eſſe cũ malis. Sicut* Pſal. 11. Iob 1.

enim gravioris culpæ eſt, inter bonos bonum nõ eſſe, ita immenſi eſt præconii, bonum & inter malos extitiſſe, inq. D. Greg. Sic & Loth commendatur, quod *aſpectu & auditu juſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam juſtam iniquis operibus cruciabant.*

Lib.2. Mor. cap.1.

2. Pet. 2.

Cantic. 2.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, ait ſponſus in Cant. Ubi D. Bern. *Nõ mediocris*, ait, *titulus perfectæ virtutis, inter pravos vivere bonum, & inter malignantes, innocentiæ retinere candorem.* D. Chryſ. tractans illud, *Noë invenit gratiam corã Domino: Vide*, inquit, *ſcripturæ diligentiam, quomodo ne ſyllabam quidem inutilem contineat. Nam poſtquam docuit gravitatem peccati hominum, & pœnæ magnitudinem malis inferendam, docet nos, quod etiam in tanta multitudine potuerit ſincera virtus ſervari. Eſt enim virtus etiã per ſeipſam admirabilis. Quod ſi verò quis illam in medio prohibentiũ colat, multò admirabiliorem ſe oſtendit. Et propterea quaſi admirando juſtũ, dicit, quod in medio illorum, qui indignationẽ Dei erant ſenſuri, Noë invenerit gratiam coram Domino.*

Ser. 48. in Cant.

Gen. 6.

Homil. 23 in Gen.

Eſt dictum Plat. *In ea gente, quæ plurimùm mala eſt, ſi quis bonus ſit, eum eſſe quàm optimum.* Et ſenex ille comicus de filio ſuo prædicat dicens, eo quòd æqualium ſuorum, improborum adoleſcentiũ, conſuetudine nihil fuiſſet corruptus, ſpectatæ jam eſſe virtutis, magnumque exemplum continentiæ. *Nam qui cum ingeniis*, ait, *conflictatur ejuſmodi, neque commovetur animus in ea re tamen, ſcias poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum.* De Tobia dicitur, quod *cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat, rex Iſrael, hic ſolus pergebat in Hieruſalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deũ Iſraël.*

Terent. in Andria.

Tob. 1.

Joſephus ille laudatiſſimus, à Conſtantino Magno

Epiphan. hæreſ. 3 c.

gno

gno Comes factus, ab Epiphanio variis nominibus commendatur, ſed maximè, quòd Scythopoli ſolus is Orthodoxus eſſet, omnes verò alii Ariani. D. Naz. ſibi & Baſ. Athen. Academiam, quæ quoad animum, plurimis oberat, nihil obfuiſſe tradit. *Et ſi quis*, ait, *fluvius per ſalſum mare, dulcis fluere dicitur: ſi quod in igne, quo omnia conſumuntur, animal ſaltitare, id nos inter omnes adoleſcentes, pravos ſcilicet, & corruptos, eramus*. Denique de Philippenſibus dicit Apoſt. quod *in medio nationis pravæ & perverſæ lucerent ſicut luminaria in mundo*. Et Aug. verſu illo, *Qui numerat multitudinem ſtellarum. Videat quiſque*, ait, *utrùm luceat in tenebris, utrùm in iniquitate ſeculi tenebroſa non ſeducatur; ſi hoc, jam ſtella eſt, quam numerat Deus. Sicut enim ſtellas cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium adhærentes firmamento ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat mundana iniquitas.*

Orat. 20. Philip. 2. Pſal. 146. Aug. in hũc Pſal. Proſp. Sent. 120.

MONITUM XXXVI.

Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. Matth. 5.

PRæter cibum & potum corporalem, quem ore carnis manducant & bibunt boni & mali, habent utrique cibum & potum peculiarem, quem manducant & bibunt ore cordis. Cibus & potus ſpiritalis juſtorum eſt juſtitia; malorum verò iniquitas: ergo hi iniquitatem eſuriunt & ſitiunt, boni verò juſtitiam. Cibus verò & potus id dicitur, quo quis ſe conſolatur & oblectat. De impiis dicit Sapiens: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt*. De Epulone, qui *induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè*, dicit Aug.

Vide Aug. in Pſal. 48. Conc. 2. Prov. 4.

Auguſt. in Pſal. 48. Conc. 2. Ser. 105. in Nov.

Quod temporaliter apud ſuperos manducaverat, hoc apud inferos in iſtis ſuppliciis in æternum malè digerebat. Dulce peccatum eſt, ait idem: *per amaritudinē ergo tribulationis pernitioſa dulcedo digeri debet.*

Joan. 4.

Cibus Chriſti erat, *facere voluntatem patris*, id eſt, convertere & ſaluare animas. *Manducare volebat Chriſtus*, inq. Aug. *quando poma quærebat in arbore, & ſi inveniret, manducaret. Bibere volebat Chriſtus, quando dixit Samaritanæ, Da mihi bibere. Dixit in cruce, Sitio. Quid eſurivit, quid ſitivit Chriſtus? niſi bona opera noſtra? In perſequentibus & crucifigentibus, quia nulla bona opera invenerat, jejunabat. Hinc conqueritur: Humiliabam in jejunio animam meam.* Et alibi: *Eſuriens Dominus venit ad ficulneam, non invenit, quod manducaret: folia ſola habebat, fructum non habebat. Sic ſunt qui verba habent, facta non habent; ille autem fidem noſtram, & facta bona eſurit: paſcamus illum bene vivendo, & paſcet nos in æternum vivere donando.* Sic in Cant. Sponſus *paſci* dicitur *inter lilia*, quia candore & odore virtutum delectatur, ut candor ad conſcientiam, odor ad famam pertineat; utriuſque enim rationem habere debet Chriſtianus, conſcientiæ propter ſe, famæ propter alios. *Cibus ejus*, inq. D. Bern. *patientia mea, cibus ejus ſalus mea. Sed cùm paſcitur, paſcit; gaudens de noſtro ſpirituali profectu, & nos ſuo gaudio ſpiritali reficiens.*

In Pſal. 34. Matth. 21. Joan. 4. Joan. 19. Pſal. 34. In Pſal. 127. Matth. 21. Cant. 2. Serm. 71. in Cant.

Idem cibus membrorum, qui capitis, nempe facere voluntatē patris, id eſt, juſtitia, charitas, manſuetudo, patientia, &c. illum manducant, illum eſuriunt, illum appetunt, illo ſe oblectant. *Labores manuum tuarum, quia manducabis*, ait David. *Etiam ipſi labores noſtri*, inquit Aug. *non ſunt ſine gaudio, propter ſpem. Si ſpes tam dulcis, quantò res dulcior erit?*

Pſal. 127. & ibi Aug.

Sic

Digitized by Google

Sic dicuntur *manducare panem doloris : niſi manducaretur, non diceretur panis : & niſi haberet aliquam ſuavitatem panis iſte, nemo illum manducaret cum tanta ſuavitate. Plorat in gemitu qui orat : dulciores ſunt lachrymæ orantium, quàm gaudia theatrorum. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes.* Imò pati & affligi pro Chriſto, panis eſt ſanctorum. *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*, inquit David. Et, *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Et Divus Iacob : *Omne gaudium exiſtimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis.* Et de Hebræis ait Apoſtolus, quod *cum gaudio rapinam bonorum ſuorum ſuſcepiſſent. Non novit impius gaudium juſti*, inquit Auguſt. *Non eſt impiis gaudere, dicit Dominus : Gaudet iniquus in pompa, gaudet martyr in catena.* Pſalm.41. Pſalm.22. Act.5. Iac.1. Heb.10. In Pſa.132 Iſai.48.57.

Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam, ait David, id eſt, non delectabar cibo eorum, qui ſuperbum oculum habent, & cor inſatiabile: ut eſt avarus, qui *non impletur pecunia* ; ſed creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit : luxurioſus, quia *libido ſemper famem ſui habet, & treſacta non ſatiat*. Etiam ſuperbus inſatiabilis, *ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Denique invidus, qui non ſaturatur alienis miſeriis. *Cum his*, inquit Propheta, *qui tali delectabantur veneno, non converſcebar, quia cibum iniquitatis ipſorum, quo inceſſabiliter replebantur, horrebam.* Pſal.100. Aug. in hūc Pſalm. Eccleſ.5. Hieron. de filio prodigo. Pſal.73.

Sed delitiæ ſpirituales juſtorum, ait Aug. *eſt lectio, oratio, Pſalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, ſpes futuri ſeculi, cor ſurſum, & de his omnibus gratiarum actio : imò jejunia, vigiliæ, & totum* De bono perſ. cap.21

quo

quo acquiritur Deus. Sed quomodo eſurit & ſitit juſtitiam juſtus, quam habet? Quia cum voluptate poſſidet; & quia ſe videt adhuc in multis deficere, amplius deſiderat; atque illa eſt hujus vitæ conditio, eſurire & ſitire juſtitiam. *Avarus ſum,* ait D. Hier. *ad accipienda beneficia Dei; nec ille deficit in dando, nec ego ſatior in accipiendo. Quantò plus bibo, tantò plus ſitio.* Sed qua ratione quis ad hanc eſuriem & ſitim juſtitiæ perveniet?

In ep. ad Creſiph.

1. Pet. 2. Primò opus eſt ut guſtetur. Unde D. Petrus; *Sine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen,* inquit, *guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus.* Et David, *Guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Homo neſciens quid ſit mel,* ait Aug. *niſi guſtaverit, quid dicat, neſcit: ideo magis ad experimentum te invitans Pſalmus, ait, Guſtate & videte.* Ipſe expertus, ait in confeſ. *Guſtavi, & eſurio, & ſitio: Fragraſti, & duxi ſpiritum, & anhelo tibi.* Malis autem juſtitia Dei dulcis non eſt, quia neſciunt eam, *non enim guſtaverunt eam,* inq. alibi. Gulæ ac ventri dediti nauſeant ad canticum ſobrietatis, luxurioſi non appetunt cibum caſtitatis, quia ejus ſuavitatem non guſtaverunt. Superbi neſciunt, quanta ſit requies in humilitate. *Non enim aliter invenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto,* ait Auguſt. Idem de ſe ante converſionem: *Eram,* inq. *ſine deſiderio alimentorum incorruptibilium, non quia plenus eis eram, ſed quo inanior, eo faſtidioſior. Felix mens, quæ hunc concupiſcit cibum,* ait D. Leo, *& ad talem æſtuat potum, quem utique non expeteret, ſi nihil de ejus ſuavitate guſtaſſet.*

Pſal. 33. Ibi Augu. & in Pſ. 51

Li. 10. c. 27.

De civit. li. 21. c. 24.

De S. Virginit. c. 35. Conf. li. 3. cap. 3.

Ser. de omnib. Sanct.

Secundò, opus eſt, ut abſtineatur à vitiis & cupiditatibus, quæ impediunt, vel etiam auferunt ſaporem

porem ac deſideriũ juſtitiæ. *Sicut qui comedit uvas acerbas*, ait Aug. *obſtupeſcunt dentes ejus, & minùs idoneus fit ad manducandum panem: Sic qui iniquitate utitur, illa paſcitur in corde, non poteſt manducare juſtitiam. Sed ſicut temperando ab uvis acerbis redeunt dentes ad ſtabilitatem ſuam, & incumbunt pani: ſic temperando ab iniquitatibus, naſcitur facilitas manducandi juſtitiam.* Et alibi; *Cervus ſerpentes necat, & poſt ſerpentium interemptionem majore ſiti inardeſcit, ad fontes acriùs currit. Serpentes, vitia tua ſunt. Conſume ſerpentes iniquitatis, tunc ampliùs deſiderabis fontem veritatis. Leo*, inq. Chryſ. *non appetit gramen, nec bos carnem, quia neque hæc huius, neque illud illius cibus: nec vanus, & mundanus quærit res cœleſtes, vitioſiſque cupiditatibus contrarias.* Aug. in Pſ. 48. Conc. 2. In Pſal. 41. Hom. 31. in op. imperf.

Tertio orandum eſt cum Propheta: *Concupivi deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore:* bonum enim propoſitum, ſtudiumqne virtutis, ac ejus deſiderium non niſi à Spiritu Sancto immittitur, & *voluntas bona non niſi à Domino præparatur*, ut Aug. *Sicut autem corpori noxium eſt, corpoream eſcã non poſſe percipere, ita animæ periculoſum eſt, ſpiritales delitias faſtidire.* De quo faſtidio Pſalmus, *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.* Sed quo remedio uſi adverſus illud faſtidium? *Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos: Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & eripuit eos de interitu eorum.* Sic & ipſe Proph. *Concupivi deſiderare juſtificationes tuas. Poſſunt*, inq. Aug. *iuſtificationes Dei*, id eſt, *opera iuſta infirmitate animæ non deſiderari, & ratione mentis videri. Videtur quippe, quàm ſint utiles atque ſalubres, & ideo poteſt* Pſal. 118. Contra duas Epiſt. Pelag. lib. 2. c. 9 & li. 4. c. 6. Proſp. Serm. 10. Pſal. 106. & ibi Aug. In Pſ. 118. Conc. 8.

domare vitia, non vitiis, quibus ipſe laboraret reſiſtendo (ut falsò putavit Lactant. & Theodorus Epiſcop.Neſtorij magiſter,ut eſt in 2.Synodo Conſtant.cap.12.) *Non enim deſideria carnis habuit,quæ domaret*, inquit Auguſt. *Ubi enim hæc inſunt,nondum perfecta juſtitia eſt, & in doloribus pro nobis, non cupiditatibus fuit. Imò hoc concupiſcentiæ malum ſi Chriſtus habuiſſet in natura ſua, non ſanaſſet in noſtra.* Nobis quidem *per omnia ſimilis factus eſt, abſque peccato*; ſed ibi ea quoque ſub peccato intelliguntur, quæ in peccatum ſuapte natura ferunt, cujuſmodi ſunt ignorantia rerum agendarum,& concupiſcentia noxiarum. Quomodo ergo vitia domare docuit,ſi ipſe non habuit? noſtris vitioſis deſideriis contraria faciendo & patiendo. Verbi gratia: Quid nos vitiosè deſideramus? voluptates carnis, honores ſeculi, abundantiam temporalium,& ſimiles commoditates. Ipſe contraria omnia fecit & paſſus eſt, vixit in ſumma caſtitate, elegit paupertatem maximam, humiliavit ſe uſque ad mortem crucis, omnia mala atque incommoda pertulit.

De nat.& grat.c.61. Cont.Iulia. lib.5.c.9.in fin.

Hebr.4.

Hæc ergo verba, *Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris*, nos admonent, ut vitam ejus ac mores imitemur, ſi veraciter illuminari velimus, & ab omni mentis cæcitate liberari. *Fili*, inquit Sapiens, *concupiſcens ſapientiam, conſerva juſtitiam, & præbebit eam tibi Dominus.* Et Chriſtus in Evangelio: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrina, utrum ex Deo ſit.* Unde D.Nazianz. iter affectantibus ad Dei, divinarumque rerum notitiam, hanc compendiariam viam oſtendit, ut per Domini mandata iter capeſſant, eâ, non aliâ, quò tendunt

Thom. Kemp.lib.1. c.1.de imitat.

Eccl. ſ.1. Ioan.7.

Greg.Nazianz.

dunt perventuri. *Actiones namque ex virtute, velut alteram Iacob ſcalam eſſe, & gradus, quibus ad cœleſtẽ veritatẽ aſcendatur.* Hinc & Proph. David, *A mandatis tuis intellexi; ut poſtquam mandata compleſſet, ſciret ſe mereri intelligentiam ſcripturarum,* ait Hieron. *Et mandata ſervantibus, propter ipſam mandatorum cuſtodiam, præbetur uberior doctrina ſapientiæ,* ait Aug. Et notat Gregor. de duobus diſcipulis in Emmaus, quod *audiendo præcepta Dei illuminati non ſunt, faciendo illuminati ſunt. Qui ergo vult audita intelligere, feſtinet ea, quæ iam audire potuit, opere implere. Ecce Dominus non eſt cognitus dum loqueretur, & dignatus eſt cognoſci dum paſcitur.*

Pſal. 118. In vit. Marcellæ. In Pſal. 118 verſ. eod. Hom. 23. in Evang.

Hinc ergo tenebræ in hominibus, quòd Chriſtum, ejuſque mores ac vitam non ſequuntur, ſed mundum, carnem, diverſa peccata, unus avaritiam, alius libidinem, alius ambitionem; &c. Amore enim vitiorũ maximè excæcatur homo. Sic de Julio Cæſare tradit Cicero, quod libidine dominandi excæcatus dixerit: *Si ius violandum eſt, regnandi gratia violandum eſt, aliis in rebus colatur pietas.* Quid avarus apud Sapientem? *Vitam noſtram compoſitam eſſe ad lucrum, & oportere undecunque, etiam ex malo acquirere.* Sic & Saul odio excæcatus dixit: *Quis enim cùm invenerit inimicum ſuum, dimittet eũ in via bona?* judicans non eſſe ignoſcendum inimico, ſed vindicandum, quando opportunum. Sic alij delitiis, ac voluptatibus dediti, non ſolùm non putant, ea non eſſe peccatum, ſed vel Dei donum, vel certè ſuave, blandum ac licitum bonum, ut ait Auguſt. Et quibus maximè periculum imminet, quando hæreſes exſurgunt, niſi iis qui mundum & carnem ſequuntur? *Congregatio taurorum in vaccis*

Lib 3. Officior. Sap. 15. 1. Reg. 21. Serm. 4. de verb. Apoſtoli.

cis populorum, ait David. Tauri hæretici, propter ſuperbiam duræ, indomitæque cervicis. Vaccæ populorum, ſeductibiles animæ, quæ tauros facilè ſequuntur, quas vaccarum in morem laſcivia carnis inſolentes atque inſtabiles reddit. Vide Aug. in Pſal. 67.

D. Ioannes de hæreticis loquens: *Ipſi*, inquit, *de mundo ſunt*, id eſt, prava mundanarum rerum cōcupiſcentia oppreſſi, ideo *de mundo loquuntur*; *ex abundantia enim cordis os loquitur*, inquit Chriſtus. Et, *Qui de terra eſt*, ut terrenus eſt, ita *& terrena loquitur*, ait Ioannes Baptiſta. Loquuntur autem hæretici de mundo, quia ferè ſecundùm cor ſuum impudicum docent, liberè exercere peccata carnalia, ut patet in plurimis & turpiſſimis hæreſibus apud Aug. & Hieron. Id quod certè manifeſtiſſimum eſt in omnibus noſtri ſeculi hæreticis, qui omnes unanimiter docent, licitum eſſe iis, qui voverunt continentiam, contrahere matrimonium; impiam eſſe legem de cœlibatu ſacerdotum; rejiciunt Canones prohibentes matrimonia conſanguineorum; docent neminem obligari legibus jejuniorum vel abſtinentiæ. *Et mundus eos audit*, id eſt, mundani & carnales, qui libenter & facilè ea dogmata ſuſcipiunt, quæ eorum deſideria & peccata approbant.

1. Ioan. Luc. 6. Ioan. 3. Lib. de hæreſ. Cont. Iovinian. Cont. Heluid.

Unde tales dicunt apud Prophetam, *loquimini nobis placentia*: & ab Apoſtolo dicuntur ſibi *coacervare magiſtros ad ſua deſideria, prurientes auribus*, ut videlicet ſine ſcrupulo ac timore peccare poſſint, nec metu futurorum ſuppliciorum excrucientur. Tales magiſtri *conſuere* dicuntur *pulvillos ſub cubito eorum, & cervicalia ſub capite*, quòd eorum doctrinis

Iſaiæ. 2. 2. Tim. 3. Ezech. 13. Orig. hom. 13. in Ezec.

doctrinis ad hominum libidinem attemperatis, ve-lut quædam pulvinaria conſuantur, quibus molles ac delicati ſuaviter acquieſcant. *Nemo arbitretur,* inq. Cypr. *bonos, & ſuper robuſtam petram ſolida ſtabilitate fundatos, de Eccleſia poſſe diſcedere. Triticum non rapit ventos, nec arborem ſolida radice fundatam ſubvertit procella. Inanes paleæ tempeſtate jactantur, invalidæ arbores, turbidinis incurſione evertuntur.*

De unit. Eccl.

Qui ergo ſe graviter exercent in mandatis Dei, Chriſtum in omnibus imitari ſtudent, non ambulant in tenebris, non facilè labuntur in errores, juxta dictum Pſalmiſtæ, *Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt.* Quia illud ſemper ob oculos habeo, & exequi ſtudeo; ideo feciſti me plus ſapere & intelligere, quàm inimicos. Et optima ac ſaluberrima eſt admonitio Sapientis; *Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor,* id eſt, cordis illuminationem. *Quem docebit Dominus ſcientiam*, rogat Eſaias, *& quem intelligere faciet auditum?* id eſt, Quis dignus doctrina Domini, quis meretur corde intelligere, quod auribus hauſit? *ablactatos à lacte, avulſos ab uberibus.* Hi, videlicet, qui contemnunt voluptates carnis, &c. illam crucifigunt cum vitiis & concupiſcentiis.

Pſal. 118. Eccleſ. 6. Iſai. 28.

D. Aug. agens de ea quæſtione, quomodo videri poſſit Deus: *Primùm,* inquit, *mihi videtur, plus valere in hac inquiſitione, vivendi quàm loquendi modũ. Nam qui didicerunt à Domino Ieſu Chriſto, mites eſſe & humiles corde, plus cogitando & orando proficiunt, quàm legendo & audiendo.* Et alibi: *Sit hoc,* ait, *conſcriptum in cordibus ſanctitatis veſtræ, meliorẽ eſſe hominem*

Epiſt. 112. Matth. 11. Ser. 6. in Nov.

hominem minus intelligentem, & melius viventem; quam multum intelligentem; & non bene viventem. Plenitudo quidem eſt, & beatitudo perfecta, ut citò quiſque intelligat, & benè vivat; ſed ſi fortè utrumque non poteſt, melius eſt bene vivere, quàm citò intelligere. Qui enim benè vivit, meretur amplius intelligere: qui malè vivit, & quod intelligit, perdet. Sic dictum eſt, Qui habet, dabitur ei; qui autem non habet, & id quod videtur habere, auferetur ab eo. Et rurſum, *Ad Sacramentum Dei intelligendum, quomodo Chriſtus & Deus & homo ſit* (ſic in reliquis fidei myſteriis) *cor mundandum eſt. Mundatur autem moribus, vita, caſtitate, ſanctitate, dilectione, & fide, quæ per charitatem operatur. Maximè autem ſuperbia* (quam idem Aug. vocat *omnium hæreticorum matrem*) *indignos facit qui intelligant, inidoneos qui diſcant.* Matth. 25. Serm. 45. ibid. Cont. epiſt. Fundam. cap. 6.

Denique Divus Ambroſius benè notat, quod Propheta David primò dixerit, *Beati immaculati in via.* Deinde, *beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus. Antè enim vita quàm doctrina quærenda eſt. Vita enim bona & ſine doctrina habet gratiam, doctrina ſine vita integritatem non habet: In malevolam etenim animam non introibit ſapientia. Ideoque, ait, quærent me mali, & non invenient: quia improbitate cæcatur mentis oculus, & caligante ſibi iniquitate, myſteria profunda invenire non poteſt. Primùm ergo corrigendi, tunc ad ſtudia percipiendæ cognitionis veniamus.* Ita Ambroſius. In Pſ. 118. ſerm. 1. Sap. 1. Ioan. 7.

MONITUM XXXVIII.

Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem.

Joan. 15.

In epiſt. ad Gal. lib. 3. cap. 6.

PRæmittenda eſt hiſtoria de S. Joan. Evangel. quam recitat D. Hier. *Is cum Epheſi moraretur uſque ad ultimum ſenecturem, & vix inter diſcipulorum manus ad Eccleſiam deferretur, nec poſſet in plura vocem verba contexere, nihil aliud per ſingulas ſolebat proferre collectas, niſi hoc: Filioli, diligite alterutrum. Tandem diſcipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, quòd eadem ſemper audirent, dixerunt; Magiſter, quare hoc ſemper loqueris? Qui reſpondit dignam Ioanne ſententiam; quia præceptum Domini eſt, & ſi ſolum fiat, ſufficit.*

In epiſt. Ioan.

Eſai. 60.

In hac hiſtoria primò notandum, quod Joannes Chriſtianos vocet filiolos, ſicut & frequenter in epiſtola. Videlicet, tanquam parvulos alloquens, *quò ſolliciti ſint*, inquit Aug. *ut ſpiritualiter ſemper creſcant, & ad virile robur proficiant.* Sicut & Eſaias, omnes, tanquam parvulos convocat ad ſugenda ubera matris Eccleſiæ, id eſt, ad diſcendam doctrinam Dei, ab utriuſque teſtamenti authoribus, & expoſitoribus. Et Petrus Chriſtianis omnibus: *quaſi modò geniti infantes*, inquit, *ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem.* Omnes enim, etiam qui perfectiores videntur, parvuli ſunt comparatione virilis & robuſtæ ætatis, quam percipient in futuro ſeculo.

1. Pet. 2.

Diligite alterutrum. Notanda ſecundò eſt diſtinctio,

Digitized by Google

ctio, quam dat S. Aug. Dicit, *Charitatem proximi, aliam eſſe divinam, aliam humanam, hancque eſſe duplicem: alia licita eſt, alia illicita. Licita, quæ non reprehenditur, eſt qua diligitur uxor, filius, frater, affinis, amicus, civis, &c. Illicita, qua meretrix, vel uxor aliena, &c. quæ amantem ad gehennam perducit. Licitam ergo charitatem habete; humana eſt, ſed licita eſt: Nec ſolùm ita licita eſt, ut concedatur, ſed ut ſi defuerit, reprehendatur. Sed poteſt eſſe etiam impiorum, id eſt, Paganorum, Iudæorum, hæreticorum. Imò & feræ amant filios, ut aſpides, tygrides, leones: terrent homines, parvulos fovent. Si ergo tali quiſquam crudelitate efferatur, ut perdat etiam humanæ dilectionis affectum, nec inter homines numerandus eſt, imò etiam feris pejor eſt. Illicitum autem amorem cavete; audite Apoſtolum, & terremini. Non potuit enim graviùs dicere, non vehementiùs, non acriùs deterrere Chriſtianos ab amore fornicationum, niſi ubi dixit, Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? &c. Non ergo contradicit Dominus huic naturali amori,* ait Greg. Neque ea, quæ ex eo ducuntur officia, reprehendit, tametſi ad ſublimiorem ac diviniorem nos ſcriptura amorem vocet, ut diligamus invicem, ſicut à Deo diligimur, ad pietatem, ad ſalutem. *Ille veraciter amat amicum,* inq. Aug. *qui Deum amat in amico, aut quia eſt in illo, aut ut ſit in illo. Hæc eſt vera dilectio: propter aliud ſi nos diligimus, oderimus potiùs, quàm diligimus.*

Serm. 49. in Nov.

1. Cor. 6.

Hom. 27. in Evang.

Ser. 87. in Nov.

Tertiò notandum in reſponſo Ioannis, *Quia præceptum Domini eſt.* Sæpe enim præceptum dilectionis inculcavit diſcipulis, & præcipuè in ultima cœna, ab illis diſceſſurus, volens illud altiùs eorum cordibus infigi. Solent ea quippe homi-

Ioan. 15.

Digitized by Google

nibus maximè cordi eſſe, quæ à morientibus commendata acceperunt; atque hanc dilectionem notam eſſe dicit, qua ſui ab aliis diſtinguuntur. *In hoc,*
Ioan. 13. inquit, *cognoſcent omnes, quod ſitis mei diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem.* Sicut & diſcipulus ait, quem diligebat Ieſus; *In hoc manifeſti ſunt*
1. Ioan. 3. In illum locũ Ioan. *filii Dei, & filii diaboli.* Ubi D. Auguſt. *Dilectio ſola diſcernit inter filios Dei, & filios diaboli. Signent ſe omnes ſigno crucis, cantent alleluia, baptizentur, intrent Eccleſias, exſtruant Eccleſias, &c. Non diſcernuntur filii Dei à filiis diaboli, niſi in charitate. Cætera*
Sent. 7. Proſp. *ra virtutes poſſunt eſſe communes bonis & malis: dilectio propria eſt virtus piorum atque ſanctorum*, inquit idem Aug. Et in Cant. dicitur de ovibus Do-
Cant. 4. mini, per quas electi ſignificantur, quod nulla ſit in eis ſterilis, ſed *omnes gemellis fœtibus, quia omnes dant fructum geminæ charitatis, Dei & proximi*, ut
Lib. 1. c. 6. ait de Doct. Chriſt.

Diſputat interdum Aug. contra eos, qui dicebant Religionem Chriſtianam Reipublicæ eſſe inutilem ac noxiam. Quos primò ſic refellit: *Dent,* inquit, *tales milites, tales provinciales, maritos, uxo-*
Epiſtola 5 *res, parentes, filios, dominos, ſervos, reges, judices, &c. quales eſſe præcipit doctrina Chriſtiana; invenient, ſi ei obtemperatur, eſſe maximè ſalutarem.* Deinde id
Epiſt. 3. probat ex ſolo præcepto charitatis, quod inter alia omnia Chriſtianæ Religionis præcepta excellit: cui *nullæ diſputationes & litteræ Philoſophorum, nullæ leges civitatum comparandæ*: quæ ſi in Republica ſervaretur, ac vigeret, optimè ſe haberent omnia: nulla eſſent bella, latrocinia nulla, nulla adulteria, furta, homicidia, fraudes, rapinæ, &c. quòd ea omnia ex defectu charitatis oriantur.

Hic,

Hic, inq. Aug. *eſt laudabilis Reipublicæ ſalus: neque enim conditur & custoditur optima civitas, niſi fundamento & vinculo fidei, firmæque concordia, cùm bonum commune diligitur, quod ſummum ac veriſſimum Deus eſt, atque in illo invicem ſinceriſſimè ſe diligunt homines, cùm propter illum ſe diligunt, cui quo animo diligant, occultare non poſſunt.* Apoſtolus Paulus enumerans fructus Spiritus: *Sunt*, inquit, *charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* Incipit à charitate, quam primo loco ponit, tanquam radicem, caput & fontem reliquorum, quæ ex illa profluunt. Deinde alibi; *Charitas*, inquit, *patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, &c.* Ecce fructus & bona charitatis, quæ affert Reipublicæ, quæ optimè conſtituta foret, ſi in ea hæc omnia florerent. *Denique*, ut Proſp. ait, *hæc eſt tota dilectio proximi, ut bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: malum, quod tibi accidere nolis, nolis & proximo.*

Epiſt. 3. ad Voluſ.

Galat. 5.

1. Cor. 13.

De vit. cōtempl. li. 3. cap. 15.

Quartò notandum quod ait Ioannes, *Et ſi ſolum fiat, ſufficit. Qui enim diligit proximum, legem implevit*, inquit Apoſtol. *Quicquid vis, habe, hoc ſolum non habeas, nil tibi prodeſt. Alia ſi non habeas, hoc habe, & impleſti legem*, ait Auguſt. Sed nonne Chriſtianus, præter proximum, debet etiam ſeipſum diligere, & Deum ſuper omnia? Tanta eſt unio & connexio inter tres iſtas dilectiones, ut una ſine alia eſſe non poſſit, & una aliam ſemper inferat, vel neget. Non enim potes benè diligere proximum, niſi

Rom. 13.

Tract. 5. in Canon. Ioan.

Auguſt. In cap. 5. ad Gal.

Epiſt. 95. 1. teipſum diligas, quia exemplar proximi diligendi, De Doctr. eſt dilectio ſui ipſius: *Diliges proximum tuum, ſicut* Chriſt. li. 1. *teipſum*. Nec teipſum rectè diligis, niſi Deum dili- cap. 26. gas. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Hic eſt enim rectus modus diligendi ſeipſum, ſi homo mente & corpore ſerviat atque adhæreat Deo, qui bonum eſt creaturæ rationalis. Quiſquis ergo rectè proximum diligit, hoc cum eo debet agere, ut etiam ipſe toto corde diligat Deum*. Deus enim bonum eſt hominis, quod dilectione ſibi acquirit.

Cùm autem iſtæ dilectiones ita ſint connexæ, ſufficit unam commemorari, cùm de operibus juſtitiæ agitur: Sed illud præceptum dilectionis opportunius commemoratur, de quo quiſque faciliùs convincitur. Faciliùs autem homo convincitur non habere charitatem in dilectione proximi, dum iniquè cum hominibus agit. Unde Ioannes;
1. Ioan. 4. *Qui non diligit fratrem ſuum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Mentiebantur enim quidam ſe dilectionem habere, & de odio fraterno eam non habere convincebantur. De dilectione autem Dei poſſunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant.

Matth. 22 Quod autem dicitur, *in his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ*, cùm tamen illa dilectione, quam lex divina imperat, debeat homo diligere Deum, & ſeipſum, & proximum: non tamen ex hoc tria præcepta data ſunt. Nec dictum eſt in his
Epiſt. 52. tribus, ſed in his duobus: *ut videlicet intelligamus*, inquit D. Aug. *nullam eſſe aliam dilectionem, qua quiſque diligit ſeipſum, niſi quod diligit Deum: qui enim aliter ſe diligit, potiùs odiſſe dicendus eſt: qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam*. Deinde

dilectio

Digitized by Google

dilectio ſui ipſius, ait idem Aug. *inconcuſſa lege naturæ homini indita eſt, ut autem recta ſit*, & talis ut ad eam rectè effingatur proximi dilectio, præcepto de diligendo Deo dirigi debet: Et, *tunc rectè proximum diligit, tanquam ſeipſum, quando ipſe Deum diligens, quem poteſt hominem, adducit ad colendum & diligendum Deum*, qui bonum eſt ejus, quod dilectione ſibi acquirit; facit enim dilectio eum adhærere Deo, quod bonum hominis eſſe dixit Propheta.

Pſalm. 10. lib. 1. de doct. Chr. cap. 26.

De civit. lib. 12. c. 1.

Sed poſſent aliquid dicere Ioanni: Cur toties inculcas præceptum dilectionis, quod admodum nobis eſt grave, arduum, impoſſibile? Huic quæſtioni reſpondet Ioannes in Epiſtola ſua: *Chariſſimi, diligamus invicem, quia charitas ex Deo eſt*. Sed quæ eſt iſta ratio, quia charitas ex Deo eſt? Eſt ratio quæ datur per ſolutionem iſtius objectionis: Ideo frequenter inculco præceptum dilectionis, ut ubi hoc tibi impoſſibile ſenſeris, ad Deum confugias, ab eo petens, ut det tibi fraternam dilectionem, faciatque tibi præceptum facillimum; quia ex ipſius gratia, non ex humanis viribus ſibi derelictis, habetur hujus præcepti impletio. *Cur*, inquit Auguſt. *dictum eſt, Diligamus invicem, quia dilectio ex Deo eſt? niſi quia præcepto admonitum eſt liberum arbitrium, ut quæreret Dei donum: quod quidem ſine ſuo fructu admoneretur, niſi priùs acciperet aliquid dilectionis, ut addi ſibi quæreret, unde quod jubebatur impleret.*

Pſal. 72.

1. Ioan. 4.

De grat. & lib. arb. cap. 11.

MONITUM XXXIX.

Recumbe in noviſſimo loco.

Luc. 14.

PRior hujus ſententiæ ſenſus ſit, ut nullus ambiat in Eccleſia locum ſuperiorem; ſtudeat potiùs ſubeſſe quàm præeſſe, obedire quàm imperare. In quo loco duo potiſſimùm conſideranda. Honor & Onus. Honor quid aliud eſt, quàm *typhus & inanitas, ac ruinæ periculum, & nullius ponderis fumus?* Rara eſt in honore humilitas. Aug. adhuc ſecularis, Ambroſiũ *felicem quẽdam hominem ſecundũ ſeculum opinabatur, quem ſic tantæ poteſtates honorarent: ſed*, inq. *adverſus ipſius excellentiæ tentamenta quid luctaminis haberet, neſciebam.* Hoc periculum ſciens ſcriptura: *Rectorẽ*, inq. *te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis, quaſi unus ex ipſis. Magnum eſt, dum in corde ſublimium regnat humilitas morum. Et ſumma vivendi ars eſt, culmen tenere, & gloriam ſpernere*, inq. Greg. De quodam Religioſo, viro magno, dicit Æneas Sylvius: *Potuit opes abjicere, libidinẽ ſubigere, contemnere voluptates: gloriam ſpernere non potuit. Cujus cupido etiam ſapiẽtibus noviſſima exuitur*, inq. Tacitus. Ament ergo ſervire ſubjecti, ſed neſciant tumere Prælati: ſubjectos, dominos ſuos arbitrentur; ad hoc enim præpoſiti ſunt, ut eorum commodis ac utilitatibus ſerviant. Unde D. Aug. de ſuis ſubditis Domino loquens: *Hi*, inq. *ſunt ſervi tui fratres mei, quos filios tuos eſſe voluiſti, dominos meos, quibus juſſiſti ut ſerviam, ſi volo tecum de te vivere.*

De Catec. rud. lib. c. 17. De Civit. lib. 5. c. 17. Lib. 6. conf. cap. 3. Eccl. 32. Deut. 17. In deſcript. Europæ, cap. 8. Lib. 20. Lib. 10. confeſſ. c. 4. & lib. 9 c. ult.

Digitized by Google

vere. Et ego id ago factis & dictis, nimis cum ingenti periculo. Et rurſum; *Inſpira, Domine, ſervis tuis fratribus meis; filiis tuis, dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis ſervio*, &c.

Onus autem tam grave, ut etiam Angelicis humeris formidandum ſit. De præpoſitis enim dicitur, *Ipſi pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Et, *Sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Et, *Iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. Nos*, inq. Aug. *quos in iſto loco, de quo periculoſa redditur ratio, Dominus conſtituit, habemus duo quadam. Vnum, quod Chriſtiani ſumus; alterum, quod Præpoſiti ſumus. Quod Chriſtiani ſumus, propter nos eſt: quod autem præpoſiti ſumus, propter vos eſt: in uno attenditur utilitas noſtra, in altero, non niſi veſtra. Quòd Chriſtiani ſumus, inde rationem reddemus Deo de vita noſtra: quòd Præpoſiti ſumus, inde rationem reddemus Deo de diſpenſatione noſtra.* Subdit verò Aug. *Ad hoc iſtam difficultatem proponimus, ut compatientes nobis, oretis pro nobis. Paſtoris enim miſereri oportet*, ut idem alibi, *qui quantò in loco ſuperiori, tantò in majori periculo verſatur.* Heb. 13. Ezech. 33. Sap. 6. tr. de Paſtor. c. 1. Rom. 14. Hebr. 13. Ibidem. Epiſt. 109.

Qui autem ſolùm Chriſtiani ſunt, *tantò expeditiùs ambulant, quantò minorem ſarcinam portant.* Sic & D. Chryſ. *Tu* (inq. ad ſubditum) *rem tuam curas, quam ſi benè ordinaris, nulla tibi alia ſollicitudo impendet. Sacerdos autem, etſi propriã benè diſpenſaverit vitam, aliorum verò non cũ diligentia curã habuerit, cũ impiis in gehennã detrudetur.* Subdit Chryſ. *Cùm igitur periculi magnitudinem videatis, multa eos benevolentia proſequamini.* Lachrymas fundebat Auguſtinus, cùm ad ſacerdotium aſſumeretur, quia hoc opus periculoſiſſimum judicabat. Tametſi Tract. de Paſtorib. ibid. in c. 10 Ioan. Epiſt. 148. ſerm. 8. de comm. vit. Cleric.

quidam

quidam ſuperbè lachrymas ejus interpretarentur, & quaſi conſolarentur, quod locus Presbyterii, licet ipſe majore dignus eſſet, appropinquaret tamẽ Epiſcopatui. *Erant autem*, inq. Poſſidon. *ex conſideratione gravium periculorum, de regimine ac gubernatione Eccleſiæ impendentium ac provenientium*. Unde ipſe de ſe; *In quo loco ſciebam non eſſe Epiſcopum, ne illò accederem, cavebam: & hoc agebam, ut in loco humili ſalvarer, ne in alto periclitarer*. Eodem ſerm.

In vita, cap. 4.

Regem quendam ferunt, traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: *O nobilem magis quàm felicem coronam, quam ſi quis penitùs cognoſceret, quàm multis ſollicitudinibus, periculis, ac miſeriis ſit referta, ne humi quidem jacentem tollere vellet*. Adrian. VI. *nihil ſibi in hac vita infelicius duxit, quàm quod imperaret*, ut Paulus Iov. teſtatur in vita. *Nihil enim difficilius quàm bene imperare*, dicebat ille. Unde & Imperiũ depoſuit. Hiſpaniæ quendam Regem, cùm morti vicinus eſſet, dixiſſe ſcribunt: *Securiùs morerer ſi ſemper opilio fuiſſem*. Et quendam Presbyterum dixiſſe, ait Th. Kemp. *Si tam facile eſſet togam Sacerdotalem exuere, quàm fuit induere, mox deponerem:* conſiderans onus & periculum. Hadrianus IV. *Romano Pontifice*, inq. *nemo miſerabilior, conditione ejus nulla miſerior, totius ejus vita lætitia & felicitas, amaritudo eſt. Cathedra Romani Pontificis eſt ſpinoſa, iter undique conſertum aculeis, pondus tantæ molis, ut robuſtiſſimos premat, & confringat humeros*. Quæ verba in menſa recordatus Marcellus II. vir ſanctus, manu menſam pulſans; *Non video*, inq. *quomodo qui hunc locum altiſſimum tenent, ſaluari poſſint*. Alius dixiſſe narratur; *Cùm ſimplex Sacerdos eſſem, bonã ſpem ſalutis*

Valer. Max. lib. 7. cap 2

In vitis, vit. 4.

Vide Platinam in Marcello 2

latis habebam, factus Epiſcopus minorem, factus Pontifex minimam habeo. Audiamus D. Aug. de loco ſuperiori ita loquentem: *Locus ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita tenendus atque adminiſtrandus eſt, ut decet, tamen indecenter appetitur. Unde otium ſanctum quærit dilectio veritatis, negotium juſtum ſuſcipiat neceſſitas dilectionis. Quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati: Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem.* Lib. 19. Civit. ca. 19 ſent. 166.

Alius ſenſus prædictæ ſententiæ eſt, ut quiſque ſe aliis reputet inferiorē. Ad quod hortatur Apoſt. dicens, *Superiores ſibi invicem arbitrantes.* Quod tractans D. Aug. *Non fallit nos Apoſt.* ait, *aut potiùs adulatione uti jubet, dicens: Superiores ſibi invicem arbitrantes. Non hoc ita debemus æſtimare, ut non exiſtimemus, ſed nos exiſtimare fingamus; ſed verè exiſtimemus aliquid occultum eſſe poſſe in alio, quo nobis ſuperior ſit, etiamſi bonum noſtrum, quo illo videmur ſuperiores eſſe, non ſit occultum.* Quæ cogitatio valet ad edomandam ſuperbiam. Atque hoc omnibus dicitur, etiam iis, qui in loco, aut gradu ſunt altiore; ut, videlicet, ſuperior ſubditum coram Deo reputet meliorem, religioſus ſecularem, virgo vel vidua maritatam; quia poteſt in iis eſſe major charitas, humilitas, obedientia, pietas, quæ aliis ſæpè deſunt, & caſtitati, paupertati, &c. præferuntur. *Melius eſt humile conjugium, quàm ſuperba virginitas. Et quid prodeſt integra caro, mente corrupta?* Philip. 2. Lib. 83. qq. q. 71. De S. Virg. cap. 43. & ſeq. Auguſt. in Pſalm. 99.

Deinde quiſque ſua peccata, tanquam certa præ oculis habere debet, & in ea intendere oculos mētis; de aliis meliora præſumere, vel plures habere cauſas peccatum excuſantes. Sic in noviſſimo loco

recum

Digitized by Google

1.Cor.15. recumbebat Apoſtolus, vocans ſe *Apoſtolorum mi-*
1.Tim.1. *nimum, & primum peccatorum.* In ſuam enim iniquitatem valdè intendebat oculos mentis, quomodo nullius alterius iniquitatem expendebat; quin de quolibet præſumebat meliora, vel plures habere
Philip.2. cauſas peccatũ minuentes. Sicut igitur docet Apoſtolus, ut alter alterum judicet ſeipſo meliorem; ſic & quilibet veraciter judicare debet ſe eſſe maximum peccatorum, quia ſua peccata tanquam certa præ oculis habere debet, graviora æſtimare, ponderare: aliorum verò extenuare, vel non attendere.
Bonav. in ejus vit. c.6. In noviſſimo etiam loco recumbebat S. Franciſc. cujus ſocius vidit pretioſiſſimam & ornatiſſimam in cœlis ſedem, audivitque; Sedes iſta una de ruentibus fuit, & humili ſervatur Franciſco. Ex quo idẽ Socius quærens poſtea, quid ipſe de ſe ſentiret: *Videor mihi*, inq. *maximus peccatorum.* Reſpondit ille, quod hoc non poſſet ſana conſcientia dicere, aut ſentire. Subdidit ſanctus, *Si quemque ſceleratum hominem tanta Deus fuiſſet miſericordia proſecutus, arbitror ſanè, quod multò, quàm ego gratior eſſet.*

Serm 40. in Cant. *Cave*, inq. S.Bern. *alienæ converſationis eſſe, aut curioſus explorator, aut temerarius judex. Etiamſi perperam actum quid deprehenderis, ne ſic quidem judices proximum, magis autem excuſa. Excuſa intentionẽ, ſi opus non potes; puta ignorantiam, puta ſurreptionẽ, puta caſum. Quod ſi omnem omninò diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, & dicito apud temetipſum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem?* ita Bern. Salutaris admodum eſt admoni-
Lib.1.c.7. de Imit. tio Thomæ Kemp. *Non te reputes aliis meliorem, ne*
Ioan.2. *fortè coram Deo deterior habearis, qui ſcit quid eſt in homine.*

Digitized by Google

homine. Nõ ſuperbias de operibus bonis, quia aliter sũt judicia Dei, quàm hominum, cui ſæpè diſplicet, quod hominibus placet. Si aliquid boni habueris, crede de aliis meliora, ut humilitatem conſerves. Sed etſi videas aliquem apertè peccare, vel aliqua gravia perpetrare, non debes te tamen meliorem æſtimare, quia neſcis quamdiu poſſis in bono ſtare. Non nocet ſi omnibus te ſupponas, nocet autẽ plurimùm, ſi vel uni te præponas. Luc. 16. Ibidem, cap 2. Roman. 11. 1. Cor. 10.

MONITUM XL.

Regnum Dei intra vos eſt.

Luc. 17.

REgnum Dei in Scripturis ſacris variis modis appellatur. Dicitur enim regnum Dei, quo ab initio creaturæ univerſa potenter & juſtè gubernat & judicat. Atque hoc eſt regnum divinæ providentiæ, quo omnia à ſe condita conſervat, alioquin cuncta ſtatim dilaberentur, & nec vel ictu oculi ſtare poſſent; atque ſapienter ſimul & potenter adminiſtrat, ita ut nihil ſit in rebus quantumcunque exiguum, nullius rei operatio vel motus, qui non in potentiam Creatoris ſit referendus, ſine cujus nutu nec unus paſſer, nec folium arboris cadit in terrã. *Omnia operatur,* ait Apoſt. Epheſ. 1. *ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.* De hoc Chriſtus inquit, *Pater meus uſque nunc operatur, non aliqua nova genera condendo* (ſic enim dicitur requieviſſe ab omni opere,) *ſed condita deinceps & uſque nunc & ultra continendo, atque adminiſtrando.* De quo opere & Sapiens: *Pertingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit*

Aug. lib. 5. de Gen. ad lit. cap. 20. & ſeq. & lib. 4. ca. 12.

Hieron. in vita Pauli.

Ioan. 5.

Gen. 2.

Sap. 8.

Act.17. *diſponit omnia ſuaviter.* Adi quod opus pertinet & illud Pauli; *In ipſo vivimus, movemur & ſumus.*

Ad idem opus pertinet, quod Angeli juſſa perficiunt, circumeunt ſydera, alternant venti abyſſus aquarum lapſibus, & diverſis etiam per aërem cõglobationibus agitatur, vireta pullulant, ſuaque ſemina evolvunt, animalia gignuntur, varioque appetitu ſuas vitas agunt, iniqui juſtos exercere permittuntur. Hoc Dei regimine ac gubernatione Angeli ſancti ob perſeverantiam æterna beatitudine ſunt donati, mali ob ſuperbiam è cœlo præcipitati; primi parentes de paradiſo ob inobedientiam ejecti; hominum & dæmonum in hoc aëreo cœlo & in terris vita miſerrima eſt, erroribus, ærumniſque pleniſſima. De ſingulorum etiam operibus propriis, quæ gerunt arbitrio voluntatis, judicat Deus & punit.

De Civit. lib.10.c.1.

Hoc Dei regnum, quoad ſublunaria tollere conabantur infideles ex duobus. Primò, *ex inconſtantia tempeſtatum. Nihil enim videtur tam caſibus volvi, quàm omnes iſtæ procelloſæ ac turbulentæ qualitates, quibus cœli hujus inferioris facies variatur ac vertitur.* Sed David cum explicaſſet laudes cœleſtiũ, ſeque etiam ad iſta inferiora converteret, diceretque, *Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyſſi, ignis, grando, nix, ſpiritus procellarum*: addens, *Quæ faciunt verbum ejus*; *ſatis oſtendit, earum quoque rerum ordinem divino ſubditum imperio. Non tibi ergo videantur*, inquit Auguſt. *caſibus moveri, quæ verbo Dei in omni motu ſuo deſerviunt. Quò vult Deus, illuc lucet ignis, illuc fertur nubes, ſive pluviam, ſive nivem, ſive grandinem portet. Si autem illa, quæ maximè caſibus agitari & volvi videntur, nil niſi*

Aug. de Gen. ad lit. lib.5.c.21. In Pſal.148 ſuper hunc verſ.

Locis citatis.

Dei

Digitized by Google

Dei verbum faciunt, quantò magis id credendũ eſt de curſu aliarum rerum creatarum, in quibus caſus minùs videtur habere dominii? De providentia, inq. S. Aug. *Plotinus Platonicus diſputat, eamque à ſummo Deo, cujus eſt intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, uſque ad hac terrena & ima pertingere, floſculorum atque foliorum pulchritudine comprobat; quæ omnia quaſi abjecta & velociſſimè pereuntia, decentiſſimos formarum ſuarum numeros habere non poſſe confirmat, niſi inde formentur, ubi forma intelligibilis & incommutabilis, ſimul habens omnia, perſeverat. Hoc Dominus oſtendit, ubi ait; Conſiderate lilia,* &c. Lib. 10. Civit. cap. 14. Matth. 7.

Secundò, *ex felicitatibus vel infelicitatibus hominum, quòd non pro vitæ meritis accidunt. Sed quid abſurdius ſentiri poteſt, totam hanc inferiorem partem, vacuam eſſe nutu & regimine providentiæ, cujus extrema & exigua videas tanta diſpoſitione formari, ut aliquantò attentiùs cogitata, ineffabilem incutiant admirationis horrorem? Et cùm anima natura corporis antecellat, quid eſt dementius, nullum eſſe divinæ providentiæ judicium de moribus hominum, cùm in eorũ carne, tanta ejus ſolertiæ clareſcant & demonſtrentur indicia? Sed quia hæc minima in promptu ſunt ſenſibus noſtris, & ea facilè inveſtigamus, elucet in eis ordo rerum: & illa, quorum ordinem videre non poſſumus, inordinata arbitramur.* Et de Civit. Dei, ait idem Aug. *In his rebus, in quibus non apparet divina juſtitia, ſalutaris eſt divina doctrina. Quamvis enim neſciamus, quo judicio Deus iſta vel faciat, vel fieri ſinat, apud quem ſumma virtus eſt, ſummaque ſapientia, ac ſumma juſtitia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas: ſalubriter tamen diſcimus, non magni pendere ſeu bona, ſeu mala, quæ videmus bonis maliſque eſſe* D. Aug. ibid. Lib. 20. cap 2.

commu-

Digitized by Google

communia; *& illa bona quærere, quæ bonorum, atque illa mala maximè fugere, quæ propria ſunt malorum.*

Lib. 20 Civit. cap. 9. Dicitur & regnum Dei, regnum Chriſtianæ militiæ, in quo *ſub Dei præceptis adhuc cum hoſte confligitur, & aliquando repugnantibus vitiis, aliquando*

1. Timoth. 6. *cedētibus imperatur*, inq. Aug. Unde quod Timotheo Paulus dicit, omnibus Chriſtianis convenit, *Certa bonum certamen fidei.* Hoc eſt autem certamen fidei, oppugnare mundum; & omnia ſcelerum ac voluptatum monſtra debellare, atque ita firmum in fide, inconcuſſum in pietate perſeverare, juxta illud

1. Ioan. 5. Ioannis, *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* Meritò autem iſtud certamen vocatur, quia multi ac validi ſunt hoſtes, etiam in nobis, ut de-

De Civit. lib. 22. cap. 23. clarat Aug. Fidei autem dicitur, quia fide in Chriſtum ad hoc accendimur, fide pugnamus, fide vincimus, dum ſcilicet, *fides impetrat quod lex imperat*;

In Pſal. 118 conc. 16. Galat. 5. Matth. 11. dum *fides per charitatem operans*, impetrat largitatem ſpiritus, qua *jugum Chriſti fit ſuave; & onus ejus leve.* Et bonum dicitur, quia per illud ſummū bonum acquiritur, & æternum malum declinatur. Ac malum oppugnare, etiam per ſe bonum eſt. Ut enim ait S. Aug. *Meliùs confligitur cum vitiis, quàm*

De Civit. lib. 20. cap. 15. *ſi ſine ulla conflictatione dominentur. Melius eſt, inquam, bellum cum ſpe pacis æternæ, quàm ſine ulla liberationis cogitatione captivitas. Cupimus quidem hoc etiam bello carere, & ad capeſſendam ordinatiſſimam pacem, ubi firmiſſima ſtabilitate potioribus inferiora ſubduntur, igne divino accendimur. Sed ſi (quod abſit) alibi tanti boni nulla ſpes eſſet, malle debuimus in hujus conflictationis moleſtiis remanere, quàm vitiis in nos dominationem, eis non reſiſtendo, permittere.*

Hoc ergo regnum Chriſti eſt in Eccleſia hujus

tempo

temporis, quæ ſæpe in Scriptura *Regnum cœlorum* appellatur. Dicitur autem hoc regnum Dei, quia Deus regnat in ſervis ſuis, faciens eos ſibi obediẽtes, dans eis per Spiritum ſanctum, *juſtitiam, gaudium & pacem: quæ regnum Dei eſſe* dixit Apoſtolus. Vel ideo regnum Dei dicitur, quia Deus ſervos ſuos ſibi obedientes, Reges facit. Sed hoc cum priore idem eſt; *ſervire enim Deo* ut Regi & Domino, *verè regnare eſt*. De hoc regno dicitur in Apoc. quod *Sancti cum Chriſto regnabunt mille annis*, id eſt, interprete Auguſtino, *iſto jam tempore prioris ejus adventus. Niſi enim aliquo modo jam nunc regnarent cum illo ſancti ejus, quibus dicit, Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi, profectò non etiam nunc diceretur Eccleſia regnum ejus, regnúmve cœlorum. Regnant autem cum illo qui faciunt, quod Apoſtolus ait; Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. De qualibus etiam dicit, quod eorum converſatio ſit in cœlis. Regnant cum illo, qui eo modo ſunt in regno ejus, ut ſint etiam ipſi regnum ejus. Sic etiam in ipſa præcipua perſecutione* (Antichriſti) *regnabunt, mala tanta vincentes, quando jã Diabolus non erit alligatus, ut eos perſequi omnibus viribus poſſit. Tunc enim ei maximè atque fortiſſimè cohærebunt, & eo tẽpore quantò erit acrior impetus belli, tantò major gloria non cedenti, tantò denſior corona Martyrii.*

Rom. 14. Proſp. ad Demetr. Apocal. 20. Matth. 28. Coloſſ. 3. Philipp. 3. De Civit. eodem lib. cap. 13 & 9.

Dicitur & regnum Dei, per excellentiam, pacatiſſimum illud, ubi ſine hoſte regnabitur, *quando ſicut foris neminem, ita nec intus noſipſos patiemur inimicos*. Quod inchoatur in ſanctorum Martyrum & ſimilium ſpiritibus, etiam ante reſurrectionem. Sicut ait Joannes, *animas occiſorũ pro Chriſto, regnare*

Ench. ca. 91. Apoc. 20.

Digitized by Google

re cum illo mille annis. At cùm reſurrexerint, tunc perficietur. Hoc igitur regnum Dei vocatur, quia Deus tunc perfectè regnabit, *tam ſuper impios qui legibus regni Dei coërcebuntur,* ut ait Aug. *quàm ſuper pios, qui muneribus regni Dei honorabuntur.* Impii enim tunc *perdent omnem principatum, poteſtatem & virtutem;* nec ampliùs Deum, vel Dei populum oppugnare poterunt. Imò, *ſublatis de regno Dei omnibus ſcandalis, & iis qui operantur iniquitatem, pœnas dabunt,* prout meriti ſunt, *in interitu æternas,* & velint nolint, agnoſcere cogentur regnum Dei, eique genu flectere. Pii verò ad regnum Dei pertinentes, & omnes ibi erunt, & omni modo Deo ſubjecti erunt, & excluſa ab eis inimica morte, omnique timore malorum ſublato, omni bono perfruentur, regnaturi cum Deo in æternum.

Lib. 3. de Orig. animæ, cap. 11.
1. Cor. 15.
Matth. 13.
2. Theſſ. 1.
Philip. 2.
1. Cor. 15.

Dicitur autem regnum Dei, tum quia Deus regnat in eo, tum quia ſanctos ſuos regnare facit. Unde David & Eſaias læti prænuntiant: *Regnabit, ô Sion, Deus tuus.* Et Dominus in Evang. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum.* Hoc regnum eſt ſpes & conſolatio Sanctorum. Hinc Chriſtus, *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum.* Et, *Cùm videritis hæc fieri, ſcitote quia propè eſt regnum Dei.* Illudque quotidie petere monemur in oratione Dominica, *Adveniat regnum tuum.* Tunc enim primùm perfectè ſanctificabitur pater noſter, quod præcipuum eſt in deſiderio ſanctorum. Tunc primùm nos Deo plenè obediemus. Hîc queruntur etiam Sancti, *Quare me poſuiſti contrarium tibi?* Et, *Caro concupiſcit adverſus ſpiritum.*

Eſai. 51.
Pſal. 44.
Matth. 25.
Matth 4.
Luc. 21.
Matth. 6.
Iob 7.
Gal. 5.

Quia verò regnum Dei non veniet niſi veniente Domino ad judicium, & *reddendum unicuique ſecundùm*

Matth. 16.
Rom. 2.

ſecundùm opera ſua : ideo dum regnum Dei advenire cupimus, ſecundum Chriſti adventum, & quibuſdam terribile, quibuſdam verò valdè deſideratū judicium venire optamus : ut ſicut ante Chriſti primum adventū, omnium Sanctorum vota in hoc propédebāt, ut Chriſtus veniret in carne, & homo factus, pro ſalute generis humani moreretur & reſurgeret : ita poſtquam aſcendit in cœlum, omnes ſancti flagrantiſſimo deſiderio *exſpectant beatā ſpem & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri.* In Pſ. 118. Conc. 20. Tit. 2.

Gaudent juſti, inq: Aug. *quia veniet Dominus judicare orbem: ſed iniqui contremiſcunt. Sed ecce nondum venit: quid opus eſt, ut tremant? Corrigantur & gaudeant. In poteſtate tua eſt, quomodo exſpectes venturū Chriſtum. Ideo differt venire, ut non cùm venerit, te damnet. Adventus ipſius durus eſt duris, mitis eſt piis. Vide ergo modò tu, quis ſis: ſi durus, licet tibi miteſcere: ſi mitis, jam gaude venturum: Chriſtianus enim es. Ita, inquis: Credo quod oras & dicis, Adveniat regnum tuum. Optas ut veniat, quem times, ne veniat: corrige te, & ne ores contra te.* Et rurſum: *Danda eſt opera bonæ conſcientiæ, & ſi fortè ineſt ſcrupulus, præveniamus faciem ejus in confeſſione. Præveniamus eum, ne ipſe præveniat nos. Poſt confeſſionem non afferet ultionem, ſi & tu poſt confeſſionem non repetas iniquitatem. Præveni antequam præveniaris. Quia enim venturus eſt, certum eſt: perdes ſi non deſideras quod futurum eſt. Nam & te nolente venturus eſt. Nunquid eum dilaturus es, recuſando ne veniat? Sicut noverat horam, qua judicare debuit, ſic & novit horam, qua debeat judicare. Veniet ille, tu vide qualis futurus ſis. Hodie ineſt ſcrupulus, hodie ſit confeſſio: nō eſt ut dicas, differt Deus veniam, tu noli differre medicinam tuam.* Ita Auguſt. In Pſal. 97. Matth. 6. Tract. de ovibus, cap. 6. Pſal. 94.

MONITUM XLI.

Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis.

Matth. 13.

SIgnificat Dominus hac parabola, quàm humile ſit initium regni cœlorum, & ad quantam magnitudinem pervenerit. Sive per regnum cœlorum intelligas fidem, de qua dicitur, *Regnum Dei intra vos eſt*. Et, *Auferetur à vobis regnum Dei*: ſive homines ſanctos, qui per fidem efficiuntur regnum Dei. *Chriſtum per fidem habitare in cordibus veſtris*, ait Apoſtol. *Deo* enim obediunt & *ſerviunt, quod regnare eſt*; hoſtes ſuos, mundum, carnem, diabolum devincunt, quod regium eſt. In grano ſinapis non apparet ulla vis; ſentitur, quando conteritur. Unde Poëta,

Luc.17. Matth.21. Epheſ.3. Proſp. ad Demetriad.

Seque laceſcenti fletum factura ſinapis.

Vide Mon. 19.

Sic Fides, quando excutitur, fortis & efficax eſt: ejus efficacia declaratur in epiſt. ad Hebr. Etiam Sanctorum virtus, quæ ex fide eſt, occulta eſt. Dominus enim *facit os in occulto*, exſerit ſe in perſecutionibus, ut in Martyribus. Dicebat S. Vincentius, *Mors Chriſtianis ludus eſt*. Et S. Laurent. *Aſſatum eſt jam, verſa & manduca. Humilitatem fidei*, dicebat B. Laurent. Iuſtinianus, *ſimilem torrenti, qui æſtate tenuior, quaſi ſerperet; hyeme ac vere inundaret: ſic humilitas in proſperis exigua, in adverſis magnanima.*

Hebr.11. Pſal.138. Apud Prudent. In vita, c.9.

Sed quomodo crevit Fides, cùm dicat D. Leo: *Fidei*

Serm. 4. de

Fidei nihil poteſt adimi, aut addi; ideoque Fidem initio traditam, inviolatam ſemper atque intactam ſervare opertet. Unde Apoſt. Timotheo, *Depoſitum cuſtodi*, id eſt, *fidem vel doctrinam tibi traditam. Cave quicquam addas, aut minuas,* ait Chryſ. Eccleſiam vocat Apoſtol. *ſedem veritatis*. Et Irenæus, *Vas quoddam bonum, continens eximium quoddam depoſitum*, videlicet fidei, & doctrinæ ſalutaris. Cujus Epiſcopi ac Paſtores conſtituti ſunt cuſtodes, ut ne minimam quidem ejus partem tolli patiantur. Unde Cypr. *Debemus per omnia*, inq. *Catholicæ Eccleſiæ unitatem tenere; nec in aliquo fidei, & veritatis hoſtibus cedere*. Et Baſil. cùm à Præfecto monitus eſſet, ut pareret tempori, neque tot Chriſtiani orbis Eccleſias propter dogmatum ſubtilitatẽ diutiùs exagitari pateretur: Reſpondit, *eos qui divinis ſunt eloquiis innutriti, corrumpi de divinis dogmatibus ne unam quidem ſyllabam ſinere, ſed quaſvis citius mortis ſpecies amplecti*. Variis tamen modis creſcit fides.

Nativit. Epiſt. 97. 1. Tim. 6. Ibi Chryſ. lib. 3. c. 4. cont. hæreſ. Epiſt. 71. Hiſt. Trip. lib. 7. c. 36.

Primò, in eodem homine, quia poteſt nunc firmiùs aut fortiùs, nunc minùs fortiter aliquid credere. Ut Aug. de ſe ante converſionem: *Eſſe Deum, eumque habere curam rerum humanarum, aliquando robuſtiùs, aliquando exiliùs credebam, nunquam tamẽ iſta fides receſſit de pectore meo*. Et Apoſtoli dicunt, *Domine adauge nobis fidem*. Et pater dæmoniaci: *Credo*, inquit, *Domine, adjuva incredulitatem meam*. Et orat Eccleſia, *Omnipotens ſempiterne Deus, da nobis fidei, ſpei & charitatis augmentum*. Neceſſaria oratio hoc tempore, quando virtutes iſtæ ita refrigeſcunt in animis hominum.

Lib. 6. conf. cap. 5. Luc. 17. Marc. 9. Dom. 13. poſt Pent.

Deinde etiam in diverſis creſcit, propter multitudinem credentium. Sicut eſt in vita S. Gregorii

Digitized by Google

Thaumaturgi. Qui migraturus è vita, cùm quæſiſſet, quot in Civitate Neocæſareenſi reliqui eſſent infideles? reſponſumque eſſet, Tantùm eſſe ſeptemdecim, Deo gratias agens; *Totidem*, inquit, *erant fideles, cùm cepi Epiſcopatum.* Quod in una civitate, hoc in mundo. Primùm fides erat in paucis,

Pſal. 75. & certo in loco: poſtea innumerabiles facti ſunt

Iſai. 14. fideles, tam in Judæa, quàm apud Gentiles. Priùs

Coloſ. 1.

2. Theſ. 3. dicebatur, *Notus in Iudæa Deus.* Nunc autem, *Repleta eſt terra ſcientia Domini. Fides Evangelii creſcit & fructificat*, inquit Apoſtol. Et, *Orate ut ſermo Dei currat, & clarificetur.*

Roman. 9. Denique fides crevit, quia quod breviter in Evangelio continetur, (eſt enim *verbum abbreviatum*) hoc mirabiliter in patribus dilatatur. Vide librum Evangeliorum, quàm ſit exiguus: vide volumina Patrum, qui illum explicant, vix mundus

Lib. 12. eos capit. *Verba ſcripturæ*, ait Aug. *ſunt alta humili-*

conf. ca. 30. *tèr, pauca copioſè*: ob profunditatem myſteriorum in humilitate verborum, & ob rerum fœcunditatem in verborum paucitate. Et rurſum; *Narratio*

Lib. 12. *Scripturæ ſermocinaturis pluribus profutura, parvo*

cap. 27. *ſermonis modulo ſcatet fluenta liquida veritatis. Inde ſibi quiſque verum, quod de his rebus poteſt, per longiores loquelarum anfractus trahit.* Habet ſimilitudinem de fonte, qui in parvo loco uberior eſt, pluribuſque rivis in ampliora ſpatia fluxum miniſtrat, quàm quilibet eorum rivorum, qui per multa locorum ſpatia ab eodem fonte deducitur.

Coloſ. 1. Sic dicitur in Script. aliquando *fidei aliquid de-*

1 Theſſ. 1. *eſſe, aut ſuppleri*; non quòd etiam parvulis aliquod

Aug. tra 8. fidei myſterium abſcondatur, ſed quia hoc agitur,

98 in Ioan. ut quod credunt, explicando aliquo modo etiam

intel

Digitized by Google

intelligant, ut in fide firmiores fiant, licet ſola fide tuti ſint. *Fas eſt*, ait Vinc. Lirin. *ut priſca illa cœleſtis Philoſophiæ dogmata proceſſu temporis excurentur, limentur, poliantur; ſed nefas eſt, ut commutentur, detruncentur, mutilentur: accipiant licet lucem, evidentiam, diſtinctionem; ſed retineant neceſſe eſt plenitudinem, integritatem, proprietatem. Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum,* inquit Aug. *ut in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas, ab ineunte pueritia, uſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere. Tanta & in verbis & in rebus latet altitudo ſapientiæ.* Cont. Novator. Epiſt. 3.

Quoad ipſos homines etiam crevit Regnum. Primò pauci erant piſcatores, viles & abjecti: ſecundùm ſeculum infirmi, ita ut poſtea mactarentur ſicut *oves occiſionis*; ſine potentia militari, ſine eloquentia ſeculari: tamen multa hominum millia ſua prædicatione Deo fideique adjunxerunt, etiam Reges, Principes, Nobiles, Sapientes, latenti operatione, & virtute Spiritus ſancti. Quæ converſio tunc mirabilior apparet, cùm varia cogitantur obſtacula. Primùm, conſuetudo inveterata, à patribus accepta, quæ difficulter exuitur. Secundum, quia religio eorum delicata erat, & carni commoda, quam valde amant homines. Chriſtiana verò vocabat ad aſpera, ut jejunia, caſtitatem, &c. Tertium, quia ſapientes ac potentes, quoniam ſuperbi ſunt, ab infirmis & vilibus doceri dedignantur. Seminati ſunt Apoſtoli pauci per totum mundum: fructus hujus ſeminis mundi converſio. Pſal. 43. Rom. 8. Chryſ. in 1. ad Cor.

Deinde ipſi Apoſtoli antea tam viles & abjecti, quomodo creverunt! ut etiam nunc ab Imperatoribus

Digitized by Google

ratoribus ac Regibus mirabiliter honorentur. *Nūc ad memoriam piſcatoris*, ait Aug. *flectuntur genua Imperatoris, ibi radiant gemmæ diadematis, ubi fulgēt beneficia piſcatoris*. Et rurſum: *Romam cùm venit Imperator, depoſito diademate, plorat ad memoriam piſcatoris*. Sic & Chryſ. *Relictis omnibus, ad ſepulchra piſcatoris & pellionis currunt & Reges & præſides, & milites. Et Conſtantinopoli Reges noſtri magnam gratiam putant, ſi non propè Apoſtolos, ſed ſi vel extra eorū veſtibula corpora ſua ſepeliantur, ſiantque piſcatorum oſtiarii, Reges*. Refert Ruffinus de Theodoſio Imper. quod depoſito faſtu Imperiali ibat ad ſepulchra Apoſt. & Martyrū, & ante ea jacebat proſtratus cilicio, per eos ſibi fida auxilia contra hoſtes à Deo obtenturum ſperans. Ut de iis admirans prædixerit Propheta, *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus*, non ſolùm in cœlis, ſed & in terris.

Serm. 28. de Sanct.
Serm. 140. in Nov.
Hom. quod Chriſtus ſit Deus.
Lib. 11. hiſt. cap. 32.
Pſal. 138.

Tota ergo Eccleſia humile habuit initium: ſed ita crevit, ut regnum Eccleſiæ *majus ſit omnibus oleribus*, id eſt, regnis & imperiis hujus mundi, quæ fluxa & fragilia ſunt, & ut olera & herbæ terræ facilè marceſcunt. *Tranſcendit omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia*, ut loquitur Auguſtinus.

De Civit. lib. 1. cap. 1.

Primò, majus eſt, quia magis dilatatum. Quid majus & auguſtius Imperio Romanorum, qui ſe terrarum Dominos vocabant? at *gratia Chriſtiana*, inq. Proſp. *non contenta eſt eoſdem limites habere, quos Roma: multoſque jam populorum ſceptro crucis Chriſti illa ſubdidit, quos armis ſuis iſta non domuit. Quæ tamen per Apoſtolici Sacerdotii principatum amplior facta eſt arce Religionis, quàm ſolio poteſtatis*. Similiter & D. Leo Romam alloquens; *Quantus*

De voc. gent. lib. 2. cap. 6.
Serm. 1. de Apoſt.

Digitized by Google

vis, ait, *multis aucta victoriis, jus Imperii terra marique protuleris; minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdidit, quàm quod pax Chriſtiana ſubjecit, & per ſacram B. Petri ſedem, caput orbis effecta, latiùs præſides religione divina, quàm dominatione terrena.*

Deinde majus, quia diuturnius; eſt enim perpetuum, reliqua caduca ſunt. *Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum.* Et, *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Duravit ſemper inter tot & tam ſævas perſecutiones Tyrannorum, Philoſophorum, Judæorum, Hæreticorum, ſemperque vicit. De regno Chriſti dicebat Angelus, *Regni eius non erit finis.* Et ipſe Chriſtus de eodem; *Portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.* De eodem regno dicitur apud Danielem: Quod *reliquis comminutis, illud non diſſipabitur, ſed in æternum ſtabit.* Imò idem eſt regnum hujus & futuri ſeculi. Unius Eccleſiæ duæ ſunt partes, una in cœlis, altera in terris, aliquando conjungendæ, una ambulat per fidem, altera per ſpeciem, una laborioſè militat, altera glorioſè triumphat: una habet adhuc maculam & rugam, quia ſine peccato non eſt, & quia habet malos fideles & falſos fratres, illi ſunt iniquitatis macula, hi duplicitatis ruga: altera eſt ſine omni macula & ruga.

Pſalm. 144. Pſalm. 109. Luc. 1. Matth. 16. Dan. 2. Aug. li. 20. de Civit. cap. 9. 2. Cor. 5. Leo ſer. 3. de Quadr. Epheſ. 5.

Sed qui ſunt volucres cœli, & quomodo habitant in ramis ejus? Sunt Spirituales, quorum *converſatio in cœlis eſt*, de quibus dicit David, quod *ſuper montes habitant*, quia intenti ſunt in cœleſtem retributionem, ut idem David, Moyſes, Tobias. Hoc enim mandatur à Chriſto, ut in tribulatione *fugiant ad montes. Levavi oculos meos in montes.* Deinde, quia in Prophetis & Apoſtolis verſantur, qui

Pſalm. 103. Pſalm. 118. Hebr. 11. Tob. 2. Matth. 24. Pſal. 120. Pſalm. 75. Ezech. 34.

qui ſunt montes ſpirituales, ut ibi illuminentur, paſcantur. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Et, *Paſcit oves ſuas in montibus Iſrael.*

Geneſ. 15. Vide Aug. in Pſa. 103. conc 3. Epheſ. 4. De volucribus etiam in Geneſi dicitur, ubi de ſacrificio Abrahæ agitur, quod obtulit ex diverſis animalibus, quod *aves non diviſit*, quia ſpiritales non dividuntur in hæreſes & ſchiſmata, ſed *ſervant unitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Pax eſt in eis, cuſtodiunt eam in cæteris, quantùm poſſunt: ſi in aliis deficiant, in ſe tenent. Deinde ibidem eorum ætas non exprimitur, quia temporalia tranſgrediuntur, meditantur æterna. *Contemplantibus*, ait 2. Cor. 4. Apoſtolus, *nobis non quæ videntur, ſed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ non videntur, æterna.* Ætas aliarum beſtiarum nominatur, per quas carnales ſignificantur, qui carnalia, ut voluptates, opes, honores ſectantur, quæ temporalia ſunt, & non niſi certo, eoque brevi tempore durant, quæ ut obtineant, vel ne amittant, facilè ſe à ſocietate Eccleſiæ dividunt.

In comm. Sed quomodo habitant in ramis ejus? Primò, rami ſunt diverſi fidei articuli: ſeu, ut D. Hieron. *Dogmatum diverſitates*, ut de Trinitate, Incarnatione, Euchariſtia, Reſurrectione, &c. Qui enim in Eccleſia Spiritales ſunt, docti & magni, ſatis habent, ſi unam, aut alteram partem fidei benè tractent & explicent; totam vitam conſumunt in una aut altera parte doctrinæ Chriſtianæ accuratè explicanda. Sic unus tractat materiam de Trinitate, alius de Incarnatione, alius de Gratia, alius de Euchariſtia, alius aliam. Auguſtinus tanquam cæteris excellentior, plures ramos tractavit. Qui autem omnia tractare voluerunt, minùs ſatisfecerunt.

runt. Quod Hieron. objicit Joanni Epiſcopo Ieroſolymitano : *Quod illud*, inquit, *tantum ingenium, flumenque eloquentiæ fuit, ut in uno Eccleſiæ tractatu cuncta ſe comprehendiſſe dicat, de quibus ſingulis novimus eruditiſſimos viros infinita verſuum millia conſcripſiſſe ?* Lib. 2. adverſ. eum.

Alii ſpiritales articulos & dogmata fidei frequenter expendunt, maximè quæ redemptionis gratiam concernunt, ut eorum contemplatione interiores affectiones excitentur. *Conçaluit cor meum intra me*, ait Propheta, *& in meditatione mea exardeſcit ignis. Non ſatiabar dulcedine mirabili*, ait Auguſtinus Domino in ſua converſ. *conſiderare altitudinem conſilii tui ſuper ſalutem generis humani.* Sic Bernard. *Super omnia te mihi, Ieſu, amabilem reddit calix paſſionis quem bibiſti, opus redemptionis noſtræ. Exercebor*, inq. David, *in mirabilibus tuis*, ut ſunt Deus homo, Deus miſer homo, Deus crucifixus, mortuus, ad vitam immortalem reſuſcitatus, ſub ſpecie panis in Euchariſtia abſconditus; reſurrectio hominis ad vitam incorruptibilem, &c. Pſalm. 38. Lib. 9. Conf. cap. 6. Serm. 20. in Cant. Pſalm. 118.

Vel rami ſunt, diverſæ Eccleſiæ particulares, diverſi Epiſcopatus : ſatis enim habent, quantumvis excellentes, ſi unam partem Eccleſiæ benè gubernent. Quantus vir Cyprianus ! tamen ſolam Eccleſiam Carthaginenſem adminiſtravit. Quãtus Ambroſius ! ſolam Mediolanenſem. Quantus Aug. ſolam Hipponenſem : & ſic in cæteris. *Epiſcopatus quidẽ unus eſt*, ſed ejus multæ ſunt portiones, quibus ſinguli præſident. Romanus tamen Epiſcopus *cæteris altiùs, & celſiore faſtigio ſpeculæ paſtoralis*, inquit Aug. Et de Innocentio Papa dicit; Eſt quidam

Cypriano,

Initio lib.1. cont.2. Epiſ. Pelag. Matth.7. Ioan.ult. Luc.22. Epheſ.4. 1.Cor.12.

Cypriano, Ambroſio, Hilario *poſterior tempore, ſed prior loco*. Cont. Julian. lib. 1. c. 4. Ille quidem caput eſt totius Eccleſiæ, Vicarius Chriſti, ſucceſſor Petri, ſuper quem *Chriſtus Eccleſiam ſuam ædificavit*, cui ſpecialiter *oves ſuas paſcendas* commiſit, quem etiam *fratrum confirmatorem* in fide conſtituit: tamen quia unus homo totum pondus Eccleſiæ ſuſtinere non poteſt, multos ei cooperatores adjunxit, qui gregem ſuum unà cum illo regerent, ſub illo tanquam ſub capite conſtituti, ut *ſchiſmatis tolleretur occaſio*, inquit Hieron.

Cōt. Iovin. lib. 1. ſer. 3. de ſua aſſump. lib. 2. de Sacerdot.

De toto mundo unus Petrus eligitur, ait Leo, *qui & univerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur.* Sic & Chryſoſt. *Petrum*, ait, *omnibus etiam Apoſtolis præfectum, quem idcirco Apoſtolorum Principem vocat*; neque eam, quæ hîc ſignificata eſt, Petri præfecturam in oves Chriſti ad unum duntaxat Petrum, verùm etiam ad ejus ſucceſſores pertinere demonſtrat. Unde & Bernard Eugenio Papæ: *Tu*, inquit, *es poteſtate Petrus. Nec modò ovium, ſed & Paſtorum tu unus omnium Paſtor.*

Lib. 2. de Conſid.

In carmine de ingratis.

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quicquid non poſſidet armis,
Religione tenet, inquit D. Proſper.

MONI

MONITUM XLII.

Vt poſſitis comprehendere, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.

Epheſ. 3.

DIvus Auguſtinus hæc variis locis ad crucem Chriſti refert, in qua is pro ſalute hominum mortuus eſt, & myſterium proponit contemplatione digniſſimum. *In latitudine,* inq. *accipitur tranſverſum lignum, quo extenduntur manus, propter operũ ſignificationem.* Significantur ergo bona opera charitatis, quæ lata dicitur; Primò ob operum varietatẽ. *Qui diligit, legem implevit.* In ipſa *tota lex pẽdet, & Prophetæ.* Tam varia autem ſunt ejus opera, ut nemo ab iis excuſari poſſit. *Miſericordia,* inquit Ambr. *communis uſus, ideo commune præceptum, omnibus officiis, omnibus ætatibus neceſſaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, nõ agricola, vel urbanus, dives & pauper. Inde unuſquiſque quod habet, præſtet alteri,* inq. Aug. *Alius habet pecuniam: paſcat pauperem, veſtiat nudum, ædificet Eccleſiam, operetur de pecunia quicquid boni poteſt. Alius habet conſilium; regat proximum, pellat tenebras dubitationis luce pectoris. Alius habet doctrinam, eroget de cellario Domini, miniſtret conſervis cibaria, confortet fideles, revocet errantes, quærat perditos; quantum poteſt faciat. Et quod ſibi etiam erogent pauperes; alius claudo pedes accommodet; alius cæco ſuos oculos duces præbeat. Alius viſitet infirmum, alius*

In Pſal. 36. Conc. 2. Epiſt. 112. cap. 13. & hom. 5. inter 50.

Rom. 13. Matth. 22.

In cap. 3. Lucæ.

Serm. 45. in Nov.

ſepeliat

ſepeliat mortuum. Sunt iſta in omnibus : ut prorſus difficilè inveniatur aliquis, qui non habeat unde alteri aliquid præſtet. Et illud extremum & magnum, quod ait Apoſtolus ; Invicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

Galat. 6.

Secundò, lata eſt charitas, quia ad omnes omnino homines ſe extendit, etiam inimicos pauperes. Anguſta nimis eſt charitas, quæ ſolùm amicis ſtudet benefacere, aut divitibus, ex quibus ſpes retributionis. Eſt quidem ordo in charitate qui ſequitur ordinem curæ, quæ nobis ex Dei præcepto incumbit; nullus tamen à dilectione excludendus eſt, ſed vera charitas omnes gremio ſuo excipit, brachiis ſuis amplectitur. Reprehendit Apoſt. Corinthios, *Cor noſtrum dilatatum eſt, ſed anguſtiamini in viſceribus veſtris : eandem autem habentes remunerationem dilatamini & vos. Ubi eſt vera charitas*, ait quidam Sap. *ibi nulla invidia, nec contractio cordis, nec privatus amor occupabit: vincit enim omnia charitas, & dilatat omnes animæ vires. Diligite*, ait Chriſtus, *inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos, orate pro perſequentibus & calumniantibus vos.* Et Apoſt. *Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi : hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus*, id eſt, ut inq. Aug. *provocabis eum ad charitatem & pœnitentiam: dolebit enim ſe inimicum eſſe ei, à quo ipſius miſeriæ ſubvenitur. Minùs magnum eſt*, ait idem Aug. *erga eum eſſe benevolum, ſive etiam beneficum, qui tibi nihil malè fecerit ; illud multò grandius, & magnificentiſſimæ bonitatis eſt, ut tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & ſi poteſt, facit; tu bonum ſemper velis, faciaſque cùm poſſis: illius memor exempli, qui in cruce pendens,* pro

Cant. 2.
1. Cor. 6.
Tho. Kem. lib. 3. c. 10. de Imit.
Matth. 5.
Rom. 12.
Lib. 3. de doct. Chri. cap. 16.
Ench. c. 73

pro ſuis exorat perſecutoribus, ſuoſque admonuit dicens; Diligite inimicos veſtros, &c. Luc. 23. Matth. 5.

In longitudine verò accipitur ab ipſo tranſverſo ligno uſque in terram, ubi totum corpus crucifixum ſtare videtur, quod ſignificat perſiſtere, id eſt, longanimiter permanere, & ſignificatur perſeverantia in bonis operibus uſque in finem. Corona enim vitæ non datur Matth. 24. niſi perſeverantibus uſque ad mortem. *Eſto fidelis* Apoc. 3. *uſque ad mortem,* ait Script. *& dabo tibi coronam vitæ.* Debet enim eſſe aliqua ſimilitudo vel æqualitas, inter præmium & laborem. Unde Sapiens; *Non verearis juſtificari uſque ad mortem, quia merces* Eccleſ. 18. *Domini manet in æternum.* Et Apoſtolus; *Bonum facientes non deficiamus; tempore enim ſuo metemus non* Gal. 6. *deficientes. Pretium regni labor eſt,* inquit Auguſti- In Pſal. 93. nus, *æqua pretium; æterna requies, æterno labore comparanda. Sed ſi hoc eſſet, nunquam ad requiem pervenires:* ergo quia omnino æternus eſſe nequit, duret ſaltem uſque ad hujus vitæ finem. *Non quæruntur in Chriſtiano initia, ſed finis,* ait D. Hieron. *Paulus* Ad Furiam. *malè cœpit, ſed benè finivit. Iudæ laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. Lege Ezechiem. Iuſtitia juſti non liberabit eum, in quacumque die peccaverit: Et impietas impii non nocebit ei, in quacunque* Ezech. 33. Epiſt. 129. *die converſus fuerit ab impietate ſua.* Et D. Bernard. Matth. 24. *Tolle perſeverantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui cœperit, ſed qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Scias,* ait idem, *Diabolum ſoli ſemper* Epiſt. 32. *perſeverantiæ inſidiari, quam ſolam virtutem novit coronari.*

Denique D. Cyprian. de Confeſſoribus, qui De unit. ad Novatianos defecerant: *Confeſſio,* inquit, *glo-* Eccleſ.

ria

ria exordium eſt, non meritum jam corona; nec perficit laudem, ſed initiat dignitatem: cumque ſcriptum ſit, Matth.24. *Qui perſeveraverit uſque in finem, &c. Quicquid ante finem fuerit, gradus eſt quo ad faſtigium ſalutis aſcenditur, non terminus quo jā culminis ſumma teneatur.* Gen.25.35. Job 42. Sap.4. Ideo Sancti dicuntur in Script. mortui *pleni dierũ, & curſum ſuum conſummare*, ob hanc perſeverantiam. *Conſummatus in brevi, explevit tempora multa,* ait Sap. Act.13. 2.Timot.4. Ioan.17. Et de Baptiſta dicit Luc. *Cùm autem Ioannes impleret curſum ſuum.* Et Paulus de ſe, *Curſum conſummavi.* Et ipſemet Chriſtus de ſe ad Patrem; *Opus conſummavi* (ad finem perduxi) *quod dediſti ut facerem.* Qui ante finem deficiunt, iter ſuum, ac Sent.234. opus non conſummant. *Nemo ergo fidelium,* inquit Proſp. *quamvis multum profecerit, dicat; Sufficit mihi: qui enim dixerit, remanſit & hæſit in via ante finem, qui non perſeverabit uſque in finem.*

In altitudine verò, ab ipſo tranſverſo ligno ſurſum verſus, quod ad caput eminet, & ſignificatur ſpes, & exſpectatio ſupernorum, ne illa bona opera, atque in eis perſeverantia, propter beneficia Dei terrena atque tēporalia, facienda credantur; ſed potiùs propter illud, quod deſuper ſempiternum ſperat fides, quæ per dile- Ser.26.in Nov. *ctionem operatur. Peccatum enim non illud ſolùm eſt,* ait S. Aug. *quod in turpi aut iniquo facto apparet hominibus, ſed etiamſi habeat ſpeciem boni operis, & ta-* De Catech. rudib.c.17. *men propter mercedem temporalem fiat, non propter requiem ſempiternam.* Et alibi ſcribit, homines fieri debere Chriſtianos, propter adipiſcendam vitam æternam, & gehennæ tormenta evadenda: ac in novo Teſtamento docendum fuiſſe, non propter Li.22.cont. Fauſt.c.76. temporalem in hac vita, ſed propter æternam poſt hanc vitam, felicitatem Deo ſerviendum eſſe. *Qui enim*

Digitized by Google

enim militant ſine aliqua mercedis humanæ remuneratione, repoſitum habent præmium in Dei bonitate, ait Ambroſ. *Et filius qui habet Spiritus ſancti pignus in corde, ſecularis mercedis buccellam non quærit, quia jus ſervat hæredis*, inquit idem. Lib. 2. de Abrah. c. 8. Lib. 7. in Luc. c. 66.

Dictum eſt Abrahæ à Domino, *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Geneſ. 15. Ego ipſe futurus ſum merces tua. Cùm enim ſuprema merces hominis, ſit cœleſtis beatitudo, ea verò conſiſtat in clara & æterna Dei viſione ac fruitione, verè Deus ipſe merces dicitur hominis. Atque *hoc affectu & deſiderio colendus eſt Deus*, ait Auguſt. *ut ſui cultus ipſe ſit merces. Nam qui Deum ideo colit, ut aliud magis quàm ipſum Deum promereatur, non Deum colit, ſed id quod aſſequi concupiſcit.* In ſent. Proſp. Sapienter ergo D. Thomas, cùm ad imaginem Crucifixi vehementiùs orans, audiſſet hanc vocem: *Bene de me, Thoma, ſcripſiſti: quam ergo mercedem recipies? reſpondit: Non aliam, Domine, niſi teipſum. Feciſti enim nos ad te, Domine*, In vita. inquit Auguſt. *& inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Lib. 1. conf. cap. 1. Ad hanc æternam mercedem in ſuis operibus bonis ſemper reſpexerunt ſancti, ut Moyſes, Tobias, David, Paulus, &c. Hebr. 11. Tob. 3. Pſal. 118. 2. Timor. 4. Ideo non turbantur ſancti, quando ipſis adverſa accidunt. *Bonum enim ipſorum in occulto eſt, nec viſibile enim eſt, nec corporale quod diligunt, & tam merita ipſorum ſunt in abſcondito conſtituta, quàm præmia.* Aug. Sent. 201. & 324. Hinc ab infidelibus deſpiciuntur tanquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, & inviſibilia ſibi ac futura promittunt.

In profundo denique illa pars accipitur, quæ in terræ abdito defixa latet; ſed inde conſurgit omne illud quod eminet, & ſignificatur occulta Dei voluntas, quæ

De pec.merit.lib 1. cap.21 li.2 cap.18.

vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ. Hæc gratia, ait Aug. *cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta cauſa eſſe poteſt, injuſta non poteſt. Nunquid enim iniquitas apud Deum? abſit. Sed Deus, quos*

In Luc. citatus ab Aug. de bo. perſ. cap.19

dignatur vocat, ait Amb. *& quem vult, religioſum facit. Et quos juvat, miſericordiâ juvat, & quos non juvat, judicio non juvat*, inq. Aug. Hinc apud Eſaiam,

De peccat. mer.lib.1. cap.19.

ubi hoc judicium diſcretionis ſignificatur, dicitur, quod *Seraphin velabant faciem ejus*, quia occultum

Eſaiæ 6.

eſt. *Quid enim illud ſit*, ait Proſp. *quod natura huma-*

De voc. gent.lib 1. cap.25.

na, in omnibus ante reconciliationem mala, in omnibus miſera, nõ in omnibus juſtificatur, & à pereũtibus quadã ſui parte diſcernitur, humano sẽſu prorsùs indagari nõ poteſt. Tales fuerũt, qui ſunt attracti, quales hi qui in ſua duritia ſunt relicti: ſed illis tribuit gratia ſtupẽda quod voluit: iſtis retribuit veritas juſta quod debuit.

De Præd. Sanct.ca.8.

Deinde illa etiam *gratia occultè divina largitate humanis cordibus tribuitur*. Vnde Aug. *Valdè remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qua Chriſtus auditur & docet. Multos videmus venire ad filium, quia multos credere videmus in Chriſtum: ſed ubi, & quo-*

Ioan.6.

modo à Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus: nimiùm gratia iſta ſecreta eſt, gratiam verò eſſe quis ambigat? Hæc itaque gratia, quæ occultè humanis cordibus tribuitur, à nullo duro corde reſpuitur: ideò quippe tribuitur, ut cordis duritia auferatur. Quando ergo Pater intus auditur & docet, ut veniatur ad filiũ, aufert cor lapideum, & dat cor carneum; ſicut

Ezech.11. & 36.

Propheta prædicante promiſit. Sic quippe facit filios promiſſionis & vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam. Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad filium? niſi quia omnes quos docet, miſericordiâ docet; quos autem non docet, judicio non docet.

MONI

MONITUM XLIII.

Alium paracletum dabit vobis.

Ioan. 14.

DE conſolatione Spiritus S. nobis erit ſermo; quæ ut rectè intelligatur, notanda eſt ſententia D. Aug. dicentis: *Chriſtiano rectè gaudendi cauſa non præſens ſeculum eſt, ſed futurum.* Hinc & Apoſtolus, *Spe gaudentes*, videlicet futurorum. Quia verò hanc ſpem in cordibus juſtorum operatur Spiritus S. dum eos benè vivere facit, & quotidie carnem vincere, dicitur *teſtimonium perhibere ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei, ac proinde & hæredes*, ſecundùm ſpem vitæ æternæ, ſicque eos lætificat & conſolatur. *Duo autem ſunt genera hominum, qui ex fide Chriſti vivunt, eumque piè colunt; quidam mala hujus vitæ patienter fortiterque experiuntur, alii bonis ejus miſericorditer ac temperanter utuntur, æternum pro utroque præmium recepturi; ſed ibi moleſtè toleranda calamitas, hic laborioſè frenanda cupiditas.* Quod cùm utrique faciunt, gratia Spiritus S. opitulante, ſpem acquirunt vitæ æternæ, & lætitiam ac conſolationem in corde.

Sent. 123. apud Proſp. — Rom. 12. — Rom. 8. — Aug. epiſt. 3. ad Voluſ.

Tria nominat Apoſt. quæ Spiritus S. in eis operatur, *Iuſtitiam, pacem & gaudium.* Juſtitia, quæ virtutes omnes in ſe complectitur, quaſi Domina eſt: ejus pediſſequæ, gaudium & pax. Sic quando enumerat fructus Spiritus, primò nominat *charitatem*, quæ eadem eſt cum juſtitia, ut D. Aug. *Charitas*

Rom. 14. — Galat. 5.

De nat. & gr at. cap. 7. *ritas inchoata, inchoata juſtitia eſt, charitas provecta, provecta juſtitia eſt, &c.* tanquam apicem & radicem, unde reliqua profluunt, gaudium, pax, &c. Hinc impii non habent hanc conſolationem Spiritus. *Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt.* Et gentilis Poëta ait, *Semita certè*

Iſai. 57. & 48. Iuven. Sat. Seneca in Hippolyto.

Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.

Et alius, *Conſcientia mala, etſi interdum tuta, nunquam ſecura. Tanta eſt enim beatitudo juſtitiæ,* inquit Aug. *ut nemo ab ea, niſi ad miſeriam poſſit abſcedere.*

Lib. 3. de li. arb. c. 15.

Duplex eſt autem conditio hujus conſolationis, qua diſtinguitur à conſolatione mundanorum. De illa enim agens Chriſtus in Evangelio: *In vobis,* inquit, *erit, & apud vos manebit.* Conſolatio ergo Spiritus S. intus eſt, in conſcientia, in animo. Mundi autem foris, in ſenſibus, in carne, in externis vanitatibus. *Qui adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt, & iſtarum aquarum dulcedinem neſciunt,* exiſtimant, quod quando hortamur aliquem ad converſionem à peccatis & vanitatibus, ad bonam vitam; velimus ei omnem voluptatem & gaudium adimere, & triſtem facere ac melancholicum. Abſit. Sed ei dare volumus voluptatem majorem ac ſolidiorem. Quando enim quis convertitur à vanitate ad veritatem, à peccato ad juſtitiam, à Diabolo ad Deum, *delectationes non perdit, ſed mutat,* inquit D. Aug. *à carne ad ſpiritum, à ſenſibus ad conſcientiam. Et citò ſentit dulciores eſſe fructus juſtitiæ, quàm iniquitatis, & veriùs atque jucundiùs gaudere hominem de bona conſcientia inter moleſtias, quàm de mala inter delitias.* Et Ser. 31. in Nov. *Quid dulcius bona conſcientia? quæ ſi non eſt, & malè pungit, amara ſunt omnia.*

Ioan. 14.

Proſp. l. 1. de voc. gēt. cap. 11.

In Pſalm. De catech. rud. c. 16.

Sic

Sic & D. Leo; *Si ſeipſum rationalis homo compa-ret, omneſque ſuorum actuum qualitates vera inſpe-ctione dijudicet, nunquid in intimis conſcientiæ ſuæ hoc delectationis inveniet de iniquitate commiſſa, quod de æquitate ſervata: aut tantùm ei iucunditatis voluptas carnalis, quantùm ſpiritalis pariet appeti-tus? &c.* Hoc in ſe expertus Auguſt. in ſua ad Deum converſione; *Quàm ſuave,* inquit, *mihi ſubi-tò factum fuit, carere ſuavitatibus nugarum, & quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Ejiciebas enim eas à me vera tu & ſumma ſuavitas, & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, ſed non carni & ſanguini.* Qui & alibi: *Quid facit malus homo cùm cœperit tribulari? Foris nihil habet, ablata ſunt omnia. In conſcientia nullum ſolatium eſt. Non eſt quò exeat, quia dura ſunt: non eſt quò intret, quia mala ſunt. In bonis autem, etſi foris videntur angu-ſtiæ, intus tamen latitudo eſt.* Ser. 8. de ieiun. 7. menſ. Lib. 9. conf. cap. 1. In Pſal. 36. conc. 2.

Altera conditio conſolationis Spiritus S. *apud vos manebit,* in vita, in morte, in adverſis, in proſpe-ris; quia eſt de bonis Spiritualibus, quæ nemo invi-tus amittit. Conſolatio autem mundi facilè viven-tem deſerit, morientem autem nunquam ſequitur, quia de temporalibus eſt, quæ etiam inviti facilè amittere poſſumus. *Quamvis mundana gaudia non ſint gaudia,* ait Auguſt. *tamen qualiacumque ſint, & quantumlibet delectent: aufert omnia iſta una febri-cula, remanet inanis & ſaucia conſcientia, Dominum ſenſura iudicem, quem noluit habere cuſtodem: & in-ventura aſperum Dominum, quem dulcem patrem quærere & amare contempſit.* Proſp. Sét. 205. De catech. rud. c. 17.

Dicitur in Cantic. *Meliora ſunt ubera tua vino.* Cantic. 1.
Vox eſt ſponſæ ad ſponſum; Eccleſiæ ſeu animæ

Chriſtianæ ad Chriſtum. Et ſenſus eſt; *Carnis voluptatem, qua paulò antè tanquam vino ebriæ tenebamur, vincunt hæ quas tua nobis ubera ſtillant delitiæ*
Serm. 9. in Cantic. *ſpirituales*, inq. D. Bern. *Et pulchrè vino comparatur carnalis affectus. Ut enim uva ſemel expreſſa, non habet jam quod denuo fundat, ſed perpetua ariditate damnatur: ſic caro in preſſura mortis, ab omni ſua delectatione prorſus ſiccatur, nec ultra revireſcit ad libidines. Verùm ubera non ſic. Hæc enim cùm exhauſta fuerint, rurſum de fonte materni pectoris ſumunt, quod propinent ſugentibus. Meritò proinde meliora carnis ſeculive amore aſſeruntur ubera ſponſi, quæ nullo unquam lactentium numero areſiunt, ſed ſemper abundant de viſceribus charitatis, ut iterùm fluant.* Sic & Seneca; *Exiſtimas me detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoveo? Imò volo tibi nunquam deeſſe lætitiam, volo illam tibi domi naſci; naſcitur, ſi intra teipſum ſit.*

Pſal. 75. & ibi Aug. & in Pſal. 72.

Dicit David de impiis; *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.* Vitam illorum ſomnum vocat; vigilant, ſed ad peccata, ut ventri & iis quæ ſub ventre, ſerviant, ut decipiant, opprimant alios, &c. Revera dormiunt; ſomnus enim omnem ſenſum adimit homini: ſic illi quaſi nihil ſentientes, de Deo, de anima nihil cogitant; ſi moneantur, corripiantur, non audiunt, non perpendunt imminentem mortem, terribile Dei judicium, inexplicabiles gehennæ pœnas. Et ſicut ſomnus omnem adimit operationem, ſic tales dicuntur otioſi, quia nihil boni
Matth. 20. Epheſ. 5. Pſal. 40. Rom. 13.
faciunt, etſi inquieti in rebus malis, & tales ſæpe turbant totum mundum. Quibus dicitur, *Surge qui dormis. Nunquid qui dormit, non adjiciet, ut reſurgat?*

Hora

Digitized by Google

Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Sed ſicut dormientes interdum habent jucunda quædam ſomnia de theſauro invento, de percepta aliqua voluptate, quibus etiam in ſomno delectantur; ita illi mundani ſua quædam ſomnia habent: vacant delitiis, ſomnium eſt; in libidinibus volutantur, ſomnium eſt; honoribus tumeſcunt, ſomnium eſt. Pulchrè quidam Poëta Chriſtianus: Livinus Brechtus in Euripo.

Luxus, delitiæ, pompaque ſeculi,
Faſces, nobilitas, ſtemmata, purpura,
Nomen, divitiæ, fluxaque gloria,
Ecquid ſunt aliud quàm breve ſomnium?

Sed ſicut illi quando evigilant, nihil inveniunt in manibus ſuis: ita & hi in morte quando aperiuntur eorum oculi, ſe miſerrimè deceptos queruntur. *Quid nobis profuit ſuperbia? divitiarum jactantia quid contulit nobis? Tranſierunt illa omnia tanquam umbra.* Sap. 5. *Qui venit ad me*, inquit Chriſtus Dominus, *non eſuriet; & qui credit in me, non ſitiet unquam.* Ioan. 6. Semper enim habet cibum, quem manducet: *Secura enim mens quaſi juge convivium*, ait Sapiens. Prov. 15. Gaudent conſcientia virtutis, gaudent ſpe vitæ æternæ. D. Baſilius de jejunio: *Ab interno*, inquit, *mentis jejunio caveamus: quod & Propheta deprecabatur: Num fame, Domine, occides animas juſtorum? ac rurſus: Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem. Nec enim loquitur de panibus ſenſibilibus, qui noverat filios Iacob fame coactos in Ægyptum deſcendiſſe: ſed de ſpirituali loquitur alimonia, qua interior noſter homo reficitur.* Hom. 1. de jejun. Prov. 10. Pſal. 33. Gen. 42.

Sic & D. Auguſt. ſuper illo verſu: *Iunior fui, etenim ſenui, &c.* dicitur hoc, inquit, in perſona Eccleſiæ, quæ prioribus temporibus juvenis Pſal. 33.

erat, nunc autem ſenuit. Et ſi Scripturam velimus intelligere de pane corporali, falſam inveniemus: Paulus enim dicit ſe & ſocios paſſos *famem, & ſitim, frigus & nuditatem.* Et de ſanctis veteris Teſtamenti ſcribit, eos fuiſſe *egentes, anguſtiatos, afflictos.* Et de multis Martyribus legimus, quod fame, inedia, ſqualore ac incommodis carceris extincti ſunt. Nonne Lazarus mendicus ante oſtium divitis quærens panem, imò panis micam, & non accipiens, *inter lingentium canum linguas* mortuus eſt? Intelligitur autem de pane Spiritali gratiæ interioris, & conſolationis Spiritus S. quam habent in conſcientia bona, & ſpe vitæ æternæ, quo ita abundant, ut etiam aliis tribuant: ſic Paulus conſolabatur omnes ad ſe in carcere venientes: ſic Propheta Iob, Tobias, & alii: hinc ſtatim ſequitur in eodem Pſalmo; *Tota die miſeretur & commodat.*

2. Cor. 11. 1. Cor. 4. Hebr. 11. Aug. de Civit. lib. 1. cap. 11. Chryſoſt. hom. 5. ad populum. Act. ult. Iob 1. 2. Tob. 3.

Ubi major preſſura aut anguſtia (ſecundùm hominem loquor) quàm in morte? quando homo ſolus ingredi debet ignotam viam, ad horrendum Tribunal Dei: ſic ut dici ſoleat, *Omnium terribilium maximè terribilis eſt mors.* Etiam hîc ſanctis non deeſt panis, non deeſt conſolatio. Narrat de S. Marcella Hieron. quæ ſeptimo poſt initum conjugium menſe, maritum amiſit: & tametſi multa eſſent, quæ eam ad ſecundas nuptias vocarent, ætas, forma, nobilitas, opes: maluit tamen ſpiritale conjugium inire cum Chriſto.

Ariſtot. lib. 3. Ethicor. In eius Epitaph.

De hac ergo vidua refert, quod poſtquam multis annis piè & caſtè Chriſto ſerviiſſet, jam è vita migratura, *inter ſuorum lachrymas ipſa ridebat, conſcientia vitæ bonæ, & futuris præmiis.* Idem ait de

Nepo

Nepotiano moriente : *Lætus erat vultus, & univerſis circa plorantibus, ſolus ipſe ridebat : projicere pallium, manus extendere, videre quod alii non videbant, & quaſi in occurſum ſe erigens, ſalutare venientes : intelligeres illum non emori, ſed emigrare; non relinquere, ſed mutare amicos.* Et S. Hilarion, cùm ab ineunte ætate Domino ſerviiſſet uſque ad magnam ſenectutem, moriturus timere cœpit : ſed non defuit panis, non defuit conſolatio. Ita enim ſuam ipſe animam eſt allocutus; *Egredere : quid times? Egredere anima mea : quid dubitas. Septuaginta propè annis ſerviiſti Chriſto, & mortem times?* In Epitap. Idem in eius vita.

Quàm efficax ſit hæc conſolatio Spiritus S. in Sanctis declarat S. Aug. in Soliloq. *Stephano lapides torrentis dulcoravit : craticulam Laurentio dulcem fecit : fecit Apoſtolos gaudentes ire à conſpectu concilii, Andream cum gaudio ire ad crucem, Principes Apoſtolorum, alterum crucem eligere, alterum gladium non timere: Bartholomæo propriam pellem dare: Ioannem veneni poculum intrepidè bibere : Agatham ad carcerem quaſi ad epulas ire; hanc ubi Petrus in monte guſtavit, omnem aliam dulcedinem faſtidire fecit.* Deníque inquit Aug. *S. Perpetua lactabat, ſed ubi ipſa à ſpiritu S. buccellam lactis accepit, dulcedo felicitatis perpetuæ eam fecit contemnere filium & patrem, non inhærere mundo, animam perdere pro Chriſto.* Sic S. Felicitas, cùm parturiens doleret ac vociferaretur, inſultans hoſtis : Quomodo, inquit, mortem libenter cras ſuſcipies, quæ pariens adeò perturbaris: Sed illa; *Naturæ debitas pœnas naturali virtute perſolvo. Supplicia autem, quæ ſubminiſtrat impietas, divina gratia ſuperabit.* Soliloqu. cap. 22. Actor. 5. Matth. 17. De Temp. Barbar. c. 5.

MONI

MONITUM XLIV.

Bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.

Joan. 10.

Serm. 80. in Nov.

DIcit S. Aug. *Paſtor amandus, mercenarius tolerandus, lupus fugiendus.* De his ergo tribus agendum. Paſtor, Chriſtus eſt, & miniſtri ejus, qui ejus ſpiritu aguntur. Paſtor primo loco ſalutem ovium quærit, etiam cum periculo bonorum, vitæ. Semper curam habet ovium ſuarum, præſens, abſens, uti poteſt. Non quærit quæ ſua ſunt, exemplo Samuëlis, Pauli. Si aliquid accipit, id facit: primò propter ſe, quia ſine iis non poteſt vivere & ſervire, *accipit ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis exſpectat à Deo.* Deinde accipit propter oves, ne ſint infructuoſæ, expedit eis dare; ita enim etiam fiunt *cooperatores veritatis,* & juſtitiæ, & ſimul mercedem accipiunt. Ita Paulus: *Non quæro datum, ſed requiro fructum:* donum eſt accipientis, fructus dantis.

1. Reg. 12. Act. 20. Tract. de Paſtorib. cap. 2. Epi. Ioan. 3. Matth. 10. Philip. 4.

Chriſtus paſcit oves ſuas, doctrina ſalutari, ſive verbo Evangelii, vita æterna, donatione gratiæ, Sacramentis, ſuis, Sanctorumque exemplis. Sic ejus miniſtri, verbo prædicationis, docendo ignorantes, ut ſciant, hortando ſcientes, ut faciant, ſingulis alimenta convenientia providendo, lac infirmis, eſcam fortibus. Item Sacramentorum prompta & hilari diſpenſatione: exemplo vitæ, quam bonis

bonis omnium virtutum exemplis ornare ſtudent, providentes ne quid oves in eis cernant, *quod meritò poſſent reprehendere, & quod, ſi imitarentur, peccarent.* Unde eis Petrus : *Forma facti gregis ex animo.* Et Paulus : *Exemplum eſto fidelium, in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.* Hier. in ep. ad Heliodor. 1. Pet. 5. 1. Timot. 4.

Dictum eſt Petro ; *Paſce oves meas.* Et ipſe Petrus aliis Paſtoribus ; *Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Dei.* Ter dictum eſt Petro à Chriſto ; *Paſce oves meas,* quòd tribus modis Paſtores debent ſuas oves paſcere, ut Bernard. ait, *Paſce,* inquit, *mente, paſce ore, paſce opere. Paſce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione.* Alii ſic, Paſce pabulo doctrinæ, exemplo piæ vitæ, & opum ſubſidio. Vel ſic : Paſce doctrina, Sacramentis, & exemplo vitæ. Paſcit ergo etiam corporaliter neceſſitatem patientes de propriis facultatibus, ſi habeat : (*qui enim non dat ſubſtantiam ſuam pro ovibus, quando dabit animam ſuam?*) vel alios ad id excitando publicè & privatim. *Gloria Epiſcopi,* ait Hier. *pauperum inopiæ providere. Ignominia omnium Sacerdotum propriis ſtudere divitiis.* Ioan. ult. 1. Pet. 5. Serm. 2. de Reſur. Gregor. Hom. 14. Hieron. ad Nepot.

Fugit hic Paſtor, aliquando corpore, quando ejus perſona quæritur, & non deſunt alii, qui gregi ſerviant, ſicut fugit Athanaſius : ſed nunquam animo, quia tunc adhuc ſollicitus eſt pro iis, ut poteſt, orando, ſcribendo, &c. & ſe gregi ſuo reſervat, ſicut fecit Cyprian. Si deſint, qui ſerviant : aut non ipſius perſona quæritur, ſed fides & juſtitia oppugnatur, manet apud oves, etiam cum vitæ periculo, & paſcit eas; ſi non poteſt verbo, certè exēplo, ut Martyrio. *Debēt Paſtores,* inq. Cypr. *oves ſuas non ſolū in pace curare, ſed & in acie armare ac tueri.* Aug. Epiſt. 108. Vide Atha. in apolog. fugæ ſuæ. Pōt. in vita. Epiſt. 54.

Hic

Hic Paſtor amandus, eſt enim veluti Spiritualis quidam parens, per quem nos regenerat Deus, & ad vitam æternam ducit. Si ergo diligendus eſt parens corporis, qui nos ad iſtam temporalem & miſeram vitam procreat, quantò magis Spiritalis? Hinc & Philoſophi dixerunt, plus eſſe honorandos ac diligendos præceptores, qui vitam ac mores inſtruunt, quàm parentes: ab his enim habemus, quod homines ſumus; ab illis, quod homines boni. Homo autem malus, quid eſt, niſi ſub humana ſpecie pecus? Et quid prodeſt natum eſſe, ſi pereundum eſt? De multis verum eſt illud, *Melius illi fuiſſet, ſi non fuiſſet natus homo ille.* Galatis ait Apoſtolus, *Sicut Angelum Dei excepiſtis me: & ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.* Atque ita à plebe ſua amabatur D. Ambroſ. ut in perſecutione; quam patiebatur ab Imperatrice Arriana Juſtina, *excubaret in Eccleſia pia plebs, mori parata cum Epiſcopo ſuo, ſervo tuo, Domine*, inquit Aug. Ita etiam à ſuis D. Baſilius, ut cùm reſciviſſent illum à Præfecto Imperatoris affligi, ſtatim cum armis, facibus, fuſtibus, ſaxis, ut quidque ſe offerebat, mulieres etiam cum radiis adeſſent, ut illum liberarent: ac ipſi Præfecto grave etiam periculum imminebat, ni Baſilius ſui reverentia plebem repreſſiſſet.

Matth. 26.
Gal. 4.
Li. 9. Conf. cap. 7.
Nazianz. in ora. de laudib. D. Baſi.

Graviter Apoſtolus Theſſalonicenſes ſui officii admonet, dicens: *Rogamus vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos: ut habeatis illos abundantiùs in charitate, propter opus illorum.* Et quod opus præſtantius, quàm etiam cum periculo vel detrimento propriæ vitæ, ovium ſalutem procurare? Hoc opus

1. Theſſ. 5.

Paſtorum

Digitized by Google

Paſtorum exprimit etiam Sapiens, cùm de iis loquitur, qui officium regendi alios ſuſceperunt, ſive qui ſpoponderunt pro amico, ut ſunt myſticè Paſtores, qui rationem reddituri ſunt pro ovibus. Heb.13.
Diſcurre, inq. Sapiens, *feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis*, &c. Prov.5. Curant enim ſua diligentia, & indefeſſo ſtudio, ut hi pro quibus obligati ſunt, ſuum officium faciant, ac ſatisfaciant communi omnium creditori Domino, monendo eos & ſuſcitando ad eorum officia. *Divinarum omnium perfectionum diviniſſimam eſſe perfectionem, Dei cooperatorem eſſe in reductione animarum ad creatorem*, ait Dionyſ. Areopag. De cœleſt. Hierarch. cap.3.

Mercenarius eſt, qui primo loco mercedem habet, opes, honores, commoda ſeculi, &c. illi dicuntur *ſeipſos paſcere, lac & lanam quærere*, id eſt, vitæ Ezech 34. neceſſaria, & honorem quo tegitur infirmitas: illis ſtudent, intendunt, propter illa omnia faciunt. Auguſt. de Paſtorib. ca.2. & ſeq. Hinc quando auferuntur iſta, fugiunt animo ſemper, etſi corpore maneant, quia officium ſuum deſerunt. Sed nonne *operarius dignus eſt mercede ſua?* & nonne *ordinavit Dominus, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant?* Matth.10. 2.Cor.9. Ita hoc latè proſequitur Apoſtolus: & Divus Auguſtinus ſæpè ac diligenter monet, & ex Scripturis oſtendit, Paſtoribus in omnibus debere provideri: *& aliter juſto, aliter pauperi dandam Eleemoſynam; hic enim petit, quærit; ille quærendus*. In Pſal.103 conc.3. Magnum populi peccatum, ſubtrahere vel negare Paſtoribus & prædicatoribus vitæ neceſſaria: quòd ille primus ſit fructus fidelium, Paſtoribus in omnibus providere. Terribilis eſt ſententia Apoſtoli ad Hebr. Hebr.6. *Terra venientem ſæpe ſuper ſe bibens imbrem, & non proferens*

ferens fructum ei à quo colitur, maledicto proxima eſt. Sed illa quærere, illis intendere, illa primo loco habere, propter illa omnia facere (quod mercenarii faciunt) grave peccatum eſt.

Hic mercenarius tolerandus: tametſi enim ſua quærat, id eſt, temporalia, ut ventri & iis quæ ſub ventre ſunt, vel aliis cupiditatibus ſerviat: & ſibi noceat impuro animo & corpore ſacra tractando, & ſpiritualia præpoſterè ad terrena ordinando; etiam aliis malo exemplo vitæ, quod malunt homines ſequi, quàm doctrinam bonam: unde & de talibus Nazianz. quod *una manu advocant animas, altera repellunt*, dum quod verbis docent, factis negant; & quia per eos blaſphematur apud hæreticos & infideles Chriſtianum & Catholicum nomen; tamen in multis utilis eſt, quia veram doctrinam tradit, vera Sacramenta conficit & miniſtrat, verum offert Sacrificium, & Dominus exaudit Eccleſiam ſuam per illos, etſi malos, orantem & ſacrificantem. Illa eſt divina bonitas, quòd per mercenarios doctrinæ veritatem docet & cuſtodit, peccatores ad ſe convertit & juſtificat. Hi velut ancillæ ex Verbo Dei & Sacramentis, tanquam ex ſemine Jacob, Deo filios pariunt.

Greg. Naz. In Sent. num. 4.
Rom. 2.
Aug. lib. 1. cōt Donat. cap. 15.

Non itaque propter *illos deſerenda Eccleſia*, inq. Aug. *quia ſecuram fecit plebem ſuam cæleſtis Magiſter de Præpoſitis malis, ne propter illos deſereretur cathedra unitatis, in qua doctrinam poſuit veritatis, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Quæ dicunt*, ait Chriſtus, *ſervate & facite; quorum unum ad doctrinam, alterum ad mores pertinet: ſecundùm opera verò illorum nolite facere; dicunt enim, & non faciunt.*

Epiſt. 166.
Vide de Doct. Chr. lib. 4. c. 27.

ciunt. Pendent nonnunquam uvæ inter ſpinas: quid tunc agendum? *Botrum carpe*, ait Aug. *Spinas cave, ne dum quæris fructum, laceres manum: & dum audis bona docentem, imiteris mala facientem.* Botros habent mali, Verba Dei, ejuſque Sacramenta: habent & ſpinas, exempla malæ vitæ. *Ad te perveniat botri alimentum, ſpinis ſervatur ignis tormentum.* Matth. 23. Tract. de Paſtor. c. 10

Lupus eſt Diabolus & miniſtri ejus, qui illo aguntur ac reguntur: ut hæretici, qui mala ac falſa docent, ſuadent, hortantur: iidem fures ſunt & latrones, quia aliena rapiunt: omnes enim Dei ſumus ratione creationis & redemptionis: hinc vocat oves ſuas: illi tenemur obſequi, ſervire, ſequi. Qui ab ejus nos amore, obedientia, ſervitio ſubtrahunt, vel ejus Eccleſiæ, ſeu Prælatorum (quos in ea conſtituit, quibus dicit, *Qui vos audit, me audit*) fures ſunt. *Perdix fovit, quæ non peperit*, ait Propheta: *Hæretici ſignificantur*, ait Aug. *contentioſi: Chriſtianos enim, quos Chriſti nomine maximè ſeducunt, jam per Chriſti Evangelium natos inveniunt.* Latrones verò, quia dum animas fide boniſque moribus ſpoliant, quo theſauro quid pretioſius? occidunt eas, & ad mortem æternam pertrahunt. Luc. 10. Ierem. 17. Aug. lib. 13. cont. Fauſt. cap. 12.

Sed quomodo *lupus rapit & diſpergit oves*, cùm dicat Chriſtus, *Nemo rapiet eas de manu mea? Rapit*, inquit Aug. *quantum attinet ad mercenarium & negligentem Præpoſitum.* Quod ſerventur, non fit ejus miniſterio, quia officio non rectè fungitur; ſed cura primi Paſtoris, qui promiſit, quando deeſſent Paſtores, vel negligentiùs agerent, *Ego paſcam oves meas.* Sicut dicit idem Aug. in epiſt. ad Ioan. 10. Vide in tract. de Paſtor. c. 4. & ſeq. Ezech. 34.

Digitized by Google

Epiſt.180. Honoratum, quòd *eos, qui pro baptiſmo aut pœnitentia ad Eccleſiam currunt, & propter Paſtoris abſentiam habere nequeunt; conſequatur exitium*, quantùm videlicet attinet ad ipſos Paſtores, impiamque eorum fugam: alioquin *Deus non derelinquit quærentes ſe*. Sic etiam interpretatur quædam verba B. Cypr. de lapſis: ubi dicit, *parvulos, qui per parentes ad idola pertracti erant, amiſiſſe quod in baptiſmo acceperunt*, quantum videlicet attinet ad ipſorum parentum ſcelus. Nam ſtatim eorum cauſam defendit: *Nemo ergo rapit oves de manu Domini; nemo perit, niſi filius perditionis.* Sic vulpes Samſonis, per quas *fraudulenti & fœtentes hæretici ſignificantur, incenderunt ſegetem, non Domini, ſed alienigenarum.*

Pſalm. 9.

Epiſt. 23. Cypr. de Lapſ.

Ioan. 10. & 17.

Iudic. 15.

Aug. in Pſalm. 80. Deinde duobus modis oves intelligi poſſunt: uno, ſecundum præſentem juſtitiam ac fidem, & ſic multæ rapiuntur ac diſperguntur, etiam finaliter: multæ enim fidem ac juſtitiam uſque ad mortem deſerunt, quæ antea fideliter ac piè vivebant. Unde Joannes; *Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.* Et Chriſtus in Evang. *Ad tempus credunt, in tempore tentationis recedunt.* Altero modo ſecundùm æternam Dei prædeſtinationem; & ſic non rapiuntur finaliter, ſed benè ad tempus: ſicut tempore D. Cypr. quidam Confeſſores ad Novatianos defecerant, ſed redierunt: & quoſdam ſcribit, in prima congreſſione devictos; in ſecundo prælio victores extitiſſe: & qui ignibus ceſſerant, ignibus ſuperiores factos.

1. Ioan. 2. Matth. 13.

Lib. 3. Epiſt. 3. Tract. de Lapſ.

Lupus hic fugiendus eſt, quia non niſi malum & interitum ovium machinatur. *Oves meæ*, ait Chriſtus, *alienum non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo.* Alienus eſt quiſquis Chriſtum non prædicat; ſed hære-

Ioan. 10.

ſin.

Digitized by Google

ſin, incontinentiam, inobediētiam, ſuperbiam, &c. *Attendite à falſis Prophetis; Si dixerint vobis, hic eſt, & illic eſt, nolite exire, nolite credere. Eſtote prudentes ſicuti ſerpentes:* obturant aures contra incantatorem: Dicit Cypr. *hæreticos ab auribus; & à latere penitus arcendos*, quòd *peſtes & lues ſint fidei, ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices.* Paula Romana vidua, *hæreticos, ut hoſtes Domini, deteſtabatur, malens inimicitias hominum perpetuas ſubire, quàm Dei offenſam noxiis amicitiis provocare.* Monica Auguſtini mater noluit cum filio Manichæo *menſam habere communem, averſans & deteſtans blaſphemias erroris ejus.* Veriſſimè dixit D. Aug. *Neminem poſſe veraciter eſſe amicum hominis, niſi fuerit ipſius veritatis.* Et præclarè S. Baſil. *Amicitiam Imperatoris magnam cum pietate judico; ſine qua pernitiem potius hanc appello. Nullus inter eos fidus eſt affectus, quorum diverſa eſt fides*, inq. S. Hier. Et, *amicitia nuſquam niſi in Chriſto fidelis eſt*, ait D. Aug. *in quo ſolo eſſe ſempiterna ac felix poteſt.* Atque ut quis ſit lupus, & cur fugiendus, uno verbo dicatur: *Omnis*, inquit D. Ignatius, *qui dixerit præter ea quæ tradita ſunt, tametſi fide dignus, tametſi jejunet, tametſi virginitatem ſervet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupus tibi appareat, in grege ovium corruptionem operans.*

Matth. 7. Matth. 24. De Vnit. Eccleſ.

Hieron. in Epitaph.

Aug. lib. Conf 3. c 11. Epiſt. 25.

Lib. 6. cap. 36 hiſt. Trip.

In cap. 10. Matth. Contr. 2. epiſt. Pelag. lib. 1. cap. 1

In Epiſt. ad Hieron.

MONITUM XLV.

Ego ſum via, veritas & vita. Ioan. 14.

Via, per quam itur: Veritas, ad quam itur: Vita, qua fit ut eatur. Ut de ſingulis dicamus

Serm.5 de Nat. aliquid. *Ideo,*inquit D.Leo,*Chriſtus ſe viam eſſe dixit, ut converſatio Magiſtri forma eſſet diſcipuli: & illam humilitatem eligeret ſervus, quam ſectatus eſt Dominus.* Et rurſum; *Dominus ipſe factus eſt nobis via,quia niſi per Chriſtum non itur ad Chriſtum.Per ipſum autem ad ipſum tendit,qui per ſemitam patientiæ & humilitatis ejus incedit.* Utramque virtutem docuit,utriuſque nobis exemplum præbuit. Atque utraque virtus nobis neceſſaria eſt.

Serm.16. de Paſſ.

Humilitas quidem, ut homo ſubjiciat collum ſuum jugo fidei ac juſtitiæ,id eſt, ut credat & benè operetur: quomodo enim amplectetur fidem Trinitatis,Incarnationis,Crucis,Euchariſtiæ, Reſurrectionis,cæterorumque quæ non intelligit, niſi humilis ſit,intellectum ſuum captivet, & in obſequium fidei redigat? *Superbi nihil magis ineptum, magiſque ridendum cenſent,quàm doctrinam Chriſti,* inq.D.Proſp.*niſi Spiritus Dei aſpernationem ſubegerit ſuperborum, rationéſque illas, quæ ignota virtuti canina facundia repugnabant, gratiæ ſuæ virtute deſtruxerit. Superbiam omnium hæreticorum matrem* vocat S.Aug.De quibus Abdiæ illud intelligit D. Hier. *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in ſciſſuris petrarum. Quis hæreticorum non in ſuperbiam extollitur,*inq.Hier.*Eccleſiæ ſimplicitatem parvipendens, & fidem imperitiam reputans?* Et alibi ipſe de ſe; *Semper habui ſtudio audientibus loqui, quæ publicè in Eccleſia audieram, nec Philoſophorum argumenta ſectari, ſed ſimplicitati Apoſtolorum acquieſcere.* Et D. Auguſt. petit removeri à ſe tentationem petendi à Deo aliquod ſignum, quòd ei *ſimplicem ac humilem deberet famulatum.* Prædicatio Crucis Chriſti Judæis ſcandalum erat, gentibus

2.Cor.10. Cont. Collat. cap.10. Cont. epiſt. Fundam. cap.6. In illum locum Abd. Ad Creſiphont. Li.10.Conf cap.35. 1.Cor.1.

Digitized by Google

gentibus ſtultitia, fidelibus autem Dei virtus & Sapientia.

Deinde quis aget pœnitentiam, confitebitur peccata; dimittet in ſe peccanti, inimicos diliget,&c. niſi ſe humiliet? Tempore Cypriani, quidam ne *Deum orarent, ne exemologeſin criminum facerent, ab omni ſenſu & fructu pœnitentiæ ſe removerunt*. Sicut & noſtro ob hoc & ſimilia ſuperbis & carnalibus gravia, multi recedunt ab Eccleſia. *Tales nos præbere debemus ad doctrinam Chriſti*, ait D. Baſil. *qualis eſt parvulus in percipiendis diſciplinis, qui non contradicit, neque diſputans ſe adverſus magiſtros defendit, ſed tradita ſibi præcepta cum fide & obedientia ſuſcipit*.

Lib. 1. epiſt. 3.

In Reg. bre. reg. 21.

Patientia verò neceſſaria eſt, ut homo in fide ac juſtitia perſeveret. Quia enim variis afflictionibus exercetur vita hominis Chriſtiani ſuper terrã, ſive à Domino Deo, qui ſuos hîc probat & purgat, ſive ab hominibus, præſertim malis, qui non ferunt diſſimiles animos, ſed eos rident, calumniantur, ſpoliant, perſequuntur, facilè fidem aut juſtitiam deſeret, niſi clypeo patientiæ ſit munitus. *Poſſe pati facile eſt, ſi non patientia deſit*, ait Poëta. Et alius; *Durum, ſed levius fit patientia, quicquid corrigere eſt nefas*. Hinc Chriſtus, *In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras*. Et ejus Apoſt. *Patientia vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem*. Et, *Iis, qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, reddet vitam æternam. Patientia eſt*, inquit D. Cypr. *quæ nos Deo & commendat & ſervat: ipſa eſt, quæ iram temperat, quæ linguam frænat, quæ mentẽ gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis im-*

Vide Mon. 10.

Ovid.
Horat.

Luc. 21.
Hebr. 10.
Rom. 2.

De bono patientiæ.

Digitized by Google

petum frangit, tumoris violentiam comprimit, incendium ſimultatis extinguit, coërcet potentiam divitum, inopiam pauperum refovet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laborioſam caſtitatem, in conjunctis & maritatis individuam charitatem; facit humiles in proſperis, in adverſis fortes, contra injurias & contumelias mites; docet delinquentibus citò ignoſcere; ſi ipſe delinquas, diu & multùm rogare: tentationes expugnat, perſecutiones tolerat, paſſiones & martyria conſummat. Ipſa eſt, quæ fidei noſtræ fundamenta firmiter munit, &c.

Pſal. 4. *Chriſtus etiam Veritas eſt*. Hîc eſt vanitas, & mendacium. Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? omnia enim iſta terrena fructum non afferunt, ſed detrimentum: nec præſtant felicitatem, quam promittunt. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, clamat Sapiens: & orat David; *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*; id eſt, ne illam quærant, illam diligant. *Vanitati ſubjecti ſumus; ſed ſperamus, nos adhæſuros contemplandæ veritati: ad quam anhelabat, qui dicebat; Averte oculos meos, ne videant vanitatem: petens*, inquit Aug. *ut in ea ſorte ſit, quæ in illo quandoque poſſit impleri, cùm liberabitur à ſervitute corruptionis, & ſpiritu, & anima, & corpore, in libertatem gloriæ filiorum Dei, ubi jam non videat vanitatem.*

Eccl. 1. Pſal. 118. Aug. ibi. conc. 12. Loco citat. Rom. 8.

Iob 14. Ad quam etiam vanitatem pertinet illa mutabilitas, quæ videtur in hominis animo & corpore: nunc bonus, nunc malus: nunc triſtis, nunc lætus: nunc devotus, nunc indevotus: nunc ſanus, nunc æger: nunc fortis, nunc infirmus: nunc juvenis, nunc ſenex, &c. Nunquam in eodem ſtatu permanens, & per crebras hujuſmodi mutabilitates, ſenſim

ſim evaneſcens, nihiloque propinquans. *Quia enim*, ait D. Greg. *ſemper ſtantem deſeruit, ſtatum quem habere potuit, amiſit.* Lib. 11. Mor. ca. 27

Denique hîc umbra eſt, in Chriſto veritas; omnis hujus vitæ lætitia, omnis honor, ornatus, potentia, decus & cætera omnia bona, quæ homines hîc admirantur & amant, umbræ ſolùm rationem habent ad futura bona in Chriſto, & à Chriſto nobis in futuro ſeculo promiſſa. Et cùm illa relicto Deo ſectantur, quid niſi umbram ſequuntur: rem fugiunt & amittunt, ſicut canis Æſopicus? Iob 7.

Ecce ille ſervus, ait Auguſt. de ſe adhuc ſeculari, *fugiens Dominum ſuum, & conſecutus umbram.* Ubi etiam oſtendit, quomodo ſit quædam defectiva ſpecies & umbratica vitiis fallentibus. *Nam & ſuperbia celſitudinem imitatur, cùm tu, Domine*, inquit Aug. *ſis unus ſuper omnia Deus excelſus. Et ambitio quid niſi honores quærit & gloriam, cùm tu ſis præ cunctis honorandus unus & glorioſus in æternum. Et ſævitia poteſtatem timeri vult. Quis autem timendus, niſi unus Deus? Cujus poteſtati eripi aut ſubtrahi quid poteſt, quando, aut ubi, aut quo, vel à quo poteſt? Et blanditiæ laſcivientium amari volunt: ſed neque blandius eſt aliquid tua charitate, nec amatur quicquam ſalubrius, quàm illa præ cunctis formoſa, & luminoſa veritas tua. Et curioſitas affectare videtur ſtudium ſcientiæ, cùm tu omnia ſummè noveris. Ignorantia quoque atque ſtultitia, ſimplicitatis & innocentiæ nomine tegitur, quia te ſimplicius quicquam non invenitur. Quid autem te innocentius, quandoquidem opera tua malis inimica ſunt? Et ignavia quaſi quietem appetit. Quæ verò quies certa, præter Dominum? Luxuria ſatietatem atque abundantiam ſe cupit vo-* Lib. 2. conf. cap. 7. Ibid. cap. 6.

1.Tim.6. Iac.1. *cari;tu tamen es plenitudo & indeficiens copia incorruptibilis ſuavitatis. Effuſio liberalitatis obtendit umbram; ſed bonorum omnium largitor affluentiſſimus tu es. Avaritia multa poſſidere vult; & tu poſſides omnia. Invidia de excellentia litigat; quid te excellentius? Ira vindictam quærit;te juſtius quid vindicat? Timor inſolita & repentina exhorreſcit, rebus quæ amantur, adverſantia, dum præcavet ſecuritati. Tibi enim quid inſolitum, aut repentinum? aut quis à te ſeparat, quod diligis? aut ubi, niſi apud te, firma ſecuritas? Triſtitia rebus amiſſis contabeſcit, quibus ſe oblectabat cupiditas; quia ita ſibi nollet, ſicut tibi auferri nihil poteſt. Ita fornicatur anima, cùm avertitur abs te, & quærit extra te ea, quæ pura & liquida non invenit, niſi cùm redit ad te.*

Lib. 13. cōf. cap. 8. In Chriſto ergo veritas;in aliis vanitas & mendacium. Hinc rurſum D. Auguſt. *Da mihi te, Deus meus, redde mihi te. Te enim amo, & ſi parum eſt, amem validiùs. Non poſſum metiri, ut ſciam quantùm deſit mihi amoris ad id quod ſatis eſt, ut currat vita mea in amplexus tuos, nec avertatur, donec abſcondar in abſcondito vultus tui. Hoc tantùm ſcio, quia malè mihi eſt, præter te, non ſolùm extra me, ſed & in meipſo: & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.* Et alibi; De natura boni, cap. 7. *Tale bonum eſt Deus, ut nemini eum deſerenti benè ſit; & in rebus à Deo factis, tam magnum bonum eſt natura rationalis, ut nullum ſit bonum, quo beata ſit, niſi Deus.*

Poſtremò ipſe eſt Vita, qua fit ut quis poſſit progredi. Ut enim quis incedat & ambulet, vivat neceſſe eſt: mortui progredi non poſſunt. Quid autem proderit ſcire, quò & quà eundum, ſi homo ambulare non poſſit? Dat ergo ei Chriſtus vitam

vitam & vires, ut poſſit ambulare. Hæc eſt ejus gratia, qua homo vivificatur & fortis efficitur ad progrediendum. Gratia quidem aliqua eſt doctrina & exemplum, quæ aures & oculos feriunt: ſed *niſi Deus altiùs miſereatur*, cor tangendo & mutando, non fit humilis, non fit patiens, etſi doctrinam audiat, exempla videat. Hinc toties orat Propheta David: *Vivifica me ſecundùm verbum tuum.* Sicut enim corpus ab anima vitam accipit, ut ambulet & operetur, ſic anima à Chriſto. *Ego*, inquit, *faciam ut in præceptis meis ambuletis. Ego dabo vobis cor carneum.* Aug. lib. 10 Conf. ca. 6. Pſal. 118. Ezech. 36.

D. Aug. comparat liberum hominis arbitrium jumento, gratiam ſeſſori: *ſicut enim jumentum manu ſeſſoris regitur, ut iter rectum poſſit incedere, quoadusque ad locum perveniat deſtinatum; ita liberum arbitrium gratiæ regimine regitur, ut in ſemitis Domini poſſit ambulare quoadusque ad promiſſum, regnum perveniat.* Et alibi: *Chriſtus, præterquam quod ſe ad juſtitiam exemplum præbuit, dat etiam ſui ſpiritus occultiſſimam gratiam fidelibus, quam latenter infundit & parvulis.* Et D. Leo, *Salvator noſter univerſis in ſe credentibus, & ſacramentum condidit, & exemplum, ut unum apprehenderent renaſcendo, alterum ſequerentur imitando.* Sacramentum eſt occulta gratia, qua homo juvatur, ut ſequi ac imitari poſſit. Denique D. Bernard. *Volo*, inquit, *totis niſibus humilem ſequi Ieſum. Cupio eum qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, quibuſdam brachiis vicariæ dilectionis amplecti: Sed oportet me & agnum manducare Paſchalem: alioqui vitam in meipſo non habebo.* Si autem vitam non habeo, quomodo ſequi potero? Ille autem manducat agnum Paſchalem, Lib. 3. hypognoſtic. lib. 1. de pec. merit. cap. 9. Ser. 14. & 16. de Paſſ. Epiſt. 189.

qui particeps ſit paſſionis Chriſti,ſeu gratiæ,quam ille nobis ſua paſſione promeruit: ut ipſemet explicat in Pſalm.xc. verſ.3.

MONITUM XLVI.

Scrutemur vias noſtras.

Threnor. 3.

D.Aug. ſer. 105.in nov. QUoniam *in iſta vita habemus quaſdam mortalitatis fragilitatiſque rimulas,per quas frequenter intrat peccatum de fluctibus hujus ſeculi*; ſæpe ſentinandum, ne demergamur: licèt enim in Sanctis crimina non ſint, ſive mortalia peccata; venialia tamen etiam multitudine premunt,& ad mortalia Eccleſ. 19. diſponunt. *Qui enim ſpernit modica, paulatim decidet*.Et qui parvos non vitat defectus,paulatim labitur ad majores. *Exteriora itaque noſtra,& interio-* Lib.2.ca.19 de Imitat. *ra diligenter ſcrutanda ſunt*, ait Kemp. more fortis Prov 31. mulieris,de qua Sapiens in Prov. *Conſideravit ſemi-* Thren.3. *tas domus ſuæ*. Ad quod hortatur nos Ieremias Propheta,dicens, *Scrutemur vias noſtras,& quæramus,* Cypr.de lapſ. *& revertamur ad Dominum*.Et D.Cypr. *Actus no-* Apoc.4. *ſtros & animi ſecreta revolventes, conſcientiæ merita ponderemus*. Eò pertinent oculi animalium,qui & foris erant & intus: omnia enim examinanda & Seſſ.14.c.5. diſcutienda,cogitationes,deſideria,verba & opera. Et,ut eſt in Conc.Trid.debet quiſque *ſeipſum diligenter excutere,& conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & la-* Ser.11.de Quadrag. *tebras explorare*. Unde & D.Leo; *Quis fidelium*, inq. *conſcientiæ ſuæ,aut tam gratioſus, aut tam negligens*

eſt

eſt arbiter, qui ignoret quid à ſe auferri, aut quid in ſe oporteat augeri? Quis neſciat, quibus virtutibus ſtudere, quibus vitiis debeat repugnare?

Imitandus bonus agricola vel hortulanus, qui ſæpe ſolet agrum vel hortum ſuum inviſere, ut lolia evellat, bonas herbas irriget ut creſcant. Reprehenditur in Script. homo piger, *qui agrum ſuum ſpinis & urticis oppleri permittit*: quem dicit D. Auguſt. *habere hîc maledictionem in omnibus operibus: & poſt hanc vitam habiturum vel ignem purgationis, vel pœnam æternam.* Sunt qui exponunt de Iſaac Patriarcha, quod *exivit in agrum ad meditandum*, id eſt, commemorandum, quæ eo die deliberaverat, dixerat, audierat, egerat: quod ſe quoque Cato Cenſorius, more Pythagoræorum, quotidie facere ſolitum confirmat apud Ciceronem. Prov. 24. lib. 2. de Gen. cont. Manich. cap. 20. Gen. 24. Cic. de ſenect.

Non prius in dulcem declines lumina ſomnum
Omnia quàm longi reputaveris acta diei. Virgil.

Examinanda autem ſunt omnia & dijudicanda ex regula veritatis, & non ex noſtra conſuetudine, aut cupiditate, quæ excæcant. *Opus ſuum probet unuſquiſque*, ait Apoſtolus, id eſt, examinet ad normam Divinæ legis ſeu voluntatis, quæ eſt noſtræ vitæ regula, ad quam actiones noſtras omnes, imò & cogitationes atque aff. ctus, dirigere & conformare debemus, quam nobis aperit in ſcripturis ſanctis, præceptis, conſiliis, &c. Unde D. Leo dicit, quod *Deus ſplendidiſſimum in ſuis mãdatis condidit ſpeculum, in quo homo mentis ſuæ faciem inſpiceret, & quàm conformis imagini Dei, aut quàm diſſimilis eſſet agnoſceret.* Hinc vocantur *Teſtimonia* apud Davidem & alios, tum ob alias cauſas, tum quia teſtantur, an benè vel malè vixeris aut feceris, Galat. 6. Ser. 11. de Quadr. Pſal. 118.

Iacob.2. ris. Unde & D. Jacobus, *Redarguti à lege quaſi tranſgreſſores.*

Ut autem viriliter iſta à nobis agantur, orandus eſt frequenter Dominus Deus, oratione Divi Auguſtini, *Meipſum mihi indica.* Et, *Noverim te, noverim me.* Et David orabat; *Proba me, Domine, & ſcito cor meum,* id eſt, fac ut mihi ipſi innoteſcam & ſciã cor meum. Sicut dicebat Abrahæ; *Nunc ſcio,* id eſt, interprete Auguſtino, *ſcire te feci quod timeas Dominum.* Quia enim cor hominis abyſſus eſt, etiam ſibiipſis non facilè credunt Sancti, nec ſeipſos judicant, uti Apoſtolus Paulus, etſi *nihil ſibi eſſet conſcius. Pravum enim eſt cor hominis & inſcrutabile,* ait Propheta, *quis cognoſcet illud?* Multi ſæpe ſeipſos quærunt in rebus quas agunt, & neſciunt: paſſione interdum moventur, & zelum putant: ſæpè malè agunt, & peius excuſant. *Nonnunquam,* inquit Aug. *ſunt apertiſſima vitia, quæ aliis vitiis vincuntur occultis, quæque putantur eſſe virtutes, in quibus regnat ſuperbia, & quædam ſibi placendi altitudo ruinoſa.*

Lib.10.cõf ca.37. Soliloq.lib.2. cap.1. Pſal.138. Gen.22. Aug.quæſt. 57. & 58. in Gen. 1. Cor.4. Ierem.17. Lib.21. Civit.c.16.

Unde orans Dominum V. Beda; *Si quid,* inquit, *boni te largiente fecero, quo fine hoc faciam, quáve di-diſtrictione à te penſetur, ignoro.*

In cap.18. Luc. & in 2. Apoc.

Dum autem noſtra ita examinamus ad legem Domini, multos defectus ac errata deprehendimus legi Dei contraria: hinc dolor cordis & amaritudo animæ. Sicut dicitur in Eſdra, quod *omnis populus flebat, cùm audiret verba legis:* videbat enim quantùm defeciſſet ab ejus obſervatione, ac in quàm multis ac gravibus deliquiſſet. *Converſus ſum in ærumna mea,* ait David, *dum configitur ſpina.* Id eſt dum peccatum ita agitatur & declaratur per legem, pungit, & pœnam ac dolorem adfert: hinc

Eſdr.2.ca.8 Pſalm.31.

Digitized by Google

hinc pœnitentia & converſio ad Deum: ſicut cùm ſpina in corpore agitatur & volvitur, pungit, moleſtat ac dolorem generat. Sic Auguſt. *Fortè*, ait, *ad hoc pertinet & illud Evangelii, Servus qui novit volũtatem Domini, & non facit, vapulabit plagis multis*, id eſt, *multis animi doloribus affligetur. In multis enim quantum nobis innoteſcit voluntas Dei, etiam reatus noſter innoteſcit nobis; & quantò ille nobis innoteſcit, tantò plus imus in fletus & lachrymas. Videmus enim quàm ſit juſtum quod exigit Deus de nobis, in quanta adhuc imperfectione jaceamus, & fit in nobis quod dictum eſt, Qui apponit ſcientiam, apponit dolorem.* Et; *Cor intelligens, quaſi tinea eſt oſſibus. O felix dolor! O felix pœnitentia, quæ ad ſe Dei trahit oculos! quæ furentem ſententiam Dei confeſſo errore mutat!* inquit Hieron. *Pœnitentia*, ait Tertull. *temporali afflictione æterna ſupplicia non ſolùm fruſtratur, ſed etiam expungit. Primus felicitatis gradus eſt*, inquit Cypr. *non delinquere: ſecundus delicta cognoſcere, & deflere. Illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela, quæ ſanet.*

In Pſal. 98.
Luc. 12.
Eccleſ. 1.
Hieron. in Epitaph. Fabiolæ.
Tertull. de Pœnit. c. 9.
Cypr. lib. 1. ep. 11.

Triplicem autem Pœnitentiam diſtinguit Divus Auguſtinus. *Una eſt baptizandorum.* Niſi enim eos pœniteat veteris vitæ, novam inchoare non poſſunt: à qua ſoli immunes ſunt infantes, qui baptizantur ob defectum vſus rationis. Ad quam pœnitentiam hortabatur Petrus Iudæos: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm*, &c. hæc ſatisfactionem non requirit, quia baptiſmus perfectè omnia peccata condonat, quantumvis multa & horrenda, ut nulla etiam futuri ſæculi pœna luenda reſtet, ſi ſtatim poſt baptiſma ſequatur ex hac vita migratio. Hinc Ambroſ. *Gratia Dei non requi-*

lib. 50. hom hom. 30.
Act. 2. Aug. Enchir. 64.
Aug. l. 2. de pecc. mer. c. 28. l. 1. c. 20
In cõment.

Digitized by Google

rit gemitum, neque planctum, vel etiam opus aliquod, videlicet afflictivum, *ſed ſolam fidem, & omnia gratis condonat*, id eſt, ſine compenſatione, qua Dei juſtitiæ per ſui punitionem ſatisfiat, ſicut poſt baptiſmum.

Vide Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 8. Altera eſt relapſorum poſt baptiſma, quæ Divina ſic exigente juſtitia, requirit contritionem, confeſſionem, ſatisfactionem per jejunia, eleemoſynas, &c. Unde dicitur laborioſus quidam baptiſmus. *Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam* Hebr. 10. *notitiam veritatis*, ait Ap. *jam non relinquitur pro peccatis hoſtia*, levis videlicet & facilis illa ratio expiandi peccata, qualis fuit in baptiſmo, ſed difficilior & laborioſior, per jejunia, eleemoſynas, &c. quæ niſi fiant, vel per indulgentiam donentur, reſtat *terribilis expectatio iudicii, &c.* Unde D. Cypr. De Lapſis. *Quàm magna deliquimus, tam granditer defleamus. alto vulneri longa & diligens medicina non deſit. Pœnitētia crimine minor non ſit. Non ſit minor medicina: quàm vulnus eſt: non ſint minora remedia, quàm funera.* Epiſtol. 31. ad Virg. lapſam. Et D. Ambr. *Secundùm molem conſcientiæ, exhibenda eſt magnitudo pœnitentiæ.* Et S. Aug. docet in Enchir. Enchirid. cap. 65. *Deum in ignoſcendis criminibus reſpicere mēſuram doloris & cordis contriti.* Hanc Pœnitentiam tollebat Novatianus, aſſerens nemini poſt lapſum dandam remiſſionem; cujus tamen poſteri relaxabant veniam levioribus, nō gravioribus. Sed Deus inq. S. Ambr. de Pœnit. Lib. 1. ca. 1. 2. & ſeq. diſtinctionem non fecit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & relaxandi licentiam Sacerdotibus ſuis, ſine ulla exceptione conceſſit. Idem ante eos docuerunt Montaniſtæ, quorum ſomnia ſequens Tert. acriter invehitur in edictum Zephirini Papæ, quo mœchis & fornicatoribus

totibus pœnitentiam agentibus veniã ſpondebat, vocãs illud, *ad libidinem illex*, &c. Vide de pud. c. 1.

Eſt denique quotidiana pœnitentia juſtorum, pro delictis quotidianis. *Quis enim non infirmatur in carne? quis non ſordeſcit in pulvere? Lugent enim Sancti, non ſolùm*, inq. Aug. *ob vitæ hujus mutabilitatem, ignorantiã, miſeriam, pericula, tentationes*, &c. *Sed etiam propter ipſum pulverem hujus mundi, qui ambulantium viam hujus vitæ pedibus adhæreſcit. Quantumlibet caſtè & ſobriè mortalis hæc vita ducatur*, ait Leo, *quodam tamen pulvere terrenæ converſationis aſpergitur, & nitor mentium ad Dei imaginem conditarum non ita à fumo totius vanitatis alienus eſt, ut nulla poſſit ſorde fuſcari, & non ſemper indigeat expoliri.* Dicebat Aug. *Nec laudatos Chriſtianos & Sacerdotes abſque digna & competenti pœnitentia, exire de corpore debere.* Quod & ipſe fecit in ultima ſua ægritudine, legendo pſalmos pœnitẽtiales, & ubertim ac jugiter flendo. Dicebat S. Martinus: *Non decere Chriſtianum, niſi in cinere & cilicio mori.* Ut refert Sulpit. ep. 3. Et in Conf. Aug. loquens de tentatione vanæ gloriæ; *Tu Domine*, inquit, *noſti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum.* Et de delectatione ex cantu: *Flete mecum*, inquit, *& pro me flete, qui vobiſcum boni aliquid intus agitis, unde facta procedunt.* Paula Romana *ita levia plangebat peccata*, uti refert Hier. *ut illam graviſſimorum criminum ream crederes, illud implens de Pſalterio; Lavabo per ſingulas noctes lectũ meum, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. In quo fontes crederes lachrymarum.* S. Catharina Sen. de ſuo comptiori ornatu dicebat; *Ignem inferni non ſufficere ad illud peccatum purgandũ, illud ſæpe cũ gemitu & lachrymis confitens.*

Leo ſer. 5. de Quad. Hom. 50. inter 50.

Ser. 5. de Quadrag.

Poſſidon. in vita, c. 31.

Vide lib. 10. Conf. c. 30.

In Epitaph. Pſal. 6.

Notan-

Ad Salvinam. Notandum verò quod ait D. Hier. *Non ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia. Cavendum eſt vulnus quod dolore curatur. Aliud eſt integra nave, & ſalvis mercibus portum ſalutis intrare; aliud nudum hærere tabulæ, & crebris fluctuum recurſibus ad aſperrima ſaxa collidi.* Sic

Ser. 14. in Nov. Hier. idem ad Demetriad. *Nos,* inquit, *ignoremus pœnitentiam, ne facilè peccemus. Illa quaſi ſecunda poſt naufragium miſera tabula ſit; in virgine integra ſervetur navis,* &c. Ac ſi frequens eſt lapſus, ſit & frequens pœnitentia. Alioqui Auguſtinum audi; *Rogo vos, quam poterit habere ſpem ſalutis creber in morbis, piger in remediis? Sed parvi morbi ſunt. Congere, & premunt. Minora peccata ſunt quæ habeo, non ſunt multa. Nam quomodo minora ſint; quæ premunt, obruunt? Quid minutius pluviæ guttis? flumina implent. Quid minutius granis tritici? horrea implent,*

In Paſt. par. 2. adm. 34. &c. Et Gregorius, *Hoc agit ſentina latenter excreſcens, quod patenter procella ſæviẽs: & minuta ſunt, quæ erumpunt in mẽbris per ſcabiem vulnera, ſed cùm multitudo eorũ innumerabiliter occupat, ſic vitã corporis,*

Eccleſ. 19. *ſicut unũ grave inflictũ vulnus pectori, necat. Hinc ſcriptũ eſt, qui modica ſpernit paulatim decidit. Qui enim peccata minima flere ac devitare negligit, à ſtatu juſtitiæ nõ quidẽ repẽtè, ſed partibus totus cadit.* Ita Greg.

MONITUM XLVII.

Ite, oſtendite vos Sacerdotibus.

Luc. 17.

Prover. 17. PRælatis, Paſtoribus, iiſque quibus aliorum commiſſa eſt cura, dicitur à Sapiente, *Diligenter*

Digitized by Google

ter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera: id eſt,eorum habitum,conditionem,inclinationem,&c.qui tuæ fidei commendati ſunt. Quod ideò mandatur,ut illis cognitis, meliùs poſſint eos in Domino juvare ac dirigere.Neque enim una ratione & via omnes juvandi, nec omnibus ægris una medicina adhibenda: quod enim uni remedium eſt, alteri poſſet eſſe venenum. *Multa Paſtori opus eſt prudentia,* inquit Chryſ. *Sexcentis etiam (ut ita dicam) oculis,ut rectè undique humani animi habitum circumſpicere poſſit.* In his ergo ſubditi optimè ſuperiores ſuos juvare poſſunt, ſi ſe, ſuamque conſcientiam ac vitam illis integrè ac ſincerè aperiant, nihil celantes quod ad eam pertinet. De Sacerdot.

Nihil ſic agit Diabolus, præſertim in homine quem videt perfectioni ſuæ ac ſaluti ſtudere,quàm ut ſe ſuaque omnia celet,ſciens illam eſſe commodam rationem hominem ad multa abſurda pertrahendi.Et ſtatus talis hominis admodum eſt periculoſus. Unde eſt conſilium cujuſdam ſapientis, datum ei qui à ſpiritu fornicationis impugnabatur.*Ne abſcondas cogitationes tuas:ita enim confuſus immundus ſpiritus diſcedet à te. Nihil enim ita confundit dæmones,eorumque virtutem allidit, quàm ſi quis ſecreta cogitationum immundarum & ſimilium revelet ſanctis Patribus.* Indigniſſimè ferunt artes ſuas & machinationes, quibus miſerum hominem cupiunt perdere, prodi, & contra eas opportuna remedia præberi. In vitis Patrum.

Eſt quidem ita, reperiri indoctos, imprudentes, periculoſos: ſed ſicut is qui diſcere vult, non ſe cuilibet ſine diſcrimine erudiendum tradit, ſed ei qui magiſter optimus habeatur; ita in negotio

negotio conſcientiæ, virtutis ac perfectionis ſtudio, quærendus eſt ille, qui ejuſmodi viæ dux optimus perititiſſimuſque judicetur, eique committenda omnia. *Circumſpice diligentiùs*, inquit Origenes, *cui debeas confiteri peccatum tuũ. Proba priùs medicũ, cui debeas cauſam languoris exponere.* Sic & Baſil. *Omnino in peccatorum confeſſione eadem ratio eſt, quæ in apertione vitiorum corporis: & ut hæc nequaquam quibuſvis temerè homines aperiunt, ſed iis tantummodò, qui rationem ea curandi tenent: ſic peccatorum confeſſio fieri debet apud eos qui ea poſſunt curare.*

Hom. 2. In Pſal. 37.

In reg. brevior. quæſt. 229.

Primò ergo illis oſtendendum, ſi ſimus in fide, ſi fortè de ſanitate fidei noſtræ velimus cognoſcere. Ipſorum enim eſt judicare de veritate fidei, quos Dominus in Eccleſia ſua conſtituit *Paſtores & Doctores, ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, neque circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum.* Horum ergo judicio in rebus fidei libenter nos ſubjiciamus, & ſi quid fortaſsè minus rectè credimus, ex ipſorum ſententia emendetur. *Fundamentum ſpiritalis ædificii fides eſt*; & valdè curandum ut ſit ſincera ac integra, alioqui *niſi integram inviolatamque* habeas ac ſerves, in æternum periſti. Et maximè hoc tempore, quando tot ſeductores exierunt in mundum; & tanta eſt hominum multitudo qui ſequuntur illos; *ita ut à paucis teneatur ſincera fides, & ab omnium pravarum opinionum labe purgata*: quod in noviſſimo tempore futurum prædixit Dominus: *Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem ſuper terram?* Et hæc eſt ventura *diſceſſio* (à fide) de qua Apoſt.

Epheſ. 4.

De præd. Sanct. c. 7.

Athanaſ. in Symb.

Vide Aug. in pſal. 7.

Luc. 1.

2. Theſſ. 2.

D. Irenæus. *Iis, inq. qui ſunt in Eccleſia Presbyteris obaudire oportet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis,*

Lib. 4. cont. hæreſes.

&

& tum ipſa ſucceſſione chariſma veritatis certum acceperunt: reliquos qui ab hac ſucceſſione abſiſtunt, contemnere. Summo Sacerdoti dictum eſt, *Paſce oves meas.* Et, *Confirma fratres tuos.* Aliis etiam dicitur, *Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei.* Sicuti autem illis præcipitur paſcere, ita ſine dubio aliis præcipitur paſtum ab illis quærere & accipere: optimum autem pabulum, doctrina veritatis. Monet Demetriadem Virginem D. Hieron. *Sancti Innocentii, qui Apoſtolicæ cathedræ, & Anaſtaſii ſucceſſor & filius eſt, teneas fidem: nec peregrinam (quamvis tibi prudens callidaque videaris) doctrinam recipias.* Qui & ipſe ad Damaſum Pontificem ſcribens; *Inde*, inquit, *animæ meæ poſtulo cibum, ubi Chriſti veſtimenta ſuſcepi: ubi, profligato à mala ſobole patrimonio, incorrupta Patrum ſervatur hæreditas. Labia ſacerdotis*, inquit Propheta, *cuſtodiunt ſcientiam, & legem Domini requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum eſt.* Et in Deuteronomio præcepit Dominus, ut audirent Sacerdotes, ab eis legem diſcerent, in ambiguis quæſtionibus eorum judicio fiderent. Ita & jam (uti ex Paulo dictum eſt) *conſtituit Paſtores & Doctores; ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, &c.* De quibus & alibi; *Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem.*

Ioan. ultim. Luc. 22. 1. Petr. 5. In epiſt. ad Demet. In epiſt. ad Damaſ. Malach. 2. Deuteron. 17. Epheſ. 4. Hebr. 13.

Deinde ſacerdotibus in Confeſſione oſtendenda ſunt peccata noſtra: quorum gravitas vel levitas *non humano, ſed Divino penſanda eſt judicio*, ut ait Auguſt. ac illorum eſt pœnitentes & confitentes ab iiſdem abſolvere, quam poteſtatem eis conceſſit Deus. Sed nonne Deus ſolus peccata dimittit, ut Ambroſius ait? ſolus authoritate primaria, nec

Enchirid. 78. 79.

aliunde ſibi communicata: homines verò poteſta-
Ioan. 20. te à Deo accepta. Clara eſt enim ſcriptura, *Quorum*
Matth. 18. *remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Quæ ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Et quando tales honoramus, Deum ipſum in eorum perſonis nos honorare arbitramur. Iudices illos ac Medicos animarum conſtituit. Quibus etiam mandatur in
Sub Innoc. 3. cap. 21. Conc. Lateran. ut *diligenter inquirant circumſtantias peccati & peccatoris, per quas intelligant, quale illi dare conſilium, ac remedium debeant adhibere.* Non enim minùs curare debent, ut à futuris peccatis conſervent, quàm ut à præteritis abſolvant. Hinc inveſtigant diligenter cauſas & radices peccatorum. *Cauſa enim morbi inventa, curationem inventam putant medici,* inquit Cicero. Aliquando eſt ignorantia, aliquando conſuetudo mala, aliquando mala cupiditas, ſocietas prava, &c. has cauſas conantur exſcindere, opportuna remedia oſtendere, ne conceſſa ſanitas animæ amittatur.

Hom. 49. inter 50. *Nemo ergo ſibi dicat,* ait D. Aug. *Occultè ago apud Dominum pœnitentiam: novit Deus, qui mihi ignoſcat, quid in corde ago. Ergo ſine cauſa dictum eſt,*
Matth. 18. *Quæ ſolveritis in terra, ſoluta erunt in cœlo? Ergo ſine cauſa*
De pœnit. cap. 1. *claves datæ ſunt Eccleſiæ Dei?* Sic & D. Ambr. cum Novatianorum hæreſin convelleret, qui ſoli Domino poteſtatem peccata remittendi, reſervandam aſſerebant; *Ecquis Deum,* inquit, *magis veneratur, qui nec mandatis illius obtemperat, an qui reſiſtit? Deus nobis juſſit eius miniſtris obtemperare, quibus cùm pareamus, honorem ſoli Deo deferimus.* Ex dictis etiam ſatis intelligitur neceſſitas peccata confitendi. Debet enim medicus cognoſcere morbum infirmi, Judex cauſam rei. Unde D. Hier. dicit,

Sacer

Digitized by Google

Sacerdotem cùm peccatorum audierit varietates, ſcire quis ligandus ſit, quiſve ſolendus, & ut eſt in Concilio Carthaginenſi: *Pœnitentibus ſecundùm peccatorum differentias, Epiſcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernebantur.* Notam igitur oportebat eſſe peccatorum differentiam: nec poterat eſſe nota, niſi ex propria confeſſione reorum, niſi in quibuſdam publicis, quæ pauca ſunt comparatione cæterorum. In cap. 16. Matth. Conc. Carthag. 3.

Tertiò oſtendendæ etiam ſacerdotibus ſunt tentationes & vexationes carnis & ſpiritus, quibus homines hoſtis oppugnare ſolet, & in peccata infidelitatis, puſillanimitatis, libidinis, &c. inducere. *Quiſquis*, inquit D. Greg. *intrare æternitatis januam nititur, tentationes ſuas menti Paſtoris indicet.* Ubi etiam periculum inſinuat, quod ſubit Paſtor: *dum enim aliena tentamenta cognoſcit, auditis tentationibus & ipſe pulſatur.* Dicit quidam ſapiens; *Sæpiùs accipe conſilium in tentatione.* Et alteri dicit; *Cum tentato noli duriter agere, ſed conſolationem ingere, ſicut tibi optares fieri.* Tentationes ergo bonum eſt aperire ſpiritualibus Patribus, ut ſciant quomodo in illis ſe debeant gerere, quibus armis devincere. Oſtendunt autem, ſpem Chriſtiani pugnantis ex manibus Crucifixi pendere debere, ideóque ad ejus ſemper recurrendum eſſe auxilium, ſub hujus alis & protectione ſperandam eſſe victoriam, ſicut ſcriptum eſt; *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis ejus ſperabis. Scuto circundabit te veritas ejus, non timebis à timore nocturno*, &c. Docent etiam eos ex D. Aug. *Quod cæcitati cordis debet reſiſtere ſcientia, & libidini continentia: eam verò pœnam, quæ nec error eſt, nec libido, debet tolerare patientia.* In paſt. parte 2. cap. 3. Tho. Kép. lib. 1. ca. 13. de Imit. Pſal. 90. Lib. 4. ca. 3. cont. Iuliá.

Et ut de tentationibus aliquid dicamus; *Tentatio*, ait V. Beda, *tribus modis agitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſu. Quod ſi hoſte ſuggerente delectari aut conſentire nolumus, tentatio ipſa nobis ad victoriam provenit, qua coronam vitæ meremur accipere*. Et D. Greg. ante illum; *Gradus peccati ſuggeſtio, delectatio, conſenſus. In ſuggeſtione ſemen, in delectatione nutrimentum, in conſenſu perfectio ineſt peccati*. Et D. Bern. *In ſuggeſtione quæ in memoria eſt, nævus eſt: in delectatione quæ in voluntate eſt, ſi adhuc ratio repugnat, morbus eſt: in conſenſu rationis, mors*. Et, *Tentatio*, ait idem, *eſt à mundo, carne vel Sathana. Difficile eſt autem diſcernere inter partum cordis, & virus ſerpentis: nec refert unde ſit malum: ſufficit ſcire, ineſſe. Vigilandum autem & orandum, undecunque ſit, ne conſentiamus*.

In 1. c. Iac.

Greg. ad interrogat. 11. Aug. Lib. 7. cap. 43. florum.

Ser. 33. in Cant.

D. verò Aug. inquit; *Concupiſcentia cum parvulis naſcitur, in baptizatis à reatu ſolvitur, in grandibus ad agonem manet, non ſibi ad illicita non conſentientibus nihil omninò nocitura*. De hac dicit Apoſtolus Paulus; *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Et Jacobus; *Unuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus*. Atque in hac præcipua eſt noſtri tentatio: *per hanc exteriores etiam inimici nos penetrare & dejicere moliuntur*. Qua devicta, & illi ſuperantur, qui per eam in nos valent: quorum impetus etiam non tantopere nobis eſſent extimeſcendi, niſi inſidiis eorum & artibus illa nos redderet opportunos. *Te vince, & mundus victus eſt*, ait Aug. Et, *Animus victor ſui, invictus eſt ad omnia*, ait Bern.

De peccat. mer. lib. 2. cap. 4.

Rom. 7. Iac. 1.

Ambroſ. apud Aug. lib. 2. in Iulian. c. 3. & 9. Aug. ſer. 23. in Nov.

Serm. 1. de orat. Dominica. Bernard.

Poſtremò, expedit interdum etiam ipſa bona opera quæ facimus, Sacerdotibus oſtendere, non

humanæ

Digitized by Google

humanæ gloriæ cauſa, ſed ut ſi quid fortè minùs rectè, prudenter, diſcretè in iis fiat, corrigatur. Conatur enim Diabolus opera bona quæ impedire non poteſt, aliqua fœditate, vel intentionis, vel indiſcretionis, vel ſuperſtitionis, &c. maculare ac perdere. Sic benè agentes excitat ad ſuperbiam, ut in iis quæ benè agunt, ſibi placeant, ob ea ſpernant alios, ex iis laudem humanam quærant: eorum operibus bonis miſcet aliquas ſuperſtitiones, vanas obſervationes & hujuſmodi, & præcipuè in cultu Dei & veneratione Sanctorum; ut magis confidant in quibuſdam alligationibus, figuris, numeris & aliis vanis, quàm in eorum precibus ac meritis.

Incitat etiam eos ad nimiam vehementiam ac indiſcretionem, ut ſine modo ac ordine bona faciant, ſeipſos per immoderationem deſtruant ac inutiles reddant; *cùm Philoſophorum quoque ſit ſententia, virtutes debere eſſe moderatas, excedentes modum atque menſuram, inter vitia deputari.* In his ergo & ſimilibus inſtruuntur à Præpoſitis ſubditi: quando ſe ſuaque ipſis manifeſtant, audiunt ab eis illud Pauli, *Omnia honeſtè, & ſecundùm ordinem fiant in vobis.* Illud Hieron. *Non virtus, ſed cauſa virtutis mercedem habet apud Deum.* Deinde illud Senecæ; *Non in facto virtus eſt, ſed in eo quemadmodum fiat.* Illud Sapientis; *Noli eſſe iuſtus multùm.* Denique illud Apoſtoli; *Rationabile obſequium veſtrum*, id eſt, ut quidam interpretantur, moderatum ac diſcretum.

Hieron. in ep. ad Demetr. & in Epitaph. Paulæ.

1. Cor. 14.

In cap. 5. Matth.

Seneca.

Eccleſ. 7.

Rom. 12.

Digitized by Google

MONITUM XLVIII.

Sumus invicem membra.

Epheſ. 4.

IN noſtro humano corpore, quod ubique circumferimus, librum quendam habemus omnibus ſemper apertum & conſpicuum, in quo unuſquiſque (etiamſi literas neſciat) legere ac diſcere facilè poteſt, quæ & qualis debeat eſſe charitas ac unitas Chriſtianorum inter ſe & cum Deo.

In Paſtor. part. 3. admonit. 11. Unde rectè D. Gregor. *In ipſa corporis compoſitione accipimus, quod in actione ſervemus. Nimis itaque turpe eſt, non imitari quod ſumus.*

Primò ergo videmus in humano corpore, colligantiam ſeu conjunctionem omnium membrorum ſub uno capite, cujus ſenſu & ductu gubernantur: ſic in corpore ſpiritali, quod eſt Eccleſia, omnes Chriſtiani uniti eſſe debent inter ſe ſub uno capite Chriſto, ejuſque Vicariis, quorum ſapientia ac præſcripto regantur. *Caput & corpus, Chriſtus & Eccleſia, duo in carne una, in voce una, in paſſione una, & cùm tranſierit iniquitas, in re-*

In Pſal. 61. 86. *quie una*, inquit S. Auguſt.

Deinde unumquodque membrum habet ſuum officium ac operationem, eaque contentum eſt. *In*

Rom. 12. *uno corpore*, ait Paulus, *multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent.* Sic in Chriſti Eccleſia quiſque ſuum habet opus, & fun-

1. Cor. 7. gitur ſuo officio, eoque contentus det operam be-

Rom. 12. nefacere. Unde idem Apoſtolus: *Unuſquiſque in*

quo

Digitized by Google

quo vocatus eſt, in hoc permaneat. Et, *Qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando.* Nec multùm refert, quale quis miniſterium ſit ſortitus, ſed quomodo in eo ſe gerat. Laurentius tantùm Diaconus fuit; multos Epiſcopos ſuperavit. Hieron. tantùm Presbyter fuit, multis Pontificibus ſuperior fuit. D. Aug. ſeſe cum Hieron. comparans; *Quanquam*, inq. *ſecundùm honorum vocabula, quæ jam Eccleſiæ uſus obtinuit, Epiſcopatus Presbyterio major ſit, tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt*. In minori ergo loco ac officio ſæpe meliùs vivitur, & Deo magis placetur, quàm in altiori. Auguſt. ep. 19.

Quando enim homines inter ſe comparamus, ille eſt melior, ait idem Aug. *qui bonũ amplius habet. Quando autem ſtatus, vel res ipſas, melior eſt ſtatus virginis quàm conjugatæ*, Presbyteri quàm laici: minor tamen eſt ſuperba virginitas, quàm humile conjugium: & melior eſt humilis ſubditus, quàm ſuperbus Prælatus, quia melius ac amplius bonum habet. Deinde ait D. Gregor. *non conſiderat Dominus quantum, ſed ex quanto offeras*. Fieri autem poteſt, ut quis excellens aliquod opus faciat, ſed ex parva charitate: alius parvum in ſe, ſed ex magno affectu charitatis, & ideo Deo gratius. Sicut Chriſtus teſtatur de vidua, quæ ſolum miſerat in gazophylacium *æra minuta duo. Magis ſiquidem Deus penſat*, ait alius Sap. *ex quanto quis agit, quàm quantùm quis facit. Multùm facit qui multùm diligit. Multùm facit qui rem benè facit. Homo videt in facie, Deus autem in corde. Homo conſiderat actus, Deus penſat intentiones*. Et, *Charitas eſt noſtrorum operum menſura*, inquit D. Hier. Et D. Leo, *Pondera operum charitatis lance penſantur.* De bono conjug. cap. 22. 23. Greg. ho. 5 Luc. 21. Tho. Kem. l. 1. c. 15. li. 2. cap 6. Ser. 4. de Coll.

Tertiò unumquodque membrum in corpore humano laborat pro toto corpore, eique prodeſt. Oculi non pro ſe tantùm, ſed pro toto corpore vident: Manus pro toto corpore operantur, pro toto corpore ambulant pedes, ſtomachus pro toto corpore cibum accipit & digerit. *Sic ſunt univerſi conſiſtentes in fide*, ait D. Greg. *ſicut multa membra uno continentur in corpore, quæ per officium quidem diverſa ſunt, ſed eo quòd ſibi viciſſim congruunt, unum fiunt. Unde fit, ut pes per oculum videat, & per pedes oculi gradiantur: ori auditus aurium ſerviat, & ad uſum ſuum auribus oris lingua concurrat: ſuffragetur venter naribus, ventri operentur manus.* Sic in Eccleſia quiſque non ſibi ſoli, ſed & aliis ſervire debet; nihil proprium ac privatum retinere. *Bene rem facit qui magis communitati quàm ſuæ voluntati ſervit. Veritas tua*, ait Auguſtin. Domino, *nec mea eſt, nec illius, aut illius, ſed omnium noſtrûm, quos ad ejus communionem publicè vocas, terribiliter nos admonens, ne velimus eam habere privatam, ne privemur ea.* Sic & D. Greg. *Qui ſua & non aliorum lucra ſectantur, ipſis ſe quæ privata habere appetunt, bonis privant: quæ non pro ſe tantummodò, ſed & pro aliis acceperunt.* Idem Aug. petens à Domino ſapientiam: *Exaudiat*, inquit, *miſericordia tua deſiderium meum, quia non ſibi ſoli æſtuat, ſed uſui vult eſſe fraternæ charitati.* Dicit Sapiens, *Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.* Quod in Sapientia, hoc in aliis Dei donis unicuique conceſſis.

Paſtor. par. 3. admonit. 11.

lib. 12. conf. cap. 25.

Paſt. parte 3. cap. 5.

Lib. 11. conf. cap. 2.

Prov. 5.

Quartò, Unum membrum ab alio fortè læſum, non ſe vindicat, & id quod læſit, læſum curare ſtudet: ut ſi manus manum, vel pedem, vel aliud

quod

cunque membrum. Hæc eſt doctrina Chriſti in Evangelio; *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſùm te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo.* Et D. Aug. in Regula; *Quicumque aliquem vel verbo, vel facto læſerit, meminerit ſatisfactione quantocyùs curare quod fecerit, & ille qui læſus eſt, ſine diſceptatione dimittere.* Paſſiones iræ, vindictæ, indignationis, amaritudinis, &c. non ſentire, angelica perfectio eſt: ſentire verò, humana tentatio: ſervare ac fovere, diabolica malitia eſt. Quamdiu ergo perfectionem angeli non habemus, diaboli malitiam caveamus. Monet Apoſt. *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis.* Et alibi; *Providentes, ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat* (pacem) *& per illam inquinentur multi Incaſſum enim*, ait D. Greg. *foras nequitia ex ramis inciditur, ſi ſurrectura multiplicius intus in radice ſervetur.*

Matth. 5. Epiſt. 109. Epheſ. 5. Heb. 12. In Paſt. par. 3. adm. 10.

Quintò in corpore humano ſunt *membra infirma, ſunt ignobilia, ſunt & inhoneſta,* ut vocat Apoſtolus. Infirma facilè læduntur: ignobilia ad opus ignobile deſtinantur: inhoneſta turpes habent motus rationi rebelles. Quæ infirma ſunt, magis curantur & cuſtodiuntur: ignobilia autem & inhoneſta teguntur. Sic ſunt in Eccleſia infirmi, qui facilè offenduntur & ſcandalizantur; eorum major cura & ratio habenda. Multa omittenda in verbis, factis, &c. etſi licita, ne parvuli lædantur. Magni fecit Chriſtus Dominus ſcandalum puſillorum, & maximo ſupplicio dignum oſtendit.

1. Cor. 12. Matth. 18.

1.Cor.8. dit.Et Apoſt.ejus; *Videte*. inq. *ne fortè hac licentia veſtra offendiculum fiat infirmis, & pereat per te frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt*. Sunt etiam mali,ſive ſuperiores,ſive alii, quorum defectus ac
Gen.9. vitia tegenda,excuſanda,toleranda.Texerunt Sem & Iaphet filii Noë verenda patris ſui,& benedicti ſunt : eadem deriſit Cham,& fratribus oſtendere voluit,& cum ſua progenie maledictus eſt.Curio-
Aug.lib.10. Confeſ.c.3. Ad Celant. ſi ſolent eſſe homines ad cognoſcendam & commemorandam vitam alienam,ſed deſidioſi ad corrigendam ſuam.*Quid mihi prodeſt*,inq. D.Hieron. *quod aliis mala mea referas? hoc non eſt me emendare,ſed vitio tuo ſatisfacere : apertè increpa,tantùm ne occultè mordeas, magiſque vitam tuam ordinare diſce, quàm alienam carpere, nec aliorum vituperatione te laudabilem videri velis.*

1.Cor.12. Rom.12. Sextò,in corpore humano ſi *patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra:ſi gloriatur unum membrum,congaudent omnia membra*.Ita veri Chriſtiani gaudent cum gaudentibus,flent cum flentibus.Quod eſt opus charitatis, cujus mors invidia, quæ dolet de alterius bono, gaudet de malo. Imò in humano corpore,unum membrum reputat ſibi fieri,quod fit aliis,ſive bonum,ſive malum. Si lædatur pes,os conqueritur : ſi curentur aut laventur pedes, os regratiatur. Sic quiſque fidelis reputare debet ſibi fieri, quod fit aliis,ſive ſit bonum, ſive
Matth.25. Actor.9. 2.Cor.11. malum.Unde caput Eccleſiæ;*Quod*,inq.*uni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis*.Et ad Saulum; *Quid me perſequeris?* cùm ejus membra perſequeretur. Et ejus Apoſt.*Quis infirmatur,& ego nõ infirmor? Quis ſcandalizatur,& ego non uror?* Et ad alios,*Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti*. Et D. Cypr. de

de lapſis: *Cum ſingulis pectus meum copulo, cum plangentibus plango, cum jacentibus me jacere credo.* Et monet Apoſtolus generaliter; *Alter alterius onera portate,* id eſt, quiſque onus ſuum reputet onus alterius, *& ſic adimplebitis legem Chriſti.* Hebr. 13. D. Cypr. de lapſ. Gal. 5.

Denique in corpore humano quodlibet membrum multùm timet ſeparari à reliquis membris; nec mirum, cùm ſeparatum ſit inutile: non enim jam vivificatur à ſpiritu, uti cætera. Imò totũ corpus horrorem & terrorem concipit, ad ſeparationem unius membri à ſe. Sic fideles admodum timere debent ſeparari à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia: vel quando vident aliquem ſeparandum, vel ſeparari ab ea per mortem, hæreſim, excommunicationem. Quod gravius eſſe dicit D. Aug. *quàm gladio feriri, feris ſubigi, flammis abſumi.* *Quiſquis enim ab Eccleſia ſegregatur, ſathanæ traditur, & à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur,* inq. Cypr. *Quiſquis non fuerit in arca Noe, peribit, regnante diluvio,* ait Hier. Et ipſe Chriſtus; *Nemo aſcendit in cœlum, niſi filius hominis qui deſcendit de cœlo. Solus Chriſtus, tamen totus, id eſt, caput cum corpore, Chriſtus cum Eccleſia,* inq. Aug. Qui & alibi; *Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quàm ſeparari à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti, non eſt membrum ejus: ſi non eſt membrum ejus, non vegetatur ſpiritu ejus. Qui autem,* inq. Apoſt. *non habet ſpiritum Chriſti, hic non eſt ejus.* Et contra Parmenianum ita queritur: *Si ſanguis exit de corpore mortali, continuò quiſquis aſpicit exhorreſcit: ſi verò à pace Chriſti præciſæ animæ atque ſeparatæ, in hæreſis vel ſchiſmatis ſacrilegio moriuntur, quia non videtur, non plangitur.* Cõt. adver. legis & Proph. l. 1. cap. 3. De Vnit. Eccleſ. In ep. ad Damaſ. Ioan. 3. Ser. 14. de verb. Apoſt. In Pſ. 122. initio, & ſer. 234 de Temp. Tract 27. in Ioan. Rom. 8. Li. 1. cont. ep. Parmenian. cap. 7.

MONITUM XLIX.

Domine, bonum eſt nos hîc eſſe.

Matth. 17.

Serm. de Transfig. DIxit hoc Petrus in monte Thabor, quando Chriſtum vidit *in regia claritate, ad naturam ſuſcepti hominis ſpiritualiter pertinente*, ut ait D. Leo. Ex quo cogitare licet, quanta ſit dulcedo felicitatis æternæ, *cujus unam ſtillam cùm guſtaſſet Petrus*, inquit S. Aug. *omnem aliam dulcedinem faſtidivit, & omnium inferiorum oblitus, quaſi ebrius dixit; Domine bonum eſt nos hîc eſſe. Quid, putas, dixiſſet, ſi magnam illam dulcedinis multitudinem guſtaſſet, quam abſcondit Deus diligentibus ſe?* Tamen *neſciebat quid diceret*, ait Lucas.

Soliloq. 22. Pſalm. 30.

Luc. 9. Exprimit enim hîc Petrus judicium mundi, qui in errore verſatur; & habet judicium Divino judicio contrarium. Bonum eſt, clamat mundus, eſſe in gloria, in gaudio: ſed Deus per ſapientem, *Cor ſtultorum, ubi lætitia: cor autem ſapientum, ubi triſtitia. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt*, abundantia videlicet rerum terrenarum: hoc dicunt impii, *quorum os locutum eſt vanitatem. Sed quid tu David? quid tu corpus Chriſti? quid vos membra Chriſti? Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus*, id eſt, qui illum pro Deo habent, illum diligunt, illi obediunt, illum timent, illi credunt, in illo ſpem omnem collocant, etſi pauperes ſint, miſeri ac miſerabiles. Mundus dicit, beati divites:

Eccleſ. 7. Pſal. 143. & ibi Auguſt.

Chri

ſtus, *beati pauperes*: mundus, beati fortes, præſumptuoſi: Chriſtus, *beati mites*. Mundus; beati qui gaudẽt: Chriſtus, *beati qui lugent*. Mundus beati qui honorantur: Chriſtus, *beati qui perſecutionem patiuntur*. *Sic perverſa & adverſa corda mortalium*, ait Aug. *felices res humanas putant, cùm tectorum ſplendor attenditur, & labes non attenditur animorum: cùm theatrorum moles exſtruuntur, & effodiuntur fundamenta virtutum: cùm glorioſa eſt effuſionis inſania, & opera miſericordiæ deridentur: cùm ex his quæ divitibus abundant, luxuriantur hiſtriones, & neceſſaria vix habent pauperes.* Matth. 5. Aug. ep. 5. ad Marcellin.

Deinde, *neſciebat quid diceret*, quia nimis citò ibi eſſe volebat, & ante tempus. Solùm eo nomine ductus erat in montem, ut aliquam vitæ æternæ ac futuræ beatitudinis ſpeciem & imaginem conſpiceret, cujus intuitu fortiùs adverſa omnia imminentia toleraret. Gloriam præcedere debet ignominia, requiem labor, coronam certamen. *Significat Chriſtus*, non reſpondens ad verba Petri, inquit D. Leo, *non quidem improbum, ſed inordinatum eſſe quod cuperet, ut intelligeremus, inter hujus vitæ tentationes, priùs nobis tolerantiam poſtulandam eſſe, quàm gloriam. Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam.* Sic & Chriſtianum pati oportet, & ita intrare in gloriam ſuam. Sed cur ita? Paſcitúrne Deus pœnis hominum? Non. Sed, ut ait D. Greg. *delictorum morbis per medicamenta contraria medetur, ut qui voluptatibus delectati diſceſſimus, rurſum fletibus amaricati redeamus: Et quod vana lætitia in cor infuderat, ſalubris triſtitia exurat: Et quod vulneraverat elatio ſuperbiæ, curet abjectio humilis vitæ.* Serm. de Transfig. Luc. 24. In Paſtor.

Mirificè

De vera Relig. c. 13. *Mirificè*, inq. S. Aug. *cum benignitatis divinæ gratia, juſtitiæ pulchritudo concordat, ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti ſumus, amaritudine pœnarum erudiamur.* D. verò Chryſ. *Chriſtus*, ait, *duo ſuis denuntiavit; ſuavia & triſtia. labores & coronas: ſed ſuavia futuræ, triſtia huic vitæ dedit: demonſtrans quod non decipiat homines, & ipſum pondus gravium ſpe futurorum minui volens. Non coronatur, niſi qui legitimè certaverit*, ait Apoſt. Et, *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Et in Apocalypſi de iis, qui jã in beatitudine conſtituti, amicti erant ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, in ſignum ſervatæ innocentiæ & victoriæ de hoſtibus reportatæ, dicitur. *Hi ſunt qui venerũt ex magna tribulatione.* Ac in perſona beatorum ait Propheta David; *Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigeriũ.* Et, *Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.*

Hom. 16. ad popul.

2. Tim. 2.

Actor. 14.

Apoc. 17.

Pſalm. 65.

Pſalm. 89.

Tertiò *neſciebat quid diceret*, quia alteri, præterquam Deo, tabernaculum fieri volebat. *Fili*, inquit Sapientia æterna, *præbe mihi cor tuum*: mihi, non alteri. *Dilectus enim animæ Chriſtianæ*, ait quidam Sapiens, *talis eſt naturæ, ut alienum nolit admittere, ſed ſolus vult cor habere. & tanquam Rex in proprio throno ſedere.* Omnes ad hoc contendere debemus, ut ſoli Domino tabernaculum præparemus, ad exemplum Davidis Prophetæ, qui *oſtendens voti ſui perſeverantiam & fidei fervorem*, dicit quod nec animum, nec corpus quieti daret, *donec inveniret locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Sicut enim non licet erigere templum materiale, niſi ſoli Deo; eſt enim actus latriæ, quæ eſt propriè Deo debita ſervitus: ſic nec ſpiritale. *Vos eſtis templum*

Prov. 23.

Th. Kemp. lib. 2. de Imitat.

Pſalm. 131. & ibi Aug. & Proſp.

Dei

Dei vivi. Et, *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* 2. Cor. 6.
Templum, inq. Dei, non alterius. *Coanguſtatum eſt* 1. Cor. 3.
ſtratum, ita ut alter decidat: pallium breve, utrumque Iſai. 28.
operire non poteſt. Quomodo, ait D. Hieron. *dies &* Li. 2. in Iovin.
nox miſceri nequeunt, ſic nec juſtitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Chriſtus & Antichriſtus. Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio noſtri pectoris, illico fugamus Diabolum. Si peccaverimus, & per peccati januam ingreſſus fuerit Diabolus, protinus Chriſtus recedit. Ego, inq. Aug. Domino, *per avaritiam meam* Lib. 10.
non amittere te volui, ſed volui tecum poſſidere men- Conf. c 41.
dacium, ideoque amiſi te, quia non dignaris cum mendacio poſſideri.

Felix illa conſcientia, ait D. Hier. *in cujus corde*, Ad Demet.
præter amorem Chriſti, qui eſt ſapientia, caſtitas, juſtitia, cæteræque virtutes, nullus alius verſatur amor. Beatus, qui te, Domine, *amat, & amicum in te, & inimi-* Lib. 4. Confeſſ. cap. 9.
cum propter te. Minùs autem te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat, inq. Aug. (Et, Li. 10. Confeſ. c. 22. li. 1. de doctr. Chri. c. 22.
Dilectio Dei nullum à ſe rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur; ſed quicquid aliud diligendum occurrerit, illuc rapiatur, quò totius dilectionis impetus currit, id eſt, ad Deum.

Unde idem Divus Aug. in Conf. *Si placent cor-* Lib. 4. c. 12.
pora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem: ne in his, quæ tibi placent, tu ei diſpliceas. Si placent animæ, in Deo amentur: quia & ipſæ mutabiles ſunt, & in illo fixæ ſtabiliuntur, alioquin irent & perirent. In illo ergo amentur, & rape ad illum tecum quas potes, & dic eis; Hunc amemus, hunc amemus.

Denique errabat Petrus, *neſciens quid diceret.* Quia tria tabernacula fieri volebat, cùm una ſit

domus

Epheſ.4. domus Dei Eccleſia, quam inhabitat, regit ac gu-
Cantic.9. bernat, ſanat & ſaluat. *Unum corpus*, inq. Apoſt. cu-
lib.4.cont. Donat.c.18 jus corporis Chriſtus eſt ſalvator, ut idem ait. De qua ipſe ſponſus in Canticis; *Una eſt columba mea, per cujus gemitus peccata ſolvuntur, à cujus pace alienati tenentur.* In hac ſervatur *unitas ſpiritus in vin-*
Epheſ.4. Pſalm 67. *culo pacis; Deus enim facit inhabitare unius moris*, id
Pſal.54.& ibi Aug. eſt, fidei, religionis, doctrinæ, *in domo*, ut ait Pſalm. Foris diviſiones ſunt: Dominus enim dividit linguas eorum, ut in Babel, *ne*, inq. Aug. *perniţioſam faciant unitatem. Non enim fruſtra impiorum civitas myſtico vocabulo Babylon vocatur*; ait idem, *quod*
De civit.li. 18.cap.41. *confuſionem ſignificat, ubi falſa veris permiſcentur; nec intereſt Diaboli Regis ejus, quibus inter ſe rixentur erroribus, quos merito multa variaque impietatis pariter poſſidet.*

De quo & illud Ierem. intelligit Aug. *Perdix fo-*
Serm.74.in cap.12.in Nov. *vit, quæ non peperit, faciens divitias, non cum judicio. Non enim ad eum pertinet, quis iſto aut illo modo erret: omnes errantes vult quibuſlibet erroribus. Quàm diverſæ ſunt hæreſes, quàm diverſi errores: ille in omnibus vult errare homines. Non dicit Diabolus, Donatiſtæ ſint, & non Arriani; ſive hìc ſint, ſive illic, ad eum pertinent, congregantem ſine judicio. Idola*, inq. *adoret, meus eſt: in Iudæorum ſchiſmate maneat, meus eſt: de-*
Ioan.5. *ſerta unitate in illam vel illam hæreſim pergat, meus eſt, &c.* In piſcina probatica ſanabatur unus, quia unitas, id eſt. Eccleſia, quæ una eſt, à cujus unitate
De Vnit. Eccl.cap.4. qui recedit, non ſanatur. *Neque enim fides, nec ſacramenta ullis niſi perſiſtentibus in Eccleſiæ unitate ſunt*
Luc.15. *ſalutaria*, ait Aug. Una ovis quæritur, quia Eccle-
Pſal.26. ſia, quæ una eſt, quia *omnes in ea electi unum ſunt, &*
Luc.10. Philipp.3. *unum quærunt, quod Deus eſt*, inq. idem Aug. *Unam*

petiit

petii à Domino. Unum eſt neceſſarium. Unum perſequor. Sed illud unum eſt ipſis omnia. Deus meus & omnia, ait S. Franc. *Erit enim Deus omnia in omnibus*; ait Apoſt. *Omnia quæcũque ab omnibus hominibus rectè deſiderantur; & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax; & omnia bona*, inquit Aug; 1. Cor. 15. De civit. lib. ult. cap. ult.

MONITUM L.

Si cognoviſſes, & tu.

Luc. 19.

COgnitio & conſideratio rerum magnam hominibus ſolet adferre utilitatem: hinc ad eam frequenter Scripturæ ac Patres hortantur. *Leva oculos tuos*, inq. Ierem. *& vide, ubi nunc proſtrata ſis.* Et, *Scito & vide, quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum; & non eſſe timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.* Et Moyſes in Cantico; *Utinam ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima providerent. O homo*, ait Dominus apud D. Aug. & Bern. *ſi te videres, tibi diſpliceres, & mihi placeres; ſed quia te non vides, tibi places, & mihi diſplices: veniet dies, quando nec tibi, nec mihi placebis; mihi, quia peccaſti; tibi, quia in æternum ardebis.* Et D. Proſp. *Divitiis flores, & majorum nobilitate te jactas, & exultas de patria, & de pulchritudine corporis & honoribus, qui tibi ab hominibus deferuntur. Reſpice teipſum; quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circũſpice eos, qui ante te ſimilibus ſplẽdoribus fulsêre. Nonne omnia pulvis? non omnia favilla? non in paucis oſſibus eorum vita memoria eſt? Reſpice*

Ierem. 2.
Ierem. 2.
Deuter. 32.
Vide Aug. in Pſal. 58.
Sẽt. ultima.

Digitized by Google

ſepulchra, & vide quis ſervus, quis Dominus: quis pauper, quis dives. Diſcerne, ſi potes, vinctum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque naturæ, ne extollaris aliquando. Memor autem eris, ſi teipſum reſpexeris.

D. Chryſ. citatus in Method. Conf.

Denique D. Chryſ. *Intuere nunc ſepulchra ſuperborum, & vide, ſi eſt aliquod in eis iactantiæ ſuæ veſtigium, ſi aliqua divitiarum, vel luxuriæ ſigna cognoveris. Require nunc, ubi veſtes & ornamenta peregrina, ubi ſpeculorum voluptas? ubi aſſeclarum turba? Conviviorum ceſſit opulentia, riſus, iocus, immoderata atque effrenata lætitia, quò abiit? quò receſſit? Ubi illa nunc? ubi ipſi? Quis finis utrorumque? intuere diligentiùs, & accede propiùs ad ſepulchra eorum, & vide cineres ſolos, & fœtidas carnes, verminmque reliquias; & recordare hunc eſſe corporum finem, etiamſi in delitiis & lætitia, etiamſi ſine labore & continentia tranſegerint vitam: atque utinam res omnis noſtra uſque ad cineres veniret & vermes: parva viderentur hæc damna, & quæ facilè excuſare poſſit natura noſtræ conditio. Nunc autem converte oculos tuos ab his cineribus & ſepulchris, & revoca cogitationem tuam ad illud Divini iudicii tribunal horrendum: ubi fletus & ſtridor dentium, ubi tenebræ exteriores, ubi vermis ille conſcientiæ, qui nunquam moritur, & ignis qui nunquam extinguitur.*

Rom. 14. 1. Cor. 5. Matth. 22. Marc. 9.

Luc. 19. Hom. 39. in Evangel.

Dominus ergo videns civitatem Jeruſalem, flevit ſuper illam, dicens: *Quia ſi cognoviſſes & tu, ſubaudi, fleres*, inquit Gregorius, ob imminentem tibi deſolationem, ob impendens exitium, omneſque rationes ad illud evadendum adhiberes. Sed nonne fuit Dei voluntas ita punire impios Judæos ob eorum ſcelera? & nonne noſtram debemus

divinæ

divinæ juſtitiæ conformare voluntatem? cur ergo flevit Chriſtus? In malis irrogatis, Divinæ æquitatis contemplatio approbationem ac laudem à nobis poſtulat: conſideratio verò humanæ miſeriæ, commiſerationem ac compaſſionis affectum. Sic demonſtrato ſibi Lazari monumento, *lachrymatus eſt Ieſus*, tantam videlicet humani generis dejectionem, ex illius honoris culmine preſſiùs conſiderans. Sic flevit Ieruſalem & imminentes pœnas, quæ tantæ ac tam graves fuerunt, ut etiam ferrea pectora ad commiſerationem permovere poſſent. Qui autem Philoſophi ſeu Hæretici iſtos affectus excludendos putant, negantque ad perfectionem pertinere, hi contra ſe accuſantem Apoſtolum audiant, *Qui ſine affectione ſunt, &c.*

Ioan. 11.

Vide Ioſeph de bello Iadaico. Rom. 1. 2. Timoth. 3. Cōtra quos & D. Aug. lib. 14. de Civit. ca. 9.

Alexander magnus Darii mortem lachrymis proſecutus eſt. Cæſar Pompeii, *indignam tanto faſtigio. M. Marcellus, qui Syracuſas urbem ornatiſſimam cepit, refertur eam priùs fleviſſe ruituram, & ante eius ſanguinem, ſuas illi lachrymas effudiſſe. Xerxes rex potentiſſimus, qui ſubvertit montes, conſtravit maria, cùm de ſublimi loco infinitam hominum conſpexiſſet multitudinem & innumerabilem exercitum, fleviſſe dicitur, quòd poſt centum annos nullus eorum quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet.* Idem Hier. *O ſi poſſemus*, inq. *in talem aſcendere ſpeculam, de qua univerſam terram ſub pedibus noſtris cerneremus, iam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, regna regnis colliſa. alios torqueri, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſervitutem trahi. Hic nuptias, ibi planctum; illos naſci, iſtos mori; alios affluere divitiis, alios mendicare; & non Xerxis tantum exercitum, ſed totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi ſpatio defuturos.* Ibid. Meri-

Iuſt. lib. 2. hiſt. Auguſt. de Civit. lib. 1. cap. 6. Hieron. ad Heliodor. Valer. Max. lib. 9. c. 13.

ſepulchra, & vide quis ſervus, quis Dominus: quis pauper, quis dives. Diſcerne, ſi potes, vinctum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Memor itaque naturæ, ne extollaris aliquando. Memor autem eris, ſi teipſum reſpexeris.

D. Chryſ. citatus in Method. Conf. Denique D. Chryſ. *Intuere nunc ſepulchra ſuperborum, & vide, ſi eſt aliquod in eis iactantiæ ſuæ veſtigium, ſi aliqua divitiarum, vel luxuriæ ſigna cognoveris. Require nunc, ubi veſtes & ornamenta peregrina, ubi ſpeculorum voluptas? ubi aſſeclarum turba? Conviviorum ceſſit opulentia, riſus, iocus, immoderata atque effrenata lætitia, quò abiit? quò receſſit? Ubi illa nunc? ubi ipſi? Quis finis utrorumque? intuere diligentiùs, & accede propiùs ad ſepulchra eorum, & vide cineres ſolos, & fœtidas carnes, vermiumque reliquias; & recordare hunc eſſe corporum finem, etiamſi in delitiis & lætitia, etiamſi ſine labore & continentia tranſegerint vitam: atque utinam res omnis noſtra uſque ad cineres veniret & vermes: parva viderentur hæc damna, & quæ facilè excuſare poſſit natura noſtræ conditio. Nunc autem converte oculos tuos ab his cineribus & ſepulchris, & revoca cogitationem tuam ad illud Divini iudicii tribunal horrendum: ubi fletus & ſtridor dentium, ubi tenebræ exteriores, ubi vermis ille conſcientiæ, qui nunquam moritur, & ignis qui nunquam extinguitur.*

Rom. 14. 1. Cor. 5. Matth. 22. Marc. 9.

Luc. 19. Hom. 39. in Evangel. Dominus ergo videns civitatem Jeruſalem, flevit ſuper illam, dicens: *Quia ſi cognoviſſes & tu, ſubaudi, fleres*, inquit Gregorius, ob imminentem tibi deſolationem, ob impendens exitium, omneſque rationes ad illud evadendum adhiberes. Sed nonne fuit Dei voluntas ita punire impios Judæos ob eorum ſcelera? & nonne noſtram debemus

divinæ

diuinæ juſtitiæ conformare voluntatem? cur ergo flevit Chriſtus? In malis irrogatis, Divinæ æquitatis contemplatio approbationem ac laudem à nobis poſtulat: conſideratio verò humanæ miſeriæ, commiſerationem ac compaſſionis affectum. Sic demonſtrato ſibi Lazari monumento, *lachrymatus eſt Ieſus*, tantam videlicet humani generis dejectionem, ex illius honoris culmine preſſius conſiderans. Sic flevit Ieruſalem & imminentes pœnas, quæ tantæ ac tam graves fuerunt, ut etiam ferrea pectora ad commiſerationem permovere poſſent. Qui autem Philoſophi ſeu Hæretici iſtos affectus excludendos putant, negantque ad perfectionem pertinere, hi contra ſe accuſantem Apoſtolum audiant, *Qui ſine affectione ſunt, &c.* Ioan. 11. Vide Ioſeph de bello Iadaico. Rom. 1. 2. Timoth. 3. Cōtra quos & D. Aug. lib. 14. de Civit. ca. 9.

Alexander magnus Darii mortem lachrymis proſecutus eſt. Cæſar Pompeii, *indignam tanto faſtigio. M. Marcellus, qui Syracuſas urbem ornatiſſimam cepit, refertur eam priùs fleviſſe ruituram, & ante eius ſanguinem, ſuas illi lachrymas effudiſſe. Xerxes rex potentiſſimus, qui ſubvertit montes, conſtravit maria, cùm de ſublimi loco infinitam hominum conſpexiſſet multitudinem & innumerabilem exercitum, fleviſſe dicitur, quòd poſt centum annos nullus eorum quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet.* Idem Hier. *O ſi poſſemus*, inq. *in talem aſcendere ſpeculam, de qua univerſam terram ſub pedibus noſtris cerneremus, iam tibi oſtenderem totius orbis ruinas, gentes gentibus, regna regnis colliſa. alios torqueri, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſervitutem trahi. Hic nuptias, ibi planctum; illos naſci, iſtos mori; alios affluere divitiis, alios mendicare; & non Xerxis tantum exercitum, ſed totius mundi homines, qui nunc vivunt, in brevi ſpatio defuturos.* Ibid. Meri- Iuſt. lib. 2. hiſt. Auguſt. de Civit. lib. 1. cap. 6. Hieron. ad Heliodor. Valer. Max. lib. 9. c. 13.

tò ergo flere poterat Dominus exitium totius gentis Iudaïcæ, populi electi, quorum erat *adoptio filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa: ex quibus eſt Chri-*
Rom. 9. *ſtus ſecundùm carnem,* ut ait Apoſt.

Plures autem poſſunt adferri cauſæ fletus Dominici. Prima, hominum ac rerum humanarum inſtabilitas, incertitudo, ac inconſtantia. Ecce enim Chriſtus qui nunc exaltatur ad gloriam, paulò poſt in cruce exaltatur ad ignominiam: quem nunc Iudæi laudibus celebrant, poſteà blaſphemiis ac maledictis onerant: quem nunc more triumphantis inducunt, pòſt more ſceleratiſſimi latronis ejiciunt.

Quem dies vidit veniens ſuperbùm, hunc dies vidit fugiens iacentem, ait Seneca. Valeriano Imp.

Aur. Vict. Eutrop. & alii.

quamdiu vixit, Sapores Perſarum Rex, ipſo incurvato, pede calcans ejus cervicem, quaſi ſuppedaneo uſus ſubſellio, equum conſcendere conſuevit; ab eodem juſſus tandem excoriari. Baiazethem verò Turcarum Imp. catena vinctum,

Pius 2. de Europ. c.4. De Aſia. cap.30.

Thamerlanes prandens, quaſi canem ſub menſa ſua comedere juſſit; aſcenſurus equum, eo tanquam ſcabello uſus eſt.

Hieronymus etiam narrans fragilem humanæ conditionis ſtatum, varia adfert Regum ac Prin-

In epiſt. ad Heliod.

cipum exempla, *qui de altiſſimo dignitatis gradu repente præcipitati, miſerè perierunt; & qui dum rerum potirentur, terrori gentibus erant, capti ante ora victorum ſteterunt, & priùs ignominia ſervitutis, quàm*

Lib. 6. cap. ultimo.

hoſtili mucrone confoſſi ſunt. Sic & Valerius Max. poſtquàm varietatem caſuum in rebus humanis, variis exemplis oſtendiſſet, hanc addit ſententiam;

tiam; *Caduca nimirum & fragilia, puerilibuſque conſentanea crepundiis ſunt iſta, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubitò, repentè dilabuntur: nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt, improviſo recurſu, in profundo cladium miſerabiliter immergunt.*

Deinde Chriſtus in ſuo triũpho lachrymas fundens, ſignificat non deeſſe etiam iis qui proſperitate fruuntur, cauſam ac flendi materiam. Unde addidit; *Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. Proſperitas enim ſtultorum perdet eos*, ait Sap. *Imò & Sapientum*, inq. Bern. *Sapiens David, ſapientior Salomon erat; ſed blandientibus nimis proſperis & ſecũdis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit. Et facilius invenies, qui ſapientiam retinuerunt, contraria ſibi fortuna, quàm qui proſpera non amiſerunt. Licèt in modum ſtagni fuſum æquor arrideat*, ait Hier. (loquitur autem de mundo blandiente) *noli credere, noli eſſe ſecurus. Intus eſt periculum, intus eſt hoſtis. Tranquillitas iſta tempeſtas eſt. Tribulationem & dolorem inveni*, inq. Propheta; quam videlicet ante non advertebam. *Amabam enim deceptiones meas, & gaudens falſis proſperitatibus ſeculi, veris periculis demergebar inferni. Sed tua mihi illuceſcente gratia, cauſas tribulationis & doloris inveni, & inter adverſitates, & inter proſperitates hujus ſeculi, miſerum me eſſe cognovi; quia illa premunt, iſta decipiunt.*

Prov. 1. Lib. 2. de Conſider. ad Heliodor. Pſalm. 114. Aug. & Proſp. in eundẽ Pſal.

Imò, inq. Aug. *Periculoſior eſt animo res proſpera, quàm corpori adverſa: ac plures corrumpit proſperitas, quàm frangat adverſitas, & priùs corrumpit res proſpera, ut inveniat adverſa, quem frangat*. Nam, ut ait Poëta.

In Pſal 50.

Hor. ep. 1. *Quem res plus nimio delectavêre ſecundæ. Mutatæ quatient.*

In Pſal. 11. *Quando dicimus*, ait Aug. *quærendam eſſe tribulationem, non hoc dicimus, ut quærant miſeriam, quam non habent, ſed ut inveniant eam, quam neſciētes habent, & fleant, etiam quando omnia arridere videntur. Miſeria enim eſt, oblectari iis quæ fluunt, & timere amittere: cū Deo nudum eſſe: terrenis ad ſuſtentandum neceſſariis indigere: & nōdum habere ſtabilia ad fruendum bona.*

Tertiò flevit impendens urbis & gentis excidiū, quod altiùs omnino ac profundiùs conſiderabat Dominus, quàm hujuſmodi mala à pleriſque conſiderari ſolent: conſiderabat enim temporales illas pœnas, etſi eſſent in ſe graviſſimæ, initia tamen eſſe multò majorum, atque ad ſempiternas ducere. Nam & Martyres graviſſima tormenta pertulerunt, ita ut animus etiam ab eorum cogitatione abhorreat; tamen ea non deflemus, ſed cum gaudio

Pſalm. 115. celebramus. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.* Et in hymno Martyrū, *Sanctorum meritis inclyta gaudia Pangamus ſocii, geſtaque fortia, &c.* Pœnæ enim eorum non pœnæ ſunt, ſed gemmæ: non tormenta, ſed ornamenta. Hinc & Chriſtus ad flentes in ſua paſſione mulieres; *Nolite flere ſuper me*, qui pro juſtitia & veritate patior ac mo-

Luc. 23. rior. *Non enim decebat luctus triumphum*, ait D. Leo,

Serm. 10. de paſſ. *nec lamenta victoriam; & lugendum docet ſuper temeritate pereuntium, non ſuper victoria certantium.*

De obitu Bleſillæ. *Lugeatur mortuus*, inquit D. Hier. *ſed ille quem ge-*

Pſalm. 31. *henna ſuſcipit, quem tartarus devorat, in cujus pœnam*

Cōt. Fauſt. l. 22. ca. 66. *æternus ignis æſtuat.* Hinc David; *Mors peccatorum*

2. Reg. 18. *peſſima. Unde & juvenē filium parricidali furore præcipitem, qui & paternum cubile ſtupris nefariis maculaverat,*

laverat, & contra patrem bellum ſceleſtum gerebat, volebat conſervatum, flebat occiſum; anima ſcilicet tantis criminibus involuta ſempiternas prævidens pœnas. Fili mi, Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi tribuat ut moriar pro te?

Quartò deflet etiam deſolationem gentis ſpiritualem, qua ablatum eſt ab eis regnum Dei, Sacrificium, Sacerdotium, Fides, Veritas, Scriptura, quoad ſpiritum vel ſenſum. *Poſuit*, inquit David, *terram fructiferam in ſalſuginem*, id eſt, ſterilem ac deſertam. Unde, & quo merito? *à malitia inhabitantium in ea. Ecce*, ait Aug. *quomodo ſuperbis reſiſtit Deus? Quæris ibi fidem Chriſti, non invenis. Quæris Prophetam, non invenis. Quæris ſacerdotem, non invenis. Quæris Sacrificium, non invenis: Quæris templum, non invenis. Minatus fuerat Dominus graviſſimè vineæ nõ proferenti uvas, ſed labruſcas. Ponam eam deſertam, non putabitur, & non fodietur, & aſcendent vepres & ſpinæ, & mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam.* Hinc & ille luctus Apoſtoli: *Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, &c.*

Pſalm. 106.
Aug. in hoc Pſalm.
Eſaiæ 5.
Rom 9.

Atque hæc maxima eſt calamitas, etiamſi adeſſet temporalis in omnibus proſperitas ac felicitas, *qua in peccantibus nihil infelicius, quòd ea & pœnalis nutriatur impunitas, & voluntas mala velut hoſtis interior roboretur*, inquit Aug. Qui & in vaſtitate illa Africana, altiùs omninò ac penitiùs cæteris rem omnem conſiderabat: cæteri enim intuebantur ac deplorabant neces corporum, deprædationes bonorum, ruinas urbium ac ædificiorum: Auguſtinus verò pericula ac cædes animarum cogitabat ac deflebat, Eccleſias videlicet

Aug. ep. 5. ad Marcel.
Proſper ſent. 42.
Poſſid. in vita, ejus. cap. 28.

Digitized by Google

deſtructas, miniſtris & ſacerdotibus deſtitutas, hymnos & laudes de eis defeciſſe, Sacrificia & Sacramenta vel non quæri, vel quærentibus, qui traderet, non reperiri.

Math.13. Eſaiæ 66. Poſtremò deflet interitum eorum æternum, quo ſeparandi erant à Deo, ſummo hominum bono, ac in inferno ſine ulla ſpe redemptionis ſemper cruciandi; *ubi vermis eorum non morietur, & ignis non* Ench.112. *extinguetur: ubi erunt tenebræ, fletus & ſtridor dentium.* Ac tam gravis erat pœna inferni, ut ſi ſola pœna eſſet, quanta minima in inferno cogitari poteſt, perire à regno Dei, exulare à civitate Dei, alienari à vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei: tamen tam grandis eſt pœna, ut ei nulla poſſint tormenta, quæ novimus, comparari, ſi illa ſit æterna, iſta autem ſint quamlibet Ibid.c.113 multis ſeculis longa. *Manebit autem ſine fine mors illa perpetua damnatorum, id eſt, alienatio à vita Dei: & omnibus erit ipſa communis, quamlibet magna varietate pœnarum; ſicut manebit communiter omnium vita æterna ſanctorum, quamlibet bonorum diſtantia concorditer fulgeant.*

MONITUM LI.

Tetigit eum, dicens: Volo, mundare.

Matth. 8.

Cyril.l.4.c. 18.in Ioan. CHriſtus Dominus, inq. Cyr. *in faciendis miraculis aliquando verbo & imperio uſus eſt: aliquando etiam tactum carnis ſuæ adhibuit.* Verbo quidem

dem uſus eſt, ut ejus vim ac efficaciam oſtenderet, eaque re nos in fide omnipotentiæ ejus confirmaremur, videntes omnia verbo Dei cedere, mutari, fieri. Ita in mundi creatione, quando ex nihilo fecit omnia, cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, verbo uſus eſt, *Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt*, ait Propheta: atque in Pſal.148. Geneſi: Dixit Deus; *Fiat lux, & facta eſt lux.* Dixit quoque Deus; *Fiat firmamentum, & dividat aquas ab aquis; & factum eſt ita.* Geneſ.1.

Sic & in mundi reparatione (ad reparandum enim mundum venit in mundum) verbo uſus eſt; primò in reparatione corporum, ſanando ægros, leproſos mundando, mortuos ſuſcitando, &c. Dixit leproſo, *Mundare, & confeſtim mundata eſt lepra ejus.* Dixit cæco; *Reſpice, & ſtatim vidit.* Dixit ſurdo; *Adaperire: & ſtatim apertæ ſunt aures ejus.* Dixit Lazaro quatriduano, *Veni foras: & ſtatim prodiit qui fuerat mortuus. Imperavit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Hanc vim verbi in Chriſto etiam Centurio agnovit, dicens ei: *Tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Matth. 8. Luc.18. Matth.7. Ioan.11. Matth.8.

Secundò in reparandis animabus: quando in earum remedium ac medicinam Sacramenta inſtituit, verbis peculiarem vim tribuit. Per formam enim baptiſmi à Chriſto inſtitutam, quæ in certis verbis conſiſtit, videlicet, *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* mundantur animæ. Unde Apoſtolus, *Mundans eam* (Eccleſiam) *lavacro aquæ in verbo vitæ.* Per formam Pœnitentiæ, quæ Epheſ.5. Matth.18. etiam certis verbis continetur, *Ego te abſolvo*, ſolvuntur rei: hinc ipſe Chriſtus, *Quæ ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.* Maximè autem in

excel

excellentiſſimo omnium Sacramentorum, Euchariſtia, qua paſcuntur ac ſanantur animæ, Verbi ſui vim atque efficaciam oſtendit, dum *virtute verborum Chriſti*, ut ait Conc. Flor. *Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus, panis in corpus, & vinum in ſanguinem convertuntur*. De quo Chryſ. *Dixit Chriſtus, Hoc eſt corpus meum, & rem ſimul cum verbo perfecit.* Hoc quotidie adhuc in altari facit, ut idem Chryſ. *Nos*, inquit, *miniſtrorum ordinem tenemus, tranſmutat ea Chriſtus*: dum videlicet Sacerdotis ore eadem verba proferuntur in perſona Chriſti, quæ à ſacerdote dicuntur, non intentione aſſerendi, ſicut cùm dicitur, Hic paries eſt albus: ſed intentione faciendi, ſicut cùm dicitur, Do tibi hanc veſtem, alioqui eſſet mendacium.

In ep. Synod. Eugen. 4.
Hom. 81. in Matth.
Hom. 83. in Matth.

Annotat etiam diligenter D. Ambr. Non Sacerdotis vel Evangeliſtæ, ſed Chriſti verbis fieri conſecrationem. *Sermo ergo Chriſti hoc conficit Sacramentum*. Et, *Sacramentum iſtud, quod accipis, Chriſti ſermone conficitur*. Et rurſum; *Antequàm cõſecretur, panis eſt: ubi autem verba Chriſti acceſſerint, corpus eſt Chriſti. Et ante verba Chriſti calix eſt vini & aquæ plenus, ubi verba Chriſti operata fuerint, ibi ſanguis efficitur, qui plebem redemit*. Et; *Sermo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non poteſt ea quæ ſunt in id mutare quod non erant? Non enim minùs eſt novas rebus dare, quàm mutare naturas.*

Lib. 4. de Sacrif. ca. 4. De iis qui myſter. ini. c. 9. Li. 4. de Sacra. ca. 5.
De iis qui Myſt. init. cap 9.

Aliquando Dominus etiam tactum adhibuit, ut oſtenderet carnem quoque ſuam vim ac efficaciam habere ſanandi & vivificandi, non ex ſua natura, ſed ratione divinitatis inhabitantis. *Tetigit linguam muti, & ſanavit. Tetigit manum ſocrus Petri, & dimiſit eam febris. Tetigit manum puellæ mortuæ,*

Marci 7.
Matth. 8.
Matth 9.

&

& ſurrexit, &c. Omnis virtus carnis Chriſti in ſanando, ſalvando, redimendo genus humanum, per miracula, paſſionem, mortem, ex Divinitate erat, quæ carnem inhabitabat. Unde ipſe Chriſtus; *Caro non prodeſt quicquam.* Caro ſola, ſine Divinitate. *Spiritus,* ſive Divinitas, *eſt qui vivificat.* Si ſolùm homo fuiſſet Chriſtus, paſſio ejus & mors non fuiſſet tanti pretii, ut pro peccatis hominum, qui omnes æternæ mortis rei erant, condignum aliquid exſolveret. Ioan. 6.

Quis tantus dux eſſet, inq. Ambr. *qui prodeſſet omnibus, niſi ille qui ſupra omnes eſt? Quis me ſupra mundum conſtitueret, niſi qui major eſt mundo? Iam verò ſufficiens fuit unus pro omnibus moriens,* ait Cyr. *qui digniſſimus omnium erat, quia & natura Deus, & Verbum ex Patre eſt. Niſi eſſet verus homo,* inq. Leo, *non præberet exemplum: niſi eſſet verus Deus, non adferret remedium.* Quot Martyres ſanguinem pro veritate ac juſtitia fuderunt? nũquid generi humano vitiatò ac perdito aliquid remedii attulerunt? *pretioſa quidem fuit in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Sed nullius inſontis occiſio,* inq. Leo, *propitiatio fuit mundi, nec alterius quiſquam debitum ſuo funere ſoluit. Accepêre juſti, non dedêre coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona juſtitiæ. Non hoc,* ait D. Aug. *efficere potuit, vel cujuſque virtus, vel quiſquam homo juſtus, vel aliquis angelus.* Lib 5. & 6. in Luc. De recta fide ad Reg. Serm. 1. de natali. Pſalm. 115. D. Leo epiſt. 83. In Pſal. 71.

Sicut autem Chriſtus, hîc agens adhuc vitam, tactu corpora ſanavit, Divinitatem ſuam oſtendens; ſic & nunc idem ſub ſpecie panis ſumptus animas ſanat, oſtendens eum ſe verè eſſe, qui ſub ſpecie panis à fidelibus ſumitur. *Ipſam enim carnem,* ait S. Auguſtin. *quam de carne Mariæ ac-* In Pſal. 83.

cepit,

cepit, in qua hîc ambulavit, nobis manducandam ad ſalutem dedit. Volui eſſe frater veſter, ait Chriſtus apud Chryſ. *carnem propter vos & ſanguinem aſſumpſi, vobis viciſſim ipſam carnem & ſanguinem trado.* Et: *Veſtimenta ejus deſideras videre, ipſe verò ſeipſum tibi tradit, non ut videas ſolùm, verùm etiam ut tangas, edas, & intra te habeas.* Tangit ergo hominẽ Chriſtus in Sacramento, & hoc tactu ſanantur animæ. *Sacramenta cùm acceperis*, ait Ambr. *tunc mirabere tantùm eſſe donatum homini; ut illud manna, quod miramur fluxiſſe de cœlo Iudæis, nec tantæ operationis judices fuiſſe ad ſalutem, &c.* Ideo & veteres quia permagnam Euchariſtiæ vim judicabant, eam miniſtrari volebant imminente perſecutionis acerbitate, ut ejus energia roborati & animati fideles, certiùs de hoſte ſæviente victoriam reportarent. Hinc & infirmis reſervatur ac miniſtratur, ut cùm vires corporis deficiunt, hoc pabulo vires animæ confirmentur; *& ipſa anima*, ait Chryſ. *virtute Dominici corporis ſublevantur in cœlum.*

Hom. 61. ad pop. & 83. in Matt.

Epiſt. 9.

Cypr. de lapſ.

Li. 6. de Sacerdotio.

Quando dicunt hæretici neminem hanc virtutem experiri, cæteros ſuo pede metiuntur, quod abſurdum. Certè D. Ignat. *vocat immortalitatis pharmacum, mortis antidotum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala.* Et D. Cyr. *Sævientem mẽbrorum noſtrorum legem ſedat, perturbationes animi extinguit, pietatem corroborat, atque ab omni nos erigit caſu.* D. etiam Leo; *Non aliud*, inq. *agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm ut in id, quod ſumimus, tranſeamus, & ipſum per omnia & ſpiritu & carne geſtemus. Si quis veſtrûm* (ait D. Bern. ad devotè & ſæpè communicantes) *non tam ſæpè modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ,*

In epiſt. ad Epheſ.

Lib. 4. in Ioan. ca. 17.

Ser. 15. de Paſſ.

Ser. de cœna Dom.

xuria, aut cæterorũ hujuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini: quoniam virtus Sacramenti operatur in illo. Et gaudeat, quòd peſſimum ulcus accedat ad ſanitatem. Et alibi; *Hoc corpus Chriſti, ægris medicina, peregrinantibus via, quod debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat. Per hoc homo manſuetior efficitur ad correptionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obedientiam promptior, ad gratiarum actionem devotior.* Denique D. Cyrill. rationem reddens, cur Iudas accepta buccella, impellente diabolo, exiverit continuò: *Timebat diabolus,* inq. *benedictionis virtutem, ne morando locus pœnitentiæ daretur, ejuſque ſcintillam in animo ejus accenderet, ac inde illuminaret, ac ad meliora retraheret.* Citatus à D. Thom. in Opuſc. 59. cap. 5. Lib. 9. in Ioan. c. 19.

Sanantur ergo animæ tactu corporis Domini, ſed eorum qui firma fide, ſincera devotione, puro corde id faciunt. Tangebant Chriſtum impii, qui eum percuſſerunt, flagellarunt, crucifixerunt; ſed non ex eo tactu ſanati ſunt. Tangunt Chriſtũ hæretici, qui Sacramentum projiciunt, confodiunt, pedibus cóculcant; ſed non inde ſanantur. Tangunt denique Chriſtiani indignè communicantes, nec illi ex eo tactu ſanantur: ſed omnes hi propter tactum divini corporis, judicium ſibi ac graviſſimam damnationẽ conciliant, *rei corporis & ſanguinis Domini*, cótempti videlicet, violati & indignè tractati. Dicit D. Cyr. *Quod accedentibus ad myſticam benedictionem, miniſtri Myſterii magna voce clamare ſolebant; Sancta ſanctis. Solis ſanctificatis ſpiritu, tactum & ſãctificationem corporis Chriſti congruere ſignificantes.* 1. Cor. 11. Lib. 12. in Ioan.

Notandum verò & hoc eſt, quod tametſi ſe Chriſtus in Sacramento Euchariſtiæ præcipuè reliquerit,

liquerit, ut ex ejus tactu & eſu ſanarentur animæ, ac in vita ſpiritali ſuſtentarentur; tamen volẽs certiùs hominibus demonſtrare ſe verè ibi eſſe, etiam interdum, cùm id expedire judicat, corpora ſervat & ſanat. Narrat D. Naz. de ſorore ſua Gorgonia, eam apud ſe in cubiculo ſacram Euchariſtiam aſſervatam ſuper altari, habere ſolitam, cujus veneratione & contactu, ut apparet, vehementi morbo, quo laborabat, dicit eſſe ſanatam. *Imitatur*, inquit Greg. *mulierem quæ fimbria Chriſti, ſanguinis profluvium compreſſit, & robore ſpiritus, robur corporis conſecuta eſt*. Refert etiam D. Proſp. de puella quadam à dæmone correpta, quòd in balneo lavans, ſimulachrum Veneris & ſeipſam impudicè reſpexiſſet, ac eandem ſumpta Euchariſtia ab eodẽ fuiſſe liberatam. Dicit & Evagrius, puerum Judæum, qui reliquias ſacri corporis cum aliis pueris ſumpſerat, & ob hoc in incenſum furnum à Patre Iudæo conjectus erat, ejuſdem virtute ab incendio ſervatum.

Oration. in funere Gorgon.

Matth. 9.

De præd. & promiſſ. cap. 6.

Lib. 4. c. 35.

Scribit de fratre ſuo Satyro nondum baptizato D. Ambr. quod in naufragio conſtitutus, acceptam à fidelibus, qui ſimul vehebantur, Euchariſtiam, & orario involutam, collo ſuo alligarit, qua munitus ſeſe in mare, ſoluta navi, demerſerit, ac evaſerit. Hic mos portandi terra marique in itinere Euchariſtiá ſudario involutam, diu apud fideles perſeveravit. Unde & de Pyrino Epiſcopo miſſo in Angliam ab Honorio Papa, prædicandi gratiâ, legitur quod corpus Dominicum palla involutum & ad collum ſuſpenſum ſemper ſecum ferebat. *Quam conſuetudinem piam ſicut fervens religio introduxit, ita & religio æquè ſancta ſubduxit. Suadebat tunc illud fides, quod poſtea reverentia diſſuaſit*. Bar. to. 8. Narrat de

Orat. funebr. de obitu ejus.

Agapito

Digitized by Google

Agapito Pontifice S. Greg. quod *Dominicum corpus mittens in os muti, linguam illius diu mutam ad loquendum ſolutam eſſe*. Denique ſcribit Thom. Kemp. de quodam religioſo, qui claudus & ſcipionibus innixus, accedens ad altare communicandi gratiâ, cum ſuper hac ſententia, *omnis turba quærebat eum tangere, & quotquot tangebant; ſanati ſunt*, quam in lectione Evangelii Miſſæ audierat, devotè meditatus eſſet, ſumpto Chriſti corpore ſanus & ſine ſcipionibus ab altari receſſit. Poſtremò refert D. Bonaventura in vita S. Franciſci, cap. 15. quod mulier quædam cæca, dum Miſſa celebraretur, in elatione corporis Chriſti oculos præ deſiderio aperiens, ob ſummam devotionem digna habita eſt, quæ hoſtiam tum videret, quam cum devotiſſimè adoraſſet, gratias agens, lætitiam ſummam oſtendit, non tantum ob viſum reſtitutum, ſed quòd eo Euchariſtiam vidiſſet. Multa alia poſſent afferri, quæ Dominus dignatus eſt operari in Sacramento Euchariſtiæ, ad ejus fidem ſtabiliendam; ſed brevitatis cauſa omittimus.

Li. 3. Dial. cap. 3.
In exéplis.

MONITUM LII.

Hoc eſt corpus meum.

Matth. 26.

QUemadmodum Pater cœleſtis de Domino Ieſu bis apertè teſtatus eſt; *Hic eſt filius meus dilectus*: & ex ejuſdem revelatione idem etiam Petrus confeſſus eſt, cùm ait; *Tu es Chriſtus filius Dei vivi;*

Matth. 3. & 17.
Matth. 16.

Ioan.10. *vivi:* & ipſe de ſeipſo, *Ego & Pater unum ſumus.* Ex quibus ſimilibuſque Divinis teſtimoniis certi ſumus Catholici omnes Chriſtiani, Ieſum eſſe naturalem Dei filium, & Patri conſubſtantialem. Ita ipſe Dei filius, de eo quod diſcipulis ſuis edendum atque bibendum in ultima cœna dedit, & ſpeciem panis ac vini habere videbatur, apertè dixit; *Hoc eſt corpus meum*, quod pro vobis tradetur. Et, *Hic eſt* Matth.26. *ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem* 1.Cor.11. *peccatorum.* Ex quibus, ſimilibuſque ſcripturis intelligunt Catholici omnes Chriſtiani (cùm veritas mentiri non poſſit) Apoſtolos corpus & ſanguinem Domini de manu ejus accepiſſe, & corporali ore ediſſe atque bibiſſe.

Hic autem ad tropos confugere, eſt in fulgentiſſima veritatis luce erroris tenebras quærere. Cùm enim ſimplex narretur hiſtoria, breviterque commemoretur, quid Chriſtus in cœna egerit, quid dixerit; quænam reperietur aut in antecedentibus vel in conſequentibus tropi ſignificatio? Imò reliquæ omnes circumſtantiæ mirificè ſtabiliunt Catholicam veritatem. Nam quòd in primis *ſublevavit oculos in cælum, quod gratias egit, quod benedixit*, rem magnam & miraculi plenam ſignificat, quòd ea Chriſtus, non niſi rebus in magnis facere ſolitus eſſet. Quid autem aggreſſus eſt ma- In Canone gni, ut propterea *ſuſpiceret in cælum, & gratias age-* Miſſæ. *ret*, ſi nihil aliud quàm panem, & merum ſui sig- Marc.8. num erat relicturus? Quid benedictione opus Gen.1.9. fuit, ſi ejus circa panem benedictio effectu Iob ultim. caruit? Ut enim aliàs, aut *panes multiplicavit be-* 1.Cor.11. *nedicendo, aut ad generis propagationem fœcunditatem tribuit, aut facultates auxit*: ita & hic be-

nedicti

nedictione ſua,ejus rei cui benedixit, mirabilem mutationem feciſſe credendus eſt.

Idem manifeſtum eſt ex Apoſtolo Paulo ſcripturam hanc Evangelicam repetente ac tractante: 1.Cor.11.
Docet enim eum *qui indigno communicat, reum eſſe injuriæ, corpori ſanguinique Dominico illatæ, idque propterea, quia non diſcernit corpus Domini ab aliis cibis*. Quod ſanè conſiſtere nequit, ſi reipſa non eſt corpus Chriſti, quod ex altari ſumitur. Deinde tãquam hoc omnibus Chriſtianis notum eſſe debeat, increpat Corinthios; *Panis quem frangimus, nonne* 1.Cor.11.
participatio corporis Chriſti eſt? Et calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Deinde ſubdit; *Quoniam unus panis, & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participamus.* Si reipſa non participat corporaliter corpus & ſanguinem Domini qui communicat, oportebat Apoſtolum dicere, Panis quem frangimus, participatio ſpiritus Domini eſt, eo quòd nec ipſum corpus, nec ſanguinem, ſed ſolum ſpiritum merito Chriſti acciperemus: falſumque erit omnes *Chriſtianos de uno pane participare*, cùm diverſiſſimos panes ſumant, qui in diverſis locis communicant. At ſi intelligamus Paulum loqui de pane benedicto, qui (ut revera eſt) corpus ſit Chriſti, manifeſtum eſt, omnes Chriſtianos, etſi ſub diverſorum panum ſpeciebus communicent, unum tamen panem, qui corpus eſt Chriſti, participare.

Denique tota Apoſtoli hoc in loco doctrina eò pertinet, ut ſcirent atque perpenderent, quàm eſſet menſa illa tremenda, in qua non vulgaris & communis cibus; ſed Domini corpus manducandum proponeretur. Arguit ibidem quoſdam Co-

Digitized by Google

rinthiorum Apoſtolus, quod *corpus Domini non dijudicarent*, hoc eſt, interprete Auguſtino, *non diſcernerent à cæteris cibis, veneratione ſingulariter debita.* At quænam Euchariſtiæ tam ſingulariter eſt debita veneratio? niſi quia in ea verè agnoſcitur præſens eſſe corpus Domini, & ut tale mente colitur, adoraturque & corpore? Pſalmiſta loquens de mẽſa Domini, diſtinguit inter pauperes & divites? *utrique quidem adducti ſunt ad menſam Chriſti, & accipiunt de corpore & ſanguine ejus. Sed pauperes adorant & ſaturantur; divites verò adorant tantum, non etiam ſaturantur, quia non imitantur. Manducantes enim pauperem, dedignantur eſſe pauperes.* Sic Aug.

Epiſt. 118. ca. 3. tract. 62. in Ioan. Pſal. 21. Aug. epiſt. 120.

Accedit eódem & caput quintum Epiſtolæ ad Epheſios, in quo ſignificatũ eſt, carnis quoque cõmixtionem inter Chriſtum & Eccleſiam intercedere. Neque enim ob ſolam incarnationem ad hoc Chriſti & Eccleſiæ conjugium referri poteſt (*Erũt duo in carne una,*) cùm per incarnationem ſola habeatur naturæ ſimilitudo, ob quam non dicuntur conjuges eſſe una caro, ſed ob conjugalem commixtionem. Inveniẽda eſt ergo præter incarnationem, ob quam Chriſtus in natura ſimilis factus eſt Eccleſiæ, alia cõjũctio, per quã nobis ita miſceatur, ut efficiamur una caro. Hoc autẽ Veteres propter Euchariſtiæ ſumptionem fieri interpretati ſunt, per quam Chriſti carne paſcimur, eique corporaliter commiſcemur & unimur, mẽbraque ejus efficimur.

Epheſ. 5. Iren. lib. 5. cont. hæreſ. Cyrill. lib. 10 in Ioan. Chryſ. ho. 45. in Ioan. cap. 5.

Deinde Chriſtum propriè locutum, cùm dixit; *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*; demonſtratur ex perpetuo totius Eccleſiæ ſẽſu. Hîc enim pleniſſima firmiſſimaque ſita eſt oſtenſio, omnes alias probationes fulciens, ac ſolidas reddens. Siquidem

quidem non vanè promiſit Chriſtus,adversùs Eccleſiam ſuam portas inferi nunquam prævalituras. Unde ait Lanfrancus Berengario; *Si verum eſt quod de corpore Chriſti tu credis & aſtruis,falſum eſt quod ab Eccleſia ubique gentium de eadem re creditur & aſtruitur. Omnes enim, qui Chriſtianos ſe & dici & eſſe gloriantur, veram Chriſti carnem, verumque ejus ſanguinem,utraque ſumpta de Virgine,in hoc Sacramento ſe percipere gloriantur.* Matth. 16.

Synodus itaque Epheſina prima, una illarum quatuor,quarum definitiones velut quatuor Evangelia ſe recipere fatetur D.Greg. *Accedimus,* inq. *ad myſticas benedictiones & ſanctificamur,participes effecti ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium redemptoris, non ut communem carnem accipientes,nec ut viri ſanctificati & verbo conjuncti,ſecundùm dignitatis unitatem,aut ſicut divinam poſſidentis habitationem; ſed verè vivificatricem,& ipſius verbi propriam factam.* Anno 123. Greg.lib.1. epiſt.ca.24.

Nicæna ſecunda Synodus contra Iconomachos: *Cupientes,* inq. *obſcurare contemplationem aliarum imaginum,aliam imaginem introduxerunt, quæ ſanè non imago eſt,ſed corpus & ſanguis. Legas quouſque voles,nunquam invenies neque Dominum,neque Apoſtolos,neque Patres incruentum illud Sacrificium,quod à Sacerdote offertur,imaginem dixiſſe, verùm ipſum corpus & ipſum ſanguinem.* Circa annũ Dom.800. 350.Epiſc.

Synodus Lateranenſis; *Chriſti corpus & ſanguis in Sacramento altaris ſub ſpecie panis & vini,veraciter continentur, tranſſubſtantiatis pane in corpus & vino in ſanguinem,poteſtate Divina, ut ad perficiendum myſterium unitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod ipſe accepit de noſtro.* Sub Innoc. 3.an.1215.

Digitized by Google

Ann. 415. Synodus Conſtantienſis damnat hos articulos Vvicleff; *Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, remanent in Sacramento altaris. Accidentia panis non manent ſine ſubjecto in eodem (Euchariſtiæ Sacramento.) Chriſtus non eſt in eodem Sacramento identicè & realiter in propria præſentia corporali.* Mandatur quoque in eadē Synodo Inquiſitoribus, ut inquirant à ſuſpecto de hæreſi; *utrum credat, poſt conſecrationem ſacerdotis in ſacramento altaris, ſub velamento panis & vini, non eſſe panem materialem, vinumque materiale, ſed eundem per omnia Chriſtum, qui in cruce paſſus eſt, & ſedet ad dexteram patris. Item utrùm credat & aſſerat, quod facta conſecratione per Sacerdotem ſub ſola ſpecie panis tantùm, præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti, & ſanguis, & anima, & Deitas, & totus Chriſtus, ac idem corpus abſolutè, & ſub una qualibet illarum ſpecierum ſingulariter.*

In epiſt. Synod. anno 1439. Denique Synodus Florentina; *Sacerdos,* inquit, *in perſona Chriſti loquens, conficit hoc Sacramentum. Nam ipſorum verborum virtute, ſubſtantia panis in Corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem convertuntur: ita tamen quod totus Chriſtus continetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini: ſub qualibet quoque parte hoſtiæ conſecratæ & vini conſecrati, ſeparatione facta totus eſt Chriſtus.*

Addamus authoritates Patrum de Euchariſtiæ veritate, ex quibus facillimè poteſt veteris Eccleſiæ ſenſus perſpectus haberi. Epiphanius; *Verus,* inquit, *eſt ille, qui cùm gratia id quod eſt ſecundùm imaginem homini largitus eſt, & quod ſunt quæ ſimilia ſunt, id eſt, quæ vera ſunt, & tamen à nobis non intelliguntur. Videmus enim quod accepit Salvator in*

In Anchoratu.

manus

Digitized by Google

manus ſuas,& ubi gratias egiſſet, dixit,hoc meum eſt, hoc & hoc: & videmus quod non æquale eſt,nec ſimile: non imagini in carne,non inviſibili Deitati,non lineamentis membrorum: hoc enim eſt rotundæ formæ,& inſenſibile quantùm ad potentiam, & voluit per gratiam,hoc meum eſt,hoc & hoc, & nemo non fidem habet ſermoni. Qui enim non credit ipſum eſſe ſicut dixit, is excidit à gratia & ſalute. Ex quibus Epiphanii verbis manifeſtiſſimum eſt, quid tunc tota Eccleſia crediderit: nemo,inquit, non fidem habet ſermoni; cùm nunc hoc deplorandum ſit, tam multos inveniri,qui hoc credere recuſant.

Similiter Chryſoſt. *Audiamus*, inq. *& credamus ubique Deo,nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur, quod dicitur, & ſuperet ſenſum & rationem noſtram,quod in omnibus, & præcipuè in myſteriis faciamus.* Et paulò poſt: *Quoniam ergo ille dixit, Hoc eſt corpus meum, nulla teneamur ambiguitate; ſed credamus, & oculis intellectus id perſpiciamus: nihil ènim ſenſibile traditum à Chriſto,ſed ſub rebus ſenſibilibus: omnia verò quæ tradidit,inſenſibilia ſunt.* Rurſum ibidem: *Nõ ſufficit ipſi hominem fieri, flagellis interim cædi, ſed nos ſecum in unam,ut ita dicam, maſſam reducit, neque id fide ſolùm, ſed reipſa nos corpus ſuum efficit.* Hom. 83. in Matth.

Hilarius etiam tractans illud, *Vt unum ſint omnes: Hos nunc*, ait, *qui inter Patrem & filium voluntatis ingerunt unitatem,interrogo, utrumne per naturæ veritatem hodie Chriſtus in nobis ſit, an per concordiam voluntatis? Si enim verè verbum caro factum eſt, & nos verè verbum carnem cibo Dominico ſumimus,quomodo non naturaliter in nobis manere exiſtimandus eſt,qui & naturã carnis noſtræ jã inſeparabi-* Li. 8. de Trinitate.

X 3 *lem*

lem ſibi homo natus aſſumpſit, & naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub Sacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit.

Lib. 12. in Ioan. ca. 50. Et Cyrillus: *Una Sabbathorum*, inquit, *apparuit Chriſtus cæteris, id eſt, die Dominico, die poſtea deinceps octavo, utriſque connumeratis extremis, congregati ſunt rurſus diſcipuli, Thoma præſente, ſimili modo Dominum vident. Iure igitur ſanctæ congregationes die octavo in Eccleſiis fiunt, & foribus ſubliniore modo clauſis viſibiliter ſimul atque inviſibiliter Chriſtus omnibus apparet: inviſibiliter quidem ut Deus, viſibiliter autem in corpore. Præbet enim nobis carnem ſuam tangendam, ut firmiter credamus, quia templum verè ſuum ſuſcitabit. Quod autem myſticæ benedictionis communio, reſurrectionis Chriſti quædam confeſſio eſt, verbis ipſius probatur; fractum enim panem diſtribuebat dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis traditur in remiſſionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Participatio igitur myſterii, vera quædam confeſſio & commemoratio eſt, quod propter nos Dominus & pro nobis, & mortuus ſit & revixit. Fugiamus igitur infidelitatem poſt tactum Chriſti, & firmi atque ſtabiles ab omni longè ambiguitate inveniamur.* Et rurſum: *Uniuntur inter ſe fideles illis modis quos jam expoſuimus, uniuntur autem etiam Deo, & modum ipſe Salvator aperuit, dicens: Ego in ipſis, & tu in me, ut in unum ſint conſummati. Corporaliter enim filius per benedictionem myſticam nobis ut homo unitur, ſpiritualiter verò ut Deus.*

Lib. 21 in Ioan. ca. 27.

Li. 1. de Sacram. c. 1. Idem Ambr. *Sicut verus eſt Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quemadmodū homines per gratiam, ſed quaſi filius ex ſubſtantia patris, ita vera caro, ſicut ipſe dixit, quam accipimus, & verus eſt potus.*

Denique Aug. *Ferebatur*, inq. *in manibus ſuis. Hoc*

Digitized by Google

verò fratres, quomodo poſſe fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Quomodo intelligatur in ipſo Davide ſecundùm litteram, non invenimus, in Chriſto autem invenimus: ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait, Hoc eſt corpus meum. In procem. Pſalm. 33. conc. 1. Proſp. de promiſſ. & prædict. par. 2 cap. 25.

Poſtremò Leo; *Dicente Domino*, inq. *niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, ſic ſacræ menſa communicare debetis, ut nihil prorſus de veritate corporis & ſanguinis Chriſti ambigatis: hoc enim ore ſumitur, quod fide creditur, & fruſtra ab illis, Amen, reſpondetur, à quibus contra id quod accipitur, diſputatur.* Audiviſtis Scripturas, Concilia, Patres. Ser. 6. de jejun. 7. menſ.

Tantam itaque habentes impoſitam nubem teſtium, quis audebit de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ ambigere? Hæreſis eſt error in fide pertinax, id eſt, quem homo tenet poſt veritatem demonſtratam atque apertam. Aperitur autem non ſolùm Scripturis & authoritatibus ſanctorum, ſed etiam totius Eccleſiæ definitione, approbatione atque conſenſu: ut in Conciliis Generalibus, in quibus omnes adſunt Prælati, ſi non corpore, ſaltem ſpiritu & aſſenſu. Unde rectè dicit D. Aug. *Hæreticum eſſe, qui poſt definitionem plenarii Concilii, & totius Eccleſiæ conſenſum, adhuc contrà ſentire eligit.* Hebr. 12. Cont Donat. li. 1. ca. 18 & lib. 2. cap. 4.

MONITUM LIII.

Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat. 1. Cor. 11.

QUemadmodum maximos fructus ex communione percipit, qui dignè Sacramentum

ſumit, ita indignè ſumentibus ſummus reatus ac pernities conciliatur. Neceſſarium eſt ergo explicare & cognoſcere, qua accedentibus ad SS. Euchariſtiam opus ſit præparatione. Deinde qui & quales fructus redeant ad eos qui ritè accedunt. Tria colligere licet ex Apoſtolo, ad dignè ſumendum homini neceſſaria.

1. Cor. 11.

Primùm, *ut dijudicet corpus Domini*, id eſt, ut rectè Aug. interpretatur, *diſcernat ab aliis cibis veneratione ſingulariter debita:* hoc eſt, uti antea quoque dictum eſt, firmiter credat eſſe Dominicũ corpus, quod in altari offertur, & ex altari datur, & tanquã verum Domini corpus mente & corpore adoret. *Si ſederis cœnare ad menſam potentis*, ait Sap. *cognoſcens intellige quæ apponuntur tibi, & ſic extende manum tuam.* Quod explicans D. Aug. *Quæ*, inq. *eſt mẽſa potentis, niſi unde ſumitur corpus & ſanguis Domini? Et quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere? Et quid eſt conſiderare & intelligere quæ apponuntur, niſi dignè tantam gratiam cogitare?* Idem Aug. alibi: *Si*, ait, *vos vobis ex terrena fragilitate viluiſtis, ex pretio veſtro vos appendite, quid manducetis, quid bibatis, tamen dignè, cogitate.* Et D. Chryſoſt. *Veniat in mentem tibi, quo ſis honoratus honore, qua menſa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, neque abſque pavore propter fulgorem qui inde reſilit, aſpicere poſſunt, & nos in unam cum illa maſſam reducimur, Chriſti corpus unum & caro una. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? Quis paſtor unquam membris ſuis oves ſuas nutrivit? Multæ matres poſt partum aliis nutricibus infantes dederunt: quod ipſe facere noluit, ſed proprio corpore nos alit, & ſibi cõjungit, atque conglutinat.*

Epiſt. 118. ca. 3 Tract. 62. in Ioan.

Monito præced.

Eccleſ. 31.

Aug. ſer. 1. de S. Laurent.

Tract 84. in Ioan.

In pſal. 32. conc. 1.

Hom. 83. in Matth.

Atque

Atque hæc fides etiam ab ipſis Gentilibus teſtimonium habet: nonnulli enim exiſtimarunt Chriſtianos Liberum & Cererem colere, *propter panem & calicem*, inq. Aug. alii eis dicebant, *Deum quaſi proprium vendicatis, & in locis abditis præſentem vos videre componitis*, ut eſt apud eundem. Alii imponebant Chriſtianis, quòd humana carne veſcerentur, & Thyeſteas cœnas præpararent. Quod rectè interpretatur Oecumenius inde ortum, quia Pagani ſervi audierunt ex dominis ſuis, veſci eos in myſteriis ſuis corpore & ſanguine Domini. Unde & Tyrannus qui Laurentium torruit in craticula, apud Prud. ait: *Hunc eſſe veſtris Orgiis Moremque & artem proditum eſt, Hanc diſciplinam fœderis, Libent ut auro Antiſtites. Argenteis ſcyphis ferunt Fumare ſacrum ſanguinem.*

Li. 20 cont. Fauſt. c. 13. Epiſt. 43. Euſeb. li. 5. ca. 1. hiſt.

In hymno de S. Laur.

Secundum eſt, ut probet ſeipſum homo, id eſt, examinet ſe, num verè Chriſti amicus indutus ſit veſte nuptiali. Requiritur ergo etiam ea vitæ bonitas, quæ peccati amorem & cupiditatis regnum excludat. Siquidem menſa hæc ad ſpiritualem nutritionem, & ejus vitæ quæ cœleſti regeneratione donata eſt, conſervationem divinitus eſt comparata. Mortui autem ſunt, qui in peccandi vivunt affectu, quemadmodum ait Apoſt. de vidua: *Quæ in deliciis vivens, mortua eſt*. Quocirca locum in iis non habet ſpiritualis iſta nutritio, quæ ſine animæ vita conſtare non poteſt: non enim nutritur, quod mortuum eſt. Deinde ſi communis rationis judicio corporis munditiis in ore & manibus ad terrena hæc alimenta percipienda requiritur, multò magis ad hunc divíniſſimum cibum accipiendum, cordis eſt adhibenda mundities: ut ſicut B. Apoſto

1. Timot. 5.

1.Tim.2. Apoſtolus *levari vult inter orandum puras ad Deum manus:* ita etiam ad Dominicam menſam, quæ cultum Dei habet ſingularem, non niſi purgatis ab opere malo manibus accedatur. Idcirco D. Chryſ. *Tu,* inq. *cùm carnalem cibum ſumpturus accedis, os antea & faciem lavas, cùm verò ad ſpiritualem menſam acceſſurus es, animam lavare diſſimulas, atque immunditia plenus accedis?* Ait quoque Dominus, *Cùm offers munus tuum ad altare, &c. Ubi per omnia ſignificat,* inquit idem Chryſoſt. *quia per aliquas inter ſe inimicitias diſſidentes, nequaquam menſa illa ſuſcipiat.*

Hom.5.in 1.ad Tim. hom.61. ad pop.

Matth.5. hom.16.in Matth. Iacob.4.

Quod ſi qui cum proximo gerit inimicitias repellendus eſt, quî poteſt idoneus ad ſacræ hujus menſæ participationem videri, qui per amicitias hujus ſeculi, Dei conſtituitur inimicus? nec verò tantum non prodeſt cibus hic malis, verùm etiam nocet, non quia malum eſt quod accipitur, ſed quia malè & indignè capiatur. Sicuti de lege alioqui bona & ſancta dicit Apoſt. quòd mortis extiterit occaſio. Simile quiddam evenit interdum in nutriendis etiam humanis corporibus, ſi malè illa affecta ſint, miniméque purgata, ut eis cibus alioqui ſalubris noceat. Quam ſimilitudinem nec D. Chryſoſt. prætermiſit: *Ut enim alimentum,* inquit, *natura alendi vim habens, ſi in eum qui malè concoquit, incidat, omnia deſtruit atque corrumpit, & morbi occaſionem prabet: ita ſanè horrenda illa myſteria.*

Mon.17. Rom.7.

Hom.17.in ep. ad Heb. & in Orat. de Eccleſia

Itaque ne noceat menſa hæc, quæ ad ſummam utilitatem comparata eſt, & ne tanquam venenum ſumenti fiat mortiferum, quod vitam ſervare debuerit, pœnitentiæ priùs adhibenda purgatio eſt, quò pertinet Apoſtolica doctrina atque monitio.

1.Cor.11.

Digitized by Google

monitio. Sicut autem peccati affectus per pœnitentiam deponendus eſt,ita & peccati remiſſio antecedat neceſſe eſt:nam neque vitam adhuc habere dicendus eſt,qui per peccatorum remiſſionem non habet inhabitantem Spiritum Sanctum, tametſi illo Spiritu operante jam prodire cœperit è ſepulchro peccati per pœnitentiam.Neque item mundus eſt,in quo adhuc hæret macula,cum reatu per infuſam delenda gratiam. Per hanc enim domui conſcientiæ nitor reſtituitur, quæ adhuc ex peccato deformis ante reconciliationem divinis oculis apparebat. Joan.11.

Præterea,qui ad hanc menſam accedit, eáque perfruitur, declarat eo ipſo ſe Chriſto unitum per fidem & charitatem : hanc enim corporis myſtici membrorumque cum capite conjunctionem & ſanctam ſocietatem , Sacramentum iſtud ſignificat.Unde & commendatur nobis, in iis rebus quæ ex multis fiunt quid unum,in pane & vino, uti ex Cypr.notavit Aug.tract.26.in Joan.hinc & Apoſtol. *Unum ſumus omnes qui de uno pane participamus*.Ex quo conficitur,eum qui cum peccati mortalis conſcientia accedat , etſi peccatum oderit ac pœnitentiam agat, ipſo acceſſu & ſumptione facti mendacium incurrere,id quod pertinet ad Sacramenti hujus violationem , ideoque ſacrilegium eſt , & grave peccatum. Menſa quoque filiorum eſt hæc & amicorum , non ſervorum , non inimicorum,*non canum, qui foris ſunt*. Cùm ergo nemo ſit filius & amicus ante reconciliationem , efficitur , ante hanc nemini acceſſum ad ſacram iſtam menſam patere poſſe , niſi qui veſtem habet nuptialem, quæ charitas eſt. Rectè igitur,breviterque Chryſ. 1.Cor.10. D.Thom. in hymno. Apoc.22. Matth.22. Hom.51. in Matth.

Digitized by Google

Chryſ. *Pacis*, inq. *Sacramentum eſt, hoc Sacramentum inquiſitioni pecuniarum & ſimoniæ non convenit*. Ergo reconciliati ſoli debent accedere cum Deo & proximo, alioqui ſacrilego peccant mendacio. Eſtque hoc Iuris Divini & Eccleſiaſtici in
Seſ.14.c.11. Concil. Trident.

Tertium eſt, ut in *Dominicæ mortis memoriam* communicet. Inſtituit enim Chriſtus hoc Sacramentum, *tanquam paſſionis ſuæ memoriale perenne*,
Opuſ.57. ait D.Thom. *Captiva eras* (inquit D. Anſelm. ad
In Medit. animam) *& ſic liberata es: perdita, ſic reſtituta: mortua, ſic reſuſcitata. Hoc mandat, hoc ruminet, hoc ſugat, hoc glutiat cor tuum, cùm ejuſdem Redemptoris tui carnem & ſanguinem accipit os tuum*. Pro ſummo enim beneficio, quod præſtitit filius Dei, dum ſe
Philip.2. pro viliſſimis peccatoribus exinanivit & humiliavit uſque ad mortem Crucis, cujus & particeps factus eſt, & magis particeps fieri cupit, maximas
2.Cor.5. gratias communicaturus agere debet, atque orare, ut virtute Dominici corporis, ejus paſſionem deinceps imitatus, non ſibi vivat, ſed ei qui pro ipſo mortuus eſt, & reſurrexit.

Luc.22. Non enim cùm dicit Dominus; *Hoc facite in meam commemorationem*, ob gratiarum actionem ſolùm fieri voluit ſui commemorationem, ſed ut per eam commemorationem quidvis etiam à Deo petere & expectare confidenter poſſemus: quòd ſicut per eum ſemel liberati ſumus, ita per eum ſolum omnia nobis ſemper deinceps bona provenire poſſent. Et dum grato animo præſtitam redemptionem nos agnoſcere teſtamur, non poſſumus non ſimul etiam ejus efficaciam & operationem petere, in quibus nos ea egere cognoſcimus. Loquitur

quitur Crucifixus ad Eccleſiam, ſponſam ſuam; *Sub arbore malo ſuſcitavi te; ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Et quid Sponſus pro tam eximio beneficio exigit, niſi continuam memoriam & gratitudinem? Unde ſubdit; *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* Cujus præcepti memor Eccleſia; *Faſciculus*, inquit, *myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* De quo D. Bernard. *Ego,* inquit, *ab ineunte converſione mea, pro acervo meritorum, quæ mihi deeſſe ſciebam, hunc mihi faſciculum colligare, & inter ubera mea collocare curavi, collectum ex omnibus amaritudinibus & anxietatibus Domini mei, nemo tollet eum à me, inter ubera mea commorabitur.* Cant. 8. Cant. 1. Ser. 43. in Cant.

Multiplex autem ac varius eſt dignæ communionis fructus. Primus quòd per illam Chriſto cõjungamur, atque cum eo unum efficiamur, tam ſecundùm ſpiritum, juxta id quod Apoſt. ait, *Qui adhæret Domino, unus ſpiritus eſt*; quàm ſecundum carnem, uti idem ait; *Membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus.* Et ipſe Chriſtus; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Ex quo deinceps & hoc conſequitur, nos inter nos unum fieri. Qui enim unum ſunt uni tertio, etiam inter ſe conjunguntur: ſicut idem Apoſt. ait; *Unus panis, & unum corpus multi ſumus omnes, qui de uno pane participamus.* Itaque ut etiam Damaſc. annotavit, rectiſſimè hoc Sacramentum *Communio* appellatur, quia videlicet, in ipſo & Chriſto communicamus, participantes ejus carnem atque Divinitatem; & ad invicem unimur. Bonum autem noſtrum præcipuum eſt. 1. Cor. 6. Epheſ. 4. Joan. 6. 1. Cor. 10. Lib. 4. de fid. c. 14.

eſſe

eſſe unum cum Chriſto. Per hoc enim fit, ut non ſolùm omnium bonorum ejus participes efficiamur, verùm & ipſi inhæreamus. Quod bonum hominis eſſe ait Propheta, dicens; *Mihi adhærere Deo, bonum eſt*. Unitas autem membrorum Eccleſiæ efficit illud, de quo idem Propheta gloriatur; *Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua*.

Pſalm.72.

Pſalm.118.

Deinde cum omnis fructus ſpiritalis atque gratia ex paſſione Salvatoris nobis proveniat, quæ *cauſa eſt omnium gratiarum, fons omnium benedictionum*, ut ait D. Leo: clarum eſt in hoc Sacramento tantò abundantiorẽ gratiã nobis conferri, quantò magis præ cæteris Sacramentis paſſio hîc Chriſti recolitur & repræſentatur. Alia enim Sacramenta ad aliquem effectum Paſſionis Chriſti obtinendum ſunt inſtituta; hoc autem præcipuè, ut perpetua inſit nobis paſſionis Chriſti memoria, & jugiter in ejus recordationem offerretur & ſumeretur.

Serm.8.de paſſ.

Præterea inſtitutum eſt hoc Sacramentum, ut per modum cibi & potus edatur & bibatur, eoque omnem effectum quem habent in vita corporali cibus & potus, corpus nutriendo, conſervando, confortando & delectando; hujus quoque Sacramenti ſumptio operatur in vita ſpiritali. Id apertè declarat Chriſtus, dicens; *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus*. Quaſi dicat; Quemadmodum fieri non poteſt, ut abſque cibo & potu vivere juxta corpus quiſquam poſſit;

Ioan.6.

ita

ita non eſt vita ſpiritus abſque mea carne & ſanguine, quæ conferunt æternam vitam, non ſolùm animæ, ſed & corpori; dum virtute carnis meæ & ſanguinis, corpus etiam mortuum ad vitam revocatur æternam. Cyril. l. 4. in Ioã. c. 14.

Denique hujus Sacramenti cibus porrigitur, non ſolùm ut cibus hominis fortis & ſani; ſed & inſtar cibi medicinalis. *Medicina eſt*, inq. Ambroſ. *venerabile & cæleſte Sacramentum. Non ſolùm mortem, ſed & morbos omnes depellit*, ait Cyrill. *Sævientem enim legem membrorum noſtrorum ſedat, cùm in nobis maneat Chriſtus; pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit, ægrotos curat, colliſos redintegrat, & ab omni nos erigit caſu. Liberum primi hominis arbitrium*, inq. Proſper, *ſua prævaricatione bibit omnium vitiorum venenum, & totam hominis naturam intemperantia ſua ebrietate madefecit; ſed edendo carnem filii hominis, & bibendo ejus ſanguinem, lethalem ejus digerit cruditatem.* De quo & Zachar. Propheta; *Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus: niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* quaſi dicat; Quid boni habet Deus majus eo, quod dat hominibus, videlicet in Euchariſtia, ut ſancti fiant? Dat eis Deus bonum omnium maximum, quæ habet, ſcilicet frumentum electorum, id eſt, panem cœleſtem, qui eſt verum ejus corpus, quo eos nutrit & confirmat. Dat etiam vinum ſacroſancti ſanguinis ſui, non quale illud, de quo Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*; ſed *germinans virgines*, & miram caſtitatem corporis & animæ efficiens, ac *calore Spiritus ſancti fontes libidinis exſiccans*, ut ait D. Hier.

Lib. 5. de Sacra. ca. 4. Lib. 4. in Ioan. ca. 17. Cont. collat. cap. 19. Zachar. 9. Hieron. in ca. 9. Zach. Epheſ. 5. In Epitaph. Lic. Bætici.

Digitized by Google

MONITUM LIV.

Dico vobis, quod nemo virorum illorum guſtabit cœnam meam.

Luc. 14.

1. Ioan. 2. Vide Aug. ſer. 33. de verb. Dom. D. Thom. in 1. 2. qu. 77. art. 5.

QVicquid in mundo eſt, ait Joannes, *concupiſcentia carnis eſt, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.* Explicans non tam peccata omnia, quàm omnium peccatorum peſſimas radices. Tria autem ſunt genera hominum, qui à cœna Dominica, quam celebrabit maximè in futuro ſeculo, excluduntur. Illi nempe, qui dictas concupiſcentias, vel unam earum ſequuntur.

De S. Virg. cap. 31. De Catech. rudib. c. 4. & 22. Ioan. 6.

In primis ſuperbi & ambitioſi, qui ſignificantur per illum qui dicit in Evang. *Villam emi, & neceſſe habeo exire, & videre illam. Univerſa enim diſciplina Chriſtiana*, inq. D. Aug. *contra ſuperbiam militat, quia humilitatem ſuadet & docet.* Et ipſe Chriſtus noſtræ Religionis author & caput, *Sicuti Divinæ in nos dilectionis eſt indicium, ita humanæ apud nos humilitatis eſt exemplum. Bona terrena contempſit, ut contemnenda monſtraret; mala terrena ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcipiebat; cùm ad regni dignitatem quæreretur, fugit, ad crucis opprobrium ſponte pervenit.* Et ſuos admonuit dicens; *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris.* Ergo & qui Chriſtum ſequi volunt, debent ſubjicere collum ad humilitatis jugum; edomare frontem ad Crucis opprobrium. *Diabolus ſuperbus,*

Greg. in Paſt. part. 1 cap. 3. Matth. 11.

ait

ait Aug. *hominem ſuperbientem perduxit ad mortem: Chriſtus humilis hominem humilem reducit ad vitam.* Sent. 59. apud Proſp.
Atque in hoc maximè ſitam eſſe Chriſtiani vocationem, teſtatur Apoſt. *Obſecro vos,* inq. *ut dignè ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia, &c.* Epheſ. 4.

Superbus autem eſt qui in iſtis bonis externis, ut divitiis, potentia, &c. inordinatè excellere quærit, vel etiam bonis animi, ſed malis communibus, ut ſcientia, ingenio, facundia, &c. Maximè autem gaudet & tumet homo poteſtate externa, ſtudens magis præeſſe quàm prodeſſe. Contra quos dicit Chriſtus: *Principes gentium dominantur eorum. Non ſic erit inter vos.* Matth. 20. Luc. 22. Qua ſententia non omnem ſuperioris poteſtatis excellentiam ſuſtulit, ſed divinitus inſtitutum ordinem, quo alii aliis gubernandis præſunt, Deíque in eo miniſtri ſunt, approbans, vitium, quod ſuperiorem illam poteſtatem infeſtare ſolet, à ſuis cupit eſſe alieniſſimum, ne videlicet more gentilium dominentur in ſubditos: Quod ij faciunt, qui neglecta utilitate ſubditorum, conceſſæ poteſtatis uſum ad honores ſuos & glorias, commodaque vitæ convertunt; quaſi nõ propter alios, ſed propter ſe, illum locum adepti eſſent. Poteſt quidem ſervari etiam in loco altiori humilitas; ſicut humilis erat Regina Eſther, quæ de ſeipſa ad Dominum, *Tu ſcis neceſſitatem meam, quòd abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum.* Eſther 14. Rara eſt tamen in honore humilitas, & ſicut caſtitas in delitiis, ita humilitas periclitatur in honoribus. Unde D. Auguſtin. de ſe, *Hoc agebam quantùm poteram, ut in loco humili ſalvarer, ne in alto periclitarer.* Serm. 1. de comm. vita cleric.

Superbus item eſt, qui in ſuis viribus confidit, quaſi iis rectè vivere queat. Atque hæc maxima eſt ſuperbia, nō de vanis, externis, exiguis rebus originem ſumens, aut illis animi bonis, quæ bonis, maliſque ſunt communia; ſed veris, nempe virtutibus.

Rom. 10. *Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti*, ſive participes, ac

De S. Virg. c. 38. proinde nec vitæ. De qua ſuperbia dicit S. Aug. ſuperbæ Virgini: *Metuo tibi vehementer, ne cùm te*

Apocal. 14. Matth. 7. *agnum, quòcunque ierit, ſecuturam eſſe gloriaris, eum*

In epiſt. ad Demetr. *præ tumore ſuperbiæ ſequi per anguſta non poſſis.* Et D. Proſper: *A quibuſlibet lapſibus delictorum facilè ſurgitur, quando opem à reparatore ſuo poſcit eliſus: huic autem ruinæ nihil ſubvenit, quia aut difficilè peccatum ſuum ſuperbus agnoſcit, aut etiamſi intellexerit,*

Sent. 31. *non currit ad medicū, ſed de ſe ſibi remediū pollicetur, nec unquam ibi proficit cura, ubi morbus eſt ipſa medicina.* Et alibi, *Ad cœleſtis Ieruſalem non aſcendunt conſortium, niſi qui toto corde profitentur, non proprii operis, ſed Divini eſſe muneris, quod aſcendunt.*

Deinde excluduntur à cœna Dominica illi, qui ſectantur concupiſcentiam oculorum. Significati per illum qui dicit in Evang. *Iuga boum emi quinque, & eo probare illa.* Per concupiſcentiam oculorū varia poſſunt intelligi. Primò avaritia, quæ bonis terrenis colligendis & augendis inhiat, illis paſcitur, fidit, delectatur. Religio enim Chriſtiana hortatur ad contemptum rerum terrenarum, quæ ſolùm petendæ ac habendæ ſunt in uſu, æternæ verò

Iſai. 5. in deſiderio. *Væ*, ait Eſai. *qui conjungitis domum do-*

Baruch 3. *mo, & agrum agro copulatis*, &c. Et Baruch: *Argentum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum.* Ait Chriſtus in Evangelio:

Evangelio: *Qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Renuntiat, non actu (quod malè volebat Pelagius) ſed affectu; talis eſt qui non amat, non in illis confidit, non propter illa ſuperbit, paratus etiam ea dimittere potiùs, quàm Deum offendere. Luc. 14. Apud Aug. epiſt. 89.

Qui quærit locupletari, inquit Sapiens, *avertit oculum*, videlicet à mandatis Dei: judicans *oportere undecunque etiam ex malo acquirere*, ſicut dicit Poëta: *Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.* Et Apoſtol. Paulus; *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli*, etiam in apoſtaſiam à fide. *Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames!* ait Poëta. Et Sap. *Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam; hic enim & animam ſuam venalem habet. Amor rerum terrenarum*, ait Aug. *viſcus eſt ſpiritualium pennarum.* Et D. Ambr. *Homines mundi cupiditate poſſeſſi, emergendi non habent facultatem; & ideo non poſſunt meritum regni cœleſtis adipiſci.* Sic & D. Hieronymus ſentit, non poſſe in idem pectus convenire virtutes & divitias: idque exemplo Cratetis Philoſophi, qui cùm ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit ſe ſimul poſſe & virtutes & divitias poſſidere. Rectè ergo D. Bern. *Beatus qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant.* Eccleſ. 27. 1. Timot. 6. Virg. Æneid. 3. Eccleſ. 10. Ser. 33. de verb. Dom. Ad illud 6. Lucæ, Beati pauperes. Epiſt. 13. Epiſt. 108.

Secundò poteſt intelligi eorum curioſitas, qui effundunt ſe ad externa & aliena inveſtiganda & cognoſcenda, ſe ſuamque conſcientiam relinquentes. *Curioſum enim eſt genus humanum ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam ſuam*, inq. S. Auguſt. *Ferunt fabulæ*, ait Putarch. *La-* Lib. 10. Conf. c. 3.

De garrul. *miam domi quidem canere cæcam, oculos habentem in vaſculo quodam repoſitos: verùm ubi prodit foras, reponere, ac tùm oculatam eſſe; ſic nos de alienis curioſi ac videntes, in propriis cæci.* De hac concupiſcentia oculorum generaliter loquens D. Aug. *Præter eam concupiſcentiam carnis,* inq, *quæ eſt in delectatione omnium ſenſuum & voluptatum, cui ſervientes depereunt, qui longè ſe faciunt à te, ineſt animæ per eoſdem ſenſus corporis quædam non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem vana & curioſa cupiditas, nomine cognitionis & ſcientiæ palliata. Quæ quoniam in appetitu noſcendi eſt, oculi autem ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus principes, concupiſcentia oculorum divino eloquio appellata eſt. Ex hoc autem evidentiùs diſcernitur, quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus, quod voluptas pulchra, canora, ſuavia, ſapida, lenia ſectatur. Curioſitas autem etiam his contraria, tentandi cauſa; non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiendi, noſcendique libidinem. Ex hoc morbo cupiditatis in ſpectaculis exhibentur quæque miracula. Hinc ad perſcrutanda naturæ ſecreta, quæ præter nos eſt operata, proceditur, quæ ſcire nihil prodeſt, & nihil aliud quàm ſcire homines cupiunt. Hinc etiam aliquid eodem perverſæ ſcientiæ fine per artes magicas quæritur. Hinc etiam in ipſa religione Deus tentatur, cùm ſigna & prodigia flagitãtur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.*

Lib. 13. Conf. c. 35.

1. Ioan. 2.

Tertiò poteſt intelligi curioſitas infidelium, qui terrenis rebus dediti, carnalibus occupati, nolunt credere aliquid, niſi ad quod aliquo corporis ſenſu perveniunt: tales à fide impediuntur, ac proinde à juſtitia & ſalute: *ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo, & credere oportet accedentem ad eum:* à fide autem

Hebr. 11.

Digitized by Google

autem impediuntur, quòd ea ſit *argumentum rerum non apparentium*, ut ait Apoſt. id eſt, certus aſſenſus rerum quæ nec ſenſu, nec ratiocinatione, nec experientia compertæ habentur. *In homine autem carnali tota regula intelligendi, eſt conſuetudo cernendi,* inq. S. Aug. *quod ſolent videre, credunt; quod non ſolen, non credunt. Magni eſt ingenii, ſevocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere,* ait Cicero. *Et quæ ſibi quiſque facilia, non factu, ſed captu putat, æquo animo accipit; ſupra ea, veluti ficta pro falſis ducit. Noli eis eſſe ſimilis,* inquit Auguſt. Voluſiano. *Diſputantur hæc latiùs; ſed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit.* Ibidem. Ser. 71. in nov. & 157. de tempore. Citatus ab Aug. ep. 3. Ibid. Aug. ex Saluſt.

Poſtremò excluduntur illi à cœna Domini, qui ſequuntur concupiſcentiam carnis, in gula, luxuria & ſimilibus, & ſignificantur per illum qui dicit in Evang. *Uxorem duxi, & ideo non poſſum venire.* Hæc cōcupiſcentia plurimos impedit à vita bona, & ſalute æterna: his enim ita addicti ſunt, ut dicāt non eſſe benè homini, niſi adſint carnis delitiæ. Ipſe Aug. adhuc carnalis; *Putabam*, inquit, *me miſerum fore nimis, ſi fœminæ privarer amplexibus, ſine quibus vita non vita, ſed pœna mihi videbatur.* Et in quæſtione de finibus bonorum, Epicuro palmam tribuere volebat, qui ſummum bonum hominis in voluptate conſtituit; *niſi*, inquit, *ego credidiſſem poſt mortem reſtare animæ vitam, & tractus meritorum, quod Epicurus credere noluit.* Hinc dictus orbis ſolatium, tollens Dei providentiam & animæ immortalitatē. Ac vix aliud vitium ita excæcat & alienat à Deo, à ſapore & guſtu rerum ſpiritualium, quàm carnis. Patet in Salomone, cujus *cor infatuatum eſt amore mulierū, & ſapientiam quam ſpiritali deſiderio* Lib. 6. Cōf. c. 11. 12. & 16. 3. Reg. 11. 2. Reg. 11. 12. Lib. 3. de Doct. Chr. cap. 22. Aug. cont.

Digitized by Google

Iul. lib. 4. c. 2. & 14. De Civit. li. 14. c. 16. Amb. in ca. 6. 1. ad Cor

adeptus erat, carnali amore amiſit, inquit S. Aug. & in patre ejus Davide, qui poſt commiſſum adulterium per novem menſes manſit impœnitens, & peccatum ſuum non vidit.

Ipſi Gentiles norant & dicebant nihil eſſe magis inimicum Philoſophiæ, quàm carnis voluptatẽ; & quo eſt major, eo inimicitior, ut in voluptate libidinis, ubi tota hominis ratio ſubmergitur & abſorbetur, ut ſic nihil ſapientiæ, imò ne aliud quidem cujuſlibet rei cogitari poſſit. Rogatus Sophocles ſenex, uteretur ne rebus venereis: *Dii meliora*, inq. *libenter verò iſthinc tanquam à domino agreſti, ac furioſo profugi. Cicero rogatus, cur poſt repudium Terentiæ, non aliam uxorem duceret? Reſpondit, non poſſum ſimul operam dare Philoſophiæ & voluptati.* Voluptates carnis *ſpinæ ſunt* Evangelicæ, quæ *ſuffocant verbum Dei*, non ſolùm ut non ametur, ſed ut nec ſciatur. Unde & eo nomine ſenectutem laudat Cicero, *quòd id à nobis auferat, quod in adoleſcentia vitioſiſſimum, videlicet voluptatem; quæ quantò eſt major, tantò minùs aliquid mente agitare, ratione aut cogitatione conſequi poſſumus. Idcirco nihil eſſe tam deteſtabile, tamque peſtiferum, quàm voluptatem, quæ cùm major eſt atque longior, omne animi lumen extinguit.* Et S. Hier. ſenectutis bona recenſens; *Nos*, inq. *ab impudentiſſimis dominis liberat, voluptatibus, gulæ imponit modum, libidinis frangit impetus, auget ſapientiam, dat maturiora conſilia, & frigeſcente corpore dormit cum perpetua virgine Sunamite*, &c. Et poſtea ejus mala adferens; *Hæc*, inquit, *libenter ſuſtinebo, dummodo una & graviſſima domina caream libidine.* Ita ad Pammach.

Hier. lib. 1. in Iovin. cap. 29.

Luc. 8.

Lib. de Se-nect.

In epiſt. ad Iulian.

Impoſſibile eſt, ait D. Hier. *ut quis & hìc ventrem impleat,*

impleat, & ibi mentem, ut de delitiis tranſeat ad delitias, ut præſentibus ſimul & futuris fruatur bonis. Ad tremendum Abrahæ judicium veniamus, inq. D. Bern. *Memento, fili, quod receperis bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Verum utrumque eſt, negari non poteſt. Fer ſententiam, quia paucis expreſſa eſt ſumma negotii. Ille bona, & iſte mala accepit. Nunc autem hîc conſolatur, tu verò cruciaris. Expergiſcimini & flete: Terribilis in judiciis Deus ſuper filios hominum. Haccine eſt cruciatuum cauſa tota, quod in ſeculo bona receperas? Ita planè. Neque enim ad hoc nos de paradiſo voluptatis divina animadverſio ejeciſſe videtur, ut alterum ſibi hic paradiſum adinventio humana pararet.* Per aliam viam reverti oportet in regionem noſtram. *A regione noſtra, quæ paradiſus eſt,* ait D. Greg. *Superbiendo, inobediendo, viſibilia ſectando, cibum vetitum guſtando, diſceſſimus; ad eam neceſſe eſt, ut flendo, obediendo, viſibilia contemnendo, appetitum carnis refrænando redeamus.*

In Evang. Ecce nos reliq. omn. Luc. 16. Pſal. 65. Matth. 2. Hom. 10. in Evang.

MONITUM LV.

Statutum eſt hominibus ſemel mori. Hebr. 9.

QVis eſt homo, qui vivit, & non videbit mortem?* ait Propheta David. Et; *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur.* Sed unde mors in homine? Non ex neceſſitate naturæ, ſed merito peccati inflicta eſt, & per hoc homo ſubjectus eſt vanitati, id eſt, corruptibilis factus eſt, ſui corruptione ſenſim evaneſcens, nihiloque propinquans. De qua vanitate idem David; *Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies ejus ſicut umbra prætereunt. Quæ vanitas,* inq. Aug. *dicitur in compa-*

Pſalm. 88. 2. Reg. 14. Rom. 8. Pſalm. 243. Aug. in illum pſalm

ratione cujuſdã ſemper manentis, & nunquã deficiẽtis veritatis. Omnia autem iſta terrena, volatica, tranſitoria, ſi comparentur illi veritati, ubi dictum eſt, Ego ſum qui ſum, totum hoc quod tranſit, vanitas dicitur. Evaneſcit enim per tempus tanquam in auras fumus.

Exod. 3.

Corpus ergo humanum, non propter fragilitatem terrenam, ſed *propter peccatum*, ut ait Apoſt. *mortuum eſt. Quo loco vigilantiſſimè*, inq. Aug. *non ait mortale, ſed mortuum. Priuſquàm enim mutaretur in illam incorruptionem, quæ in ſanctorum reſurrectione promittitur, poterat eſſe mortale, quamvis non moriturum: quam mortalitatem erat abſumptura mutatio in æternam incorruptionem, ſi in homine juſtitia, ſive obedientia permaneret. Cæterùm hoc ipſum quod mortale fuit, quia mori potuit, non eſt mortuum effectum, id eſt tale, ut jam ex ſui in deterius mutatione, & quadam veluti morbida & mortifera qualitate neceſſariò moreretur, niſi per peccatum. Per unius enim hominis inobedientiam* (ut in Conc. Arauſ. eſt definitum) *ſeu primæ prævaricationis offenſam, totus homo ſecundùm corpus & animam in deterius eſt mutatus*, nempe ut ſicut anima pravæ concupiſcentiæ infecta morbo, peccatum ſua ſolius virtute non poteſt effugere, ita lethali quodam languore corpus affectum mortem evadere haud queat.

Rom. 8. Lib. 1. de pec. merit. cap. 4. & 5.

Concil. Arauſ. 2. c. 1.

Quando peccavit homo, ait Aug. *tunc morbo quodam ex repentina & mortifera corruptione factum eſt in illis, ut illa in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitates ætatum irent in mortem. Quamvis ergo multos annos poſtea vixerint, illo tamen die mori cœperunt, quo mortis legem, qua in ſenium veteraſcerent, acceperunt. Non enim ſtat vel temporis puncto, ſed ſine intermiſſione labitur, quicquid continua immutatione*

Lib. 1. de pec. merit. cap. 16.

Digitized by Google

tatione ſenſim currit in finem non perficientem, ſed conſumentem. Et alibi; *Duo ſunt conſideranda in noſtro corpore, figmentum Dei, & pœna meriti. Tota iſta forma, ſtatus, inceſſus, membra ordinata, ſenſuum diſpoſitiones, videre, audire, olfacere, guſtare, contingere; omnis hæc compago & fabricæ diſtinctio, non potuit fieri niſi à Deo. Quid ergo ibi pœnale noſtrum? Quod corruptibilis caro, quod fragilis, quod mortalis, quod indigens. Ergo non corpus eſt carcer tuus, ſed corruptio corporis tui. Corpus enim tuum fecit Deus bonum, quia bonus eſt; corruptionem intulit juſtus, quia judex eſt. Illud habes de beneficio, illud habes de ſupplicio.* In Pſal. 141

Mortem tamen naturalem dixit D. Ambr. ſive quia naturæ conjunctiſſimarum partium diſſolutionem ac diſſociationem affert, ſive quia, uti modò affecta ſunt corpora, ex inſitis quibuſdam naturæ principiis neceſſariò exoritur. Non enim voluntatis imperio ſubjecta res eſt, quæ & cùm nolumus, vehementiſſimeque refugimus accurit, & cùm eam votis advocamus, refugit. Itaque *mors*, inq. Ambr. *in natura non fuit, ſed converſa in naturam eſt:* quo fit, ut ejus ſubeundæ neceſſitas naſcendo contrahatur; cumque ſit inimica naturæ, ſic tamen cum ipſius exortu naturæ cohæret, ut veriſſimè dictum ſit: De fide reſur. cap. 6. Ibid. cap. 9.

Naſcendo morimur, finiſque ab origine pendet. Lib. 12. de voc. gent. ca. 21. 22.

Unde & D. Proſp. *Vitæ hujus principium, mortis exordium eſt, & quod ab initii ſui die mortale eſt, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit; nec unquam ei vicinius eſt, poſſe vivere, quã poſſe deficere.* Quocirca nihil etiam ab uſu ſcripturarum alienum facit is, qui mortem dixerit naturalẽ; cùm ipſa quoque malitia, quæ ex origine contrahitur, ſit apud Sapientem appellata naturalis. Et à Paulo Sap. 12.

dictum

Digitized by Google

dictum ſit; *Eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri.* Epheſ. 2.
Quonam modo natura? niſi quia (D. Auguſtino interprete) *vitium pro natura inolevit?* Cùm enim malum omne contra naturam eſſe dicitur, ad talem naturam referendum eſt, qualis ab initio condita eſt, ſine vitio. *Ipſa enim verè ac propriè natura dicitur,* ait Auguſtinus.

Tract. 4. in Ioan.

Lib. 1. Retract. c. 10.

Cæterum ad damnationem primæ prævaricationis ita mors pertinet, ut tamen hinc boni multùm exiſtat & malis & bonis; in quo etiam *non niſi Dei miſericordia prædicanda eſt, quæ in bonos uſus pœna peccati convertitur.* Malis ac pereuntibus hoc ex morte boni accidit, ut graviorem ſibi peccando damnationem conciliare deſiſtant. *Pœna enim*, ut ait Ambr. *corrigit & emendat errantem: ſin talis eſt qui emendari non queat, aufertur è medio, ne graviora committat, mortuus enim jam neſcit peccare.* Ideoque & Eccleſiaſtes ait; *Et laudavi ego mortuos magis, quàm vivos.* Et nonnulli Philoſophi diſputaverunt eſſe improbis abſolutionem, prodeſſe mortem. Quibus hæc apud Boëthium ex perſona Philoſophiæ conſonant: *Si nequitia miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt, diuturnior nequam: quos infeliciſſimos eſſe judicarem, ſi non eorum malitiam mors ſaltem extrema finiret.* Hinc & S. Anaſtaſia petit à S. Chryſogono, ut oret pro Publio marito infideli. *Si*, inq. *prævidet Deus eum ad fidem venturum, faciat venire: ſi prævideat eum in iſta infidelitate permanſurum, ſtatim moriatur. Melius eſt enim ei*, inq. *exhalare ſpiritum, quàm Dei filium denegare, & eum confitentes impedire.*

De Civit. li. 13. ca. 4.

Serm. 18. Pſalm. 118.

Eccleſ. 4.

Li. 4. proſ. 4. de cōſol. Philoſ.

In epiſt. ad S. Chryſog.

Bonis verò & iis qui ſalvi fiunt hoc boni morte provenit, quòd peccandi periculis ſubtrahantur, &

Cypria. de Mort.

Digitized by Google

& conſtituantur in non peccandi ſecuritate, deſtructoque vitioſæ vetuſtatis domicilio, in novos poſtea homines beata reſurrectione transformentur. Hinc & Apoſt. dixit; *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*; *id enim ſibi maximo in lucro deputabat*, ait D. Cypr. *jam poſt hanc vitam ſecularibus laqueis non teneri, jam fieri peccatis nullis, carniſque vitiis obnoxium, iam ſecura frui juſtitia*, everſo funditus ac radicitus evulſo peccato. Ac D. Ambroſ. idcirco dicit mortem pro remedio datam, quia cùm cæteris hujus vitæ incommodis affligamur tantũ & premamur, non etiam periculis & ærumnis liberemur; Mors malis hujus vitæ & ærumnis eximat, peccandique faciat finem. *Excedunt*, ait Cypr. *in pace tutæ cum ſua gloria virgines, pueri periculum lubricæ ætatis evadunt*. Ubi celerioris mortis beneficium commendans, à peccatorum eos periculis eripi oſtendit, qui hanc vitam finiunt, in qua peccari poteſt; citans illud Sapientis; *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius*. Et rurſum; *Cur non*, inquit, *cum Chriſto futurus, & de Domini pollicitatione ſecurus, quod ad Chriſtum vocaris, amplecteris; & quod Diabolo careas, gratularis? Debet ergo quod Adam*, inq. Aug. *qui natus eſt ex Adam; ſed cogitet qui natus eſt ex Adam, & ſecutus eſt Chriſtum, quia oportet eum ſolvere, quod debet Adam, & conſequi quod promiſit Chriſtus*.

Philip. 1. Cypr. ibid. De fid. reſur. cap. 6. Cypr. de mortal. Auguſt, de prædeſt. cap. 14. Sap. 4. Cypr. ibid. In pſal. 48.

Nihil eſt autem quod ita hominem à vitiis & vanitatibus retrahat, quàm imminentis mortis ſeria & ſedula cogitatio; *facilè enim contemnit omnia*, ait Hieron. *qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum*: maximè quando adventus ejus incertitudo cogitatur, quem miſericorditer Dominus nos latere

In epiſt. ad Paulinum.

Digitized by Google

tere voluit, ut sẽper ſic vivamus, quaſi ſtatim morituri: latet enim unica dies, ut obſerventur omnes dies. Sic D. Aug. Dominum alloquens: *Hinc ad te,*
In Pſal. 34. conc. 1. ait, *quomodo libera fronte exeã, ſi aliũ adoravero, & te offendero? Cras fortè moriturus ſum, & qua fronte te videbo? Magna miſericordia ipſius, & monuit, ut benè vivamus, & diẽ nobis noviſſimũ mortis noſtræ abſcõdit, ne nobis aliquid promittamus de futuro. Facio hodie, & vivo; cras non facio. Quid ſi te non invenit cras?*

Defunctum ita loquentem introducit Sap. *Memor eſto judicii mei, ſic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie.* Hoc eſt, Memor eſto cõditionis meæ,
Eccl. 38. quam Dei ordinatione & judicio ſubire debui; talis enim erit & tua aliquando. Et ne illud in longum tempus differendum tibi promittas, quod heri mihi accidit, hoc ipſum tibi hodie exſpectandum eſt, & evenire poteſt. Bene enim dicit, Hodie; & non, Cras, ut intelligat quiſque, quemlibet diem præſentem ſibi poſſe eſſe ultimum, nec ſibi promittat certò aliquod vitæ tempus in futurum, juxta illud Poëtæ:

Quis ſcit an adjicient hodiernæ craſtina vitæ
Horat. in Odis. *Tempora Dii ſuperi?*
Kemp. l. 1. cap. 23. *Ah ſtulte quid cogitas te diu victurum, cùm nullum diem habeas hic ſecurum?*
Fleres ſi ſcires unum tua tempora menſem.
Rides, cum non ſit forſitan una dies.

Auguſt. in Pſal. 144. Rurſum Aug. ſuper illum verſum; *Longanimis & multum miſericors. Miſericors,* inquit, *in his quibus veniam dedit: in his, quibus non dedit adhuc, longani-*
Malach. 3. *mis; non damnans, ſed exſpectans, ipſa exſpectatione clamans; Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Et, Nolo,* inq. *mortẽ peccatoris, tantùm revertatur,*
&

Digitized by Google

& vivat. Ille quidem longanimis, tu autem ſecundùm duritiam cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ. Non enim modò ſic longanimis in ſuſtinendo, ut nunquam iuſtus in vindicando. Diſtribuit tempora, vocat te nunc, exhortatur te nunc, exſpectat donec reſipiſcas & facias, & tu tardas? Magna ejus miſericordia & in hoc, quod diem vitæ tibi incertum fecit, ut neſcias quando hinc emigrabis; & cùm quotidie ſperas, te convertas aliquando; & in hoc ejus magna miſericordia. Cæterùm ſi ſtatuiſſet diem omnibus, faceret abundare peccata de ſecuritate. Dedit ergo ſpem veniæ, ne deſperando ampliùs pecces. Ezech. 18. Rom. 2.

Et ſpes & deſperatio timenda eſt in peccatis. Videte vocem deſperantis ad augenda peccata, & videte vocẽ ſperantis ad augenda peccata; & quomodo utrique voci occurrit Providentia & miſericordia Dei. Audi vocẽ deſperantis; Iam, inquit, damnandus ſum, quare non facio quicquid volo? Audi & vocem ſperantis; Miſericordiâ Domini magna eſt, quando me convertero, dimittet mihi omnia, quare non facio quicquid volo? Deſperat ut peccet, ſperat ut peccet. Utrumque metuẽdum eſt, utrumque periculoſum. Væ à deſperatione, væ à perverſa ſpe. Utrique huic periculo, & utrique malo quomodo occurrit miſericordia Dei: Quid dicis tu, qui deſperando volebas peccare? Iam damnandus ſum, quare non facio quicquid volo? Audi ſcripturam; Nolo mortem impii, tantum revertatur & vivat. Hac voce Dei ducitur in ſpe, ſed timendus eſt alius laqueus, ne ipſa ſpe ampliùs peccet. Quid ergo & tu dicebas, qui ſpe magis peccas? Quādo me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quicquid volo. Audi & tu ſcripturam: Non tardes converti ad Dominũ, neque differas de die in diẽ, ſubitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindi- D. Aug. ibi. Ezech. 18. Eccleſ. 5.

cta

Proſp. ſent. 71. *Et a diſperdet te. Noli ergo dicere; Cras me convertam, cras Deo placebo, & omnia hodierna, & heſterna remittentur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus converſioni tuæ indulgentiam promiſit, ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit.* Hactenus S. Auguſtin.

Oratio autem Eccleſiæ, qua Deum precatur; *A ſubitanea & improviſa morte libera nos Domine,* prudentiſſima eſt; nec loco Evangelij adverſatur de incertitudine mortis. Non enim petimus hic præſcire tempus mortis, quod non licet, & ad tentationem Dei pertinet (unde damnandæ tales preces, & ubi talis relatio promittitur, ſi certis diebus legantur) ſed ne nos dies ille imparatos opprimat, ut mortem ſemper cogitemus, ita ſemper in eam intenti ſimus, ut quandocunque veniet, minimè ſubitus ac improviſus irruat: aut ſi peccare contigerit, ne ſubitò auferamur, ſed veræ pœnitentiæ ſpatium, ac ipſam pœnitentiam Dominus largiatur. Ferè enim imparatos videmus, qui ſic moriuntur ſubitò.

MONITUM LVI.

Mors peccatorum peſſima. Pſalm. 31.

Lib. 3. Divin. Inſtit. cap. 19. SI *quis nos roget,* inq. Lactant. *utrúmne bonum ſit mors, an malum? Reſpondebimus, qualitatem ejus ex vitæ ratione pendere. Nam ſicut vita ipſa bonum eſt, ſi cum virtute vivatur; malum ſi cum ſcelere: ſic & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda eſt. Ita fit, ut ſi vita in religione Dei tranſacta ſit, mors malum non ſit, quia tranſlatio eſt ad immortalitatem; ſin aliter, malum ſit neceſſe eſt, quoniam ad æterna ſupplicia tranſmittit.* Et D. Aug. *Mala mors putanda nō eſt,*

Digitized by Google

eſt, quam bona vita præceſſit: non enim facit malã mortem, niſi quod ſequitur mortem. Non itaque multum curandũ neceſſariò morituris, quid accidat ut moriantur, ſed moriendo quò ire cogantur. Et iterum; *Quære, non unde, ſed qualis exeat, qui moritur. Mors enim undecunque pio accidat, bona eſt.* Et; *De prima corporis morte dici poteſt, quod bonis bona ſit, malis mala: illis enim finis eſt ad mala temporalia, & tranſitus ad vitam æternam; his verò finis ad bona tẽporalia, & tranſitus ad mortem æternã.* Et rurſum; *Longè melior fuit mors religioſi pauperis inter lingentium canum linguas, quàm impii divitis in purpura & byſſo. Ille enim moriebatur ſemper ad gloriam, hic moriebatur ex gloria*; ille ab angelis deportatus eſt in ſinum Abrahæ, hic verò à dæmonibus raptus eſt ad inferos. *Non hoc eſt male mori,* inq. Chryſ. *violenta morte finiri; alioqui malè mortuus eſſet Baptiſta, Stephanus & alii Martyres; ſed in peccatis mori, iuxta Prophetã, Mors peccatorum peſſima: ſequitur enim æterna damnatio.* Ex eo ergo, *quod ſequitur* mortem judicandum eſt de bona vel mala, de felice vel infelice morte.

Lib. 1. Civit. cap. 11. In pſal. 48. De Civit. li. 13. cap. 2 Sent. 147. Lib. 1. Civ. capit. 11. Luc. 16. Hom. 5. ad pop. Pſal. 31.

Triplex eſt bonum, quod mortem ſequitur bonorum. Primum, *Requies à labore. Abſterget Deus* inq. Ioan. in Apoc. *omnem lachrymam ab oculis eorũ: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierũt.* Et; *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodò enim dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, opera enim illorum ſequentur illos.* Hoc ſignificatum eſt in operibus ſex dierum, poſt quæ dominus die ſeptimo requievit; ſic poſt labores hujus vitæ (in faciendis bonis, in tolerandis malis) quæ per ſex hominis ætates decurrit, requieſcet Deus in Sanctis ſuis. *Relinquitur,* ait

D. Bern. Apoc. 21. Apoc. 14. Auguſt. de Catec. rud. cap. 17. Hebr. 4.

Digitized by Google

ait Apoſtolus, *Sabbathiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiam ipſe requievit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus.*

Apoc.21. Philip.3. Alterum bonum eſt, *iucunditas de novitate. Ecce*, inq. Deus, *nova facio omnia*, corpus quidem in ſpe; *reformabit enim corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Non vis exui veſtem pannoſam? ſtolam gloriæ daturus eſt*, inq. Aug. *Oportet mortale hoc induere immortalitatem*, ait Apoſt. Anima autem nova in te: quæ enim hic Deum videt per fidem, quæ licet certa, tamen obſcura lucerna eſt: ibi eum videbit per ſpeciem ſicuti eſt, facie ad faciem. Deinde memoria erit ſine oblivione, intellectus ſine errore, voluntas ſine malitia. Denique nova erit ſocietas, eaque dulciſſima & jucundiſſima D. Virginis, Angelorum, & ſanctarum animarum. De Nepotiano ſuo dicit D. Hieron. *Non emoriebatur, ſed emigrabat; non relinquebat, ſed mutabat amicos.* Et de Bleſilla defuncta; *Non illa plangenda, quæ ſecuritatem ingreſſa, meliorem habet comitatum, Mariam, Annam,* & alios ſanctos. Et D. Cyprian. *Magnus*, inq. *nos carorum numerus expectat, frequens nos, & copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt?*

In Pſal.95. 1.Cor.15. 2.Cor.5. 1.Ioan.3. 1.Cor.13. In Epitaph Nepot. In ep. de ejus obitu. De mortalit.

Tertium bonum eſt, *Securitas de æternitate.* Hîc nulla eſt ſecuritas. *Quamdiu enim vivimus, in certamine ſumus*, inq. D. Hier. *quamdiu in certamine, nulla eſt certa victoria, quæ Apoſtolo fortiſſimè etiam præliánti, in futuro demum ſeculo reſervabatur.* Et D. Auguſt. *Nullus in hac vita ſecurus eſſe debet, quæ tota tentatio nominatur, ut qui fieri potuit ex deteriore melior*

Contra Pelag. lib.2. 2.Tim.4. Lib.10.cóf. cap.32. Iob 7.

lior, non fiat etiam ex meliore deterior. Et S. Proſper: *Nullus, quamdiu corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine mutabilitatis incerto.* In cœlo autem ſancti habent coronas in capite, certi quod eas nunquam amittent. Sedent in eo ſenes coronati; eodem auro & ipſe filius hominis ſupra nubem micat; & Apoſtolus ſibi haud ſegniter in agone certanti coronam exſpectat. Ac ſtrenuè decertando cupiditates ſeculi vincentibus coronæ promittuntur æternæ ac immarceſſibiles. *Qui vicerit,* dicitur in Apoc. *dabo ei coronam vitæ.* Dicit David ad ſupernam Ieruſalem; *Confortavit Deus ſeras portarum tuarum*; id eſt, fortiter clauſæ ſunt portæ tuæ, nō exit amicus, non intrat inimicus. Et Chriſtus ad diſcipulos; *Iterùm videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* D. Bern. dicit, *Triplex eſſe gaudium ſanctorum,* videlicet, *ante mortem de bono conſcientiæ teſtimonio: in morte, quia eripiuntur de præſenti ſeculo nequam: poſt mortem, quando intrant in gaudiū Domini ſui, quod nemo tollet ab eis.*

In epiſt. ad Demetr. Apoc. 4. Apoc. 19. 2. Tim. 4. 1. Cor. 9. Apoc. 2. 3. Pſ. 147. & ibi Auguſt. Ioan. 16. Ser. 2. & 3. de omnib. Sanct. Matth. 25. Ioan. 16.

Triplex item malum eſt, quod malorum mortem ſequitur. Primum eſt, *Amiſſio mundi*; ſine graui enim dolore ſeparari non poſſunt ab eo, quod vehementer diligunt. Diligunt autem mundum, & quæ in eo ſunt, divitias, honores, amicos, vxores, filios, &c. in his ſuum bonum ponunt, in his ſe oblectant & conſolātur, ideſt mirabiliter eos contriſtari neceſſe eſt, quando coguntur ea relinquere. *Miſer eſt omnis amicus,* inquit S. Aug. *vinctus amicitia rerum mortalium, & dilaniatur cùm amittit eas, & tunc ſentit miſeriam qua miſer, eſt, & antequam amittat eas. Non eſt in carendo difficultas,*

Li. 4. conf. cap. 6.

Digitized by Google

De Doct. Chriſt. Lib. 1. de Serm. Dom. in mont. Eccleſ. 41. *quando non eſt in habendo cupiditas; ſed nõ relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur. O mors,* ait Sap. *quàm amara eſt memoria tua homini pacẽ habenti in ſubſtantiis ſuis! Si memoria tam amara, quantò amarior erit experientia?* inquit D. Ber.

Greg. lib. 4. Dial. c. 37. 38. Philip. 3. Alterum malum eſt, *Separatio carnis,* à qua anima à ſpiritibus immundis evellitur, qui oſtia corporis obſident, vt eam exeuntem rapiant. Carnis, inquam, quam ita amaverunt, ut illi totum quod libebat tribuerint, in cibo, potu, ſomno, veſtibus, delitiis, libidinibus, cæteriſque voluptatibus. Imò *quorum Deus venter* erat, omnino intenti, vt ventri & iis quæ ſub ventre ſunt, in omnibus ſatisfacerẽt. Illam carnem deponent, vermibus & ſerpentibus devorandam; nec eam unquam reſumet anima ad conſuetas voluptates, ſed ſolùm ad ſocietatem pœnarum; ut ſicut hîc ſociantur in vitiis, ita poſtea ſocientur in pœnis. *Non enim poſſunt ſeparari in mercede,* inquit Tertullian. *quas opera coniungit.* Lib. de car. reſur. Reddet enim Deus unicuique ſecundum quod egit per corpus, ſive bonum, ſive malum. Hieron. ad Pammach. contr. error. Ioan. Hier. *Aut enim quiſque coronandus erit in corpore quod caſtè & iuſtè; aut condemnandus in corpore, quod voluptatibus pariter iniquitatibuſque ſervivit.*

Iſaiæ 66. Mar. 9. Tertium malum eſt, *Vermis igniſque duplex contritio.* Vermis rodentis conſcientiæ, qui nunquam moritur; ignis inexplicabilis efficaciæ, qui nunquam extinguitur. De vit. contempl. lib. 3. cap. 11. *Videmus hic,* inquit D. Proſper, *quantùm in peccantem, etiam ſine humano iudicio, conſcientiæ iudicantis tormenta deſæviant, & malè ſibi conſciam mentem ipſæ etiam cogitationes ſecreti* Sent. 291. ex Aug. in Pſal. 45. *reatus cruciatoria recordatione conficiant: ſic ut nullæ ſint pœnæ graviores, quàm malæ conſcientiæ, in*

quæ

qua cum Deus non habetur, conſolatio non inuenitur. Quid ergo ibi faciet? ubi vana omnia ſolatia, quæ in hac vita eis aderant, ex quibus præſumebant de miſericordia Dei, planè deficient? Corpora autem impiorum, quando ea reſument, talia erunt, ut mori non poſſint; attamen ſemper affligantur, ſic diſponente iuſtitia Omnipotentis. Graviſſima hîc cenſetur pœna, quando quis viuus exuritur, infligitur enim maximis ſceleribus. *At noſter ignis*, ait Chryſoſtomus, *comparatione ignis infernalis, umbra duntaxat habet rationem.* Et ille momentaneus eſt, hic ſempiternus. O æternitas, ô æternitas. Hom.49. ad pop. Antiol. lib. de imag. mundi, cap. 21.

Non enim ficta ſunt quæ de ſempiternis poſt mortem pœnis impiorum, dicuntur in Scriptura, & docentur in Eccleſia: Quomodo Gentiles conſiderantes Reipub. fore valdè noxium, ſi homines crederent, nullam vitam aliam reſtare poſt mortem, fabuloſa multa de futuro ſeculo finxerunt, ipſimet ea non credentes, vt metu ſuppliciorum, quæ fingebant ibi ſuſtinenda, homines hîc à ſceleribus compeſcerent. Fuerunt alij inter Chriſtianos, *nimis miſericordes*, vt ait D. Auguſtinus, qui legentes quod *non obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira miſericordias ſuas, dixerunt pœnas impiorum, aut non futuras ob preces ſanctorum, qui in die iudicii orabunt pro impiis, aut aliquando finiendas, & minaciter potius quàm veraciter dictum eſſe; Ite maledicti in ignem æternum.* De ciuit. li. 21. cap. 24. Pſalm. 76.

Verùm pro impiis non orant Sancti, niſi tempore fructuoſæ pœnitentiæ: & quod dicitur, *non obliuiſcetur miſereri Deus,* aut ad vaſa hoc miſericordiæ pertinet; aut ſi etiam ad damnatos, di- Greg. li. 4. Dial. c. 44.

Digitized by Google

In cap. ult. Eſai. cendum, quod mitiores & leviores ſunt eorum pœnæ, quàm ſint merita. De iiſdem & D. Hieron. *Sunt*, inquit, *qui dicunt poſt cruciatus & tormenta, futura refrigeria, ſed abſcondenda ab eis, quibus timor utilis eſt, ut dum ſupplicia reformidant, peccare deſiſtant*. Sed *hoc Diabolus conatur malis perſuadere*, ait
In aſceticis. D. Baſil. ut *peccare liberiùs audeant*. Verum eos
Matth. 25. Apoc. 14. Iſaiæ 66. apertiſſimè Scriptura confutat, dicens, quod *ibunt in ſupplicium æternum*, quod *cruciabuntur in ſecula ſeculorum*, quod *vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur*. Damnatus Origenes propter alternantes ſine ceſſatione beatitudines & miſerias, & ſtatutis ſæculorum interuallis, ab iſtis ad illas, atque ab illis ad iſtas itus ac reditus interminabiles.
Vide Auguſt. de Trinit. lib. 13. cap. 19. Sicut ante Philoſophi quidam ad animæ immortalitatem indagandam peruenerunt, ſtabilem tamen beatitudinem ei non invenerunt, id eſt, veram: in qua verum ac ſecurum, id eſt, ſine timore gaudium certum æterni boni haberent; dixerunt enim poſt aliquot ſæcula à beatitudine ad miſerias huius vitæ redire.

MONITUM LVII.

Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.

2. Machab. 12.

Epiſt. 52. QUædam animæ Sanctorum non ſtatim admittuntur ad gloriam, vt etiam D. Cypr. teſtatur, nec tamen in æternam detruduntur damnationem, ſed temporales pœnas luunt. Unde in

Macha

Digitized by Google

Machabæorum libris, quos (Auguſtino teſte) *Eccleſia pro canonicis habet*, oblatum legitur pro *his qui in pietate mortui fuerunt, ſacrificium*; *& ſancta dicitur eſſe ſollicitudo orandi pro defunctis, ut à peccatis ſoluantur*. Peculiariter autem id ideo inculcat ſecundus liber Machabæorum, quia contra Sadducæos circa Ionathæ Pontificatum exſurgentes, & dicentes non eſſe reſurrectionem mortuorum, animámque non eſſe immortalem, fideles, undique capta occaſione, munire ſtudet. Non enim ſub Iuda Machabæo excogitata eſt oratio pro defunctis, ſed à Patribus accepta. De Ciu. lib. 18. cap. 39. Ioſeph lib. 13. ca 8. antiq. Iudaic.

David jejunavit ſuper mortuo Saül, & Ionatha, & populo Iſraël, qui corruerant in prælio. Solere verò eum ieiunare, ut aliquid à Deo impetraret, inde clarum eſt, quòd dicat, non eſſe cauſam ieiunandi ſuper filio ſuo infante, iam mortuo: ſe verò antea ieiunaſſe, ut ei à Deo vitam impetraret. Similiter & *viri Iabes Galaad ieiunaverunt ſeptē diebus*, cùm tuliſſent oſſa Saul & filiorum eius, & ſepeliſſent ea. In quem locum V. Beda: *Rectè*, ait, *& ad literam, pro mortuis, ut ad requiem pervenire valeant, ſeptem diebus ieiunatur, quia poſt ſex huius ſæculi ætates, in quibus in carne laboramus, ſeptima eſt in illo ſeculo ætas requietionis animarum carne exutarum, in qua beatæ tempus illud glorioſum, quando reſurgere mereantur, exſpectant*. Tob. eleemoſynas pro mortuis fieri mandat, dicens; *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue*: nominans præcipuè illa, quæ tempore novi teſtamenti tranſmutata, pro defunctis offeruntur. Et Sap. *Mortuo*, inquit, *ne prohibeas gratiam*, docens nos, non ſectari hæreticos qui pro defunctis orare prohibent: 2. Reg. 1. 2. Reg. 12. 1. Reg vlt. V. Beda in illum locum. Tob. 4. Eccleſ. 7.

dictum ſit; *Eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri.* *Quonam modo natura? niſi quia* (D. Auguſtino interprete) *vitium pro natura inolevit?* Cùm enim malum omne contra naturam eſſe dicitur, ad talem naturam referendum eſt, qualis ab initio condita eſt, ſine vitio. *Ipſa enim verè ac propriè natura dicitur,* ait Auguſtinus.

Epheſ. 2.
Tract. 4. in Ioan.
Lib. 1. Retract. c. 10.

Cæterum ad damnationem primæ prævaricationis ita mors pertinet, ut tamen hinc boni multùm exiſtat & malis & bonis; in quo etiam *non niſi Dei miſericordia prædicanda eſt, qua in bonos uſus pœna peccati convertitur.* Malis ac pereuntibus hoc ex morte boni accidit, ut graviorem ſibi peccando damnationem conciliare deſiſtant. *Pœna enim,* ut ait Ambr. *corrigit & emendat errantem: ſin talis eſt qui emendari non queat, aufertur è medio, ne graviora committat, mortuus enim jam neſcit peccare.* Ideoque & Eccleſiaſtes ait; *Et laudavi ego mortuos magis, quàm vivos.* Et nonnulli Philoſophi diſputaverunt obeſſe improbis abſolutionem, prodeſſe mortem. Quibus hæc apud Boëthium ex perſona Philoſophiæ conſonant: *Si nequitia miſeros facit, miſerior ſit neceſſe eſt, diuturnior nequam: quos infeliciſſimos eſſe judicarem, ſi non eorum malitiam mors ſaltem extrema finiret.* Hinc & S. Anaſtaſia petit à S. Chryſogono, ut oret pro Publio marito infideli. *Si,* inq. *prævidet Deus eum ad fidem venturum, faciat venire: ſi prævideat eum in iſta infidelitate permanſurum, ſtatim moriatur. Melius eſt enim ei,* inq. *exhalare ſpiritum, quàm Dei filium denegare, & eum confitentes impedire.*

De Civit. li. 13. ca. 4.
Serm. 18. Pſalm. 118.
Eccleſ. 4.
Li. 4. proſ. 4. de cōſol. Philoſ.
In epiſt. ad S. Chryſog.

Bonis verò & iis qui ſalvi fiunt hoc boni morte provenit, quòd peccandi periculis ſubtrahantur, &

Cypria. de Mort.

& conſtituantur in non peccandi ſecuritate, deſtructoque vitioſæ vetuſtatis domicilio, in novos poſtea homines beata reſurrectione transformentur. Hinc & Apoſt. dixit; *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum*; *id enim ſibi maximo in lucro deputabat*, ait D. Cypr. *jam poſt hanc vitam ſecularibus laqueis non teneri, jam fieri peccatis nullis, carniſque vitiis obnoxium, iam ſecura frui juſtitia*, everſo funditus ac radicitus evulſo peccato. Ac D. Ambroſ. idcirco dicit mortem pro remedio datam, quia cùm cæteris hujus vitæ incommodis affligamur tantũ & premamur, non etiam periculis & ærumnis liberemur; Mors malis hujus vitæ & ærumnis eximat, peccandique faciat finem. *Excedunt*, ait Cypr. *in pace tutæ cum ſua gloria virgines, pueri periculum lubricæ ætatis evadunt*. Ubi celerioris mortis beneficium commendans, à peccatorum eos periculis eripi oſtendit, qui hanc vitam finiunt, in qua peccari poteſt; citans illud Sapientis; *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius*. Et rurſum; *Cur non*, inquit, *cum Chriſto futurus, & de Domini pollicitatione ſecurus, quod ad Chriſtum vocaris, amplecteris; & quod Diabolo careas, gratularis? Debet ergo quod Adam*, inq. Aug. *qui natus eſt ex Adam; ſed cogitet qui natus eſt ex Adam, & ſecutus eſt Chriſtum, quia oportet eum ſolvere, quod debet Adam, & conſequi quod promiſit Chriſtus*.

Philip. 1. Cypr. ibid. De fid. reſur. cap. 6. Cypr. de mortal. Auguſt. de prædeſt. cap. 14. Sap. 4. Cypr. ibid. In pſal. 48.

Nihil eſt autem quod ita hominem à vitiis & vanitatibus retrahat, quàm imminentis mortis ſeria & ſedula cogitatio; *facilè enim contemnit omnia*, ait Hieron. *qui ſemper cogitat ſe eſſe moriturum*: maximè quando adventus ejus incertitudo cogitatur, quem miſericorditer Dominus nos latere

In epiſt. ad Paulinum.

tere voluit,ut sẽper ſic vivamus,quaſi ſtatim morituri : latet enim unica dies, ut obſerventur omnes dies.Sic D.Aug.Dominum alloquens : *Hinc ad te,* ait,*quomodo libera fronte exeã,ſi aliũ adoravero,& te offendero ? Cras fortè moriturus ſum,& qua fronte te videbo? Magna miſericordia ipſius,& monuit,ut benè vivamus,& diẽ nobis noviſſimũ mortis noſtræ abſcõdit, ne nobis aliquid promittamus de futuro. Facio hodie, & vivo ; cras non facio. Quid ſi te non invenit cras?*

In Pſal. 34. conc.1.

Defunctum ita loquentem introducit Sap. *Memor eſto judicii mei,ſic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie.* Hoc eſt, Memor eſto cõditionis meæ, quam Dei ordinatione & judicio ſubire debui;talis enim erit & tua aliquando. Et ne illud in longum tempus differendum tibi promittas,quod heri mihi accidit, hoc ipſum tibi hodie exſpectandum eſt,& evenire poteſt.Bene enim dicit,Hodie; & non,Cras,ut intelligat quiſque,quemlibet diem præſentem ſibi poſſe eſſe ultimum, nec ſibi promittat certò aliquod vitæ tempus in futurum,juxta illud Poëtæ :

Eccl.38.

Quis ſcit an adjicient hodiernæ craſtina vitæ
Tempora Dii ſuperi ?
Ah ſtulte quid cogitas te diu victurum,cùm nullum diem habeas hic ſecurum ?
Fleres ſi ſcires unum tua tempora menſem.
Rides,cum non ſit forſitan una dies.

Horat.in Odis. Kemp.l.1. cap.13.

Rurſum Aug.ſuper illum verſum; *Longanimis & multum miſericors. Miſericors,* inquit, *in his quibus veniam dedit:in his,quibus non dedit adhuc, longanimis ; non damnans ,ſed exſpectans,ipſa exſpectatione clamans ; Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.Et,Nolo,*inq.*mortẽ peccatoris,tantùm revertatur,*

Auguſt.in Pſal.144. Malach.3.

&

& vivat. Ille quidem longanimis, tu autem ſecundùm duritiam cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ. Non enim modò ſic longanimis in ſuſtinendo, ut nunquam iuſtus in vindicando. Diſtribuit tempora, vocat te nunc, exhortatur te nunc, exſpectat donec reſipiſcas & facias, & tu tardas? Magna ejus miſericordia & in hoc, quod diem vitæ tibi incertum fecit, ut neſcias quando hinc emigrabis; & cùm quotidie ſperas, te convertas aliquando; & in hoc ejus magna miſericordia. Cæterùm ſi ſtatuiſſet diem omnibus, faceret abundare peccata de ſecuritate. Dedit ergo ſpem veniæ, ne deſperando ampliùs pecces. Ezech. 18. Rom. 2.

Et ſpes & deſperatio timenda eſt in peccatis. Videte vocem deſperantis ad augenda peccata, & videte vocẽ ſperantis ad augenda peccata; & quomodo utrique voci occurrit Providentia & miſericordia Dei. Audi vocẽ deſperantis; Iam, inquit, damnandus ſum, quare non facio quicquid volo? Audi & vocem ſperantis; Miſericordiâ Domini magna eſt, quando me convertero, dimittet mihi omnia, quare non facio quicquid volo? Deſperat ut peccet, ſperat ut peccet. Utrumque metuẽdum eſt, utrumque periculoſum. Væ à deſperatione, væ à perverſa ſpe. Utrique huic periculo, & utrique malo quomodo occurrit miſericordia Dei? Quid dicis tu, qui deſperando volebas peccare? Iam damnandus ſum, quare non facio quicquid volo? Audi ſcripturam; Nolo mortem impii, tantum revertatur & vivat. Hac voce Dei ducitur in ſpe, ſed timendus eſt alius laqueus, ne ipſa ſpe ampliùs peccet. Quid ergo & tu dicebas, qui ſpe magis peccas? Quãdo me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quicquid volo. Audi & tu ſcripturam: Non tardes converti ad Dominũ, neque differas de die in diẽ, ſubitò enim veniet ira illius, & in tẽpore vindi- D.Aug. ibi. Ezech. 18. Eccleſ. 5.

Proſp. ſent. 71. *Et a diſperdet te. Noli ergo dicere; Cras me convertam; cras Deo placebo, & omnia hodierna, & heſterna remittentur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus converſioni tuæ indulgentiam promiſit, ſed dilationi tuæ diem craſtinum non promiſit.* Hactenus S. Auguſtin.

Oratio autem Eccleſiæ, qua Deum precatur; *A ſubitanea & improviſa morte libera nos Domine,* prudentiſſima eſt; nec loco Evangelij adverſatur de incertitudine mortis. Non enim petimus hic præſcire tempus mortis, quod non licet, & ad tentationem Dei pertinet (unde damnandæ tales preces, & ubi talis relatio promittitur, ſi certis diebus legantur) ſed ne nos dies ille imparatos opprimat, ut mortem ſemper cogitemus, ita ſemper in eam intenti ſimus, ut quandocunque veniet, minimè ſubitus ac improviſus irruat: aut ſi peccare contigerit, ne ſubitò auferamur, ſed veræ pœnitentiæ ſpatium, ac ipſam pœnitentiam Dominus largiatur. Ferè enim imparatos videmus, qui ſic moriuntur ſubitò.

MONITUM LVI.

Mors peccatorum peſſima. Pſalm. 31.

Lib. 3. Divin. Inſtit. cap. 19. SI *quis nos roget,* inq. Lactant. *utrùmne bonum ſit mors, an malum? Reſpondebimus, qualitatem ejus ex vitæ ratione pendere. Nam ſicut vita ipſa bonum eſt, ſi cum virtute vivatur; malum ſi cum ſcelere: ſic & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda eſt. Ita fit, ut ſi vita in religione Dei tranſacta ſit, mors malum non ſit, quia tranſlatio eſt ad immortalitatem; ſin aliter, malum ſit neceſſe eſt, quoniam ad æterna ſupplicia tranſmittit.* Et D. Aug. *Mala mors putanda nõ eſt,*

Digitized by Google

eſt, quam bona vita præceſſit: non enim facit malã mortem, niſi quod ſequitur mortem. Non itaque multum curandũ neceſſariò morituris, quid accidat ut moriantur, ſed moriendo quò ire cogantur. Et iterum; *Quære, non unde, ſed qualis exeat, qui moritur. Mors enim undecunque pio accidat, bona eſt.* Et; *De prima corporis morte dici poteſt, quod bonis bona ſit, malis mala: illis enim finis eſt ad mala temporalia, & tranſitus ad vitam æternam; his verò finis ad bona tẽporalia, & tranſitus ad mortem æternã.* Et rurſum; *Longè melior fuit mors religioſi pauperis inter lingentium canum linguas, quàm impii divitis in purpura & byſſo. Ille enim moriebatur ſemper ad gloriam, hic moriebatur ex gloria;* ille ab angelis deportatus eſt in ſinum Abrahæ, hic verò à dæmonibus raptus eſt ad inferos. *Non hoc eſt male mori,* inq. Chryſ. *violenta morte finiri; alioqui malè mortuus eſſet Baptiſta, Stephanus & alii Martyres; ſed in peccatis mori, iuxta Prophetã, Mors peccatorum peſſima: ſequitur enim æterna damnatio.* Ex eo ergo, *quod ſequitur* mortem judicandum eſt de bona vel mala, de felice vel infelice morte.

Lib. 1. Civit. cap. 11. In pſal. 48. De Civit. li. 13. cap. 2 Sent. 147. Lib. 1. Civ. capit. 11. Luc. 16. Hom. 5. ad pop. Pſal. 31.

Triplex eſt bonum, quod mortem ſequitur bonorum. Primum, *Requies à labore. Abſterget Deus* inq. Ioan. in Apoc. *omnem lachrymam ab oculis eorũ: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierũt.* Et; *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodò enim dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, opera enim illorum ſequentur illos.* Hoc ſignificatum eſt in operibus ſex dierum, poſt quæ dominus die ſeptimo requievit; ſic poſt labores hujus vitæ (in faciendis bonis, in tolerandis malis) quæ per ſex hominis ætates decurrit, requieſcet Deus in Sanctis ſuis. *Relinquitur,*

D. Bern. Apoc. 21. Apoc. 14. Auguſt. de Catec. rud. cap. 17. Hebr. 4.

ait

ait Apoſtolus, *Sabbathiſmus populo Dei. Qui enim ingreſſus eſt in requiem eius, etiam ipſe requievit ab operibus ſuis, ſicut à ſuis Deus.*

Apoc. 21. Philip. 3. Alterum bonum eſt, *iucunditas de novitate. Ecce*, inq. Deus, *nova facio omnia*, corpus quidem in ſpe; *reformabit enim corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* In Pſal. 95. 1. Cor. 15. 2. Cor. 5. *Non vis exui veſtem pannoſam? ſtolam gloriæ daturus eſt*, inq. Aug. *Oportet mortale hoc induere immortalitatem*, ait Apoſt. Anima autem nova in te: quæ enim hic Deum videt per fidem, quæ licet certa, tamen obſcura lucerna eſt: ibi eum videbit per ſpeciem ſicuti eſt, facie ad faciem. 1. Ioan. 3. 1. Cor. 13. Deinde memoria erit ſine oblivione, intellectus ſine errore, voluntas ſine malitia. Denique nova erit ſocietas, eaque dulciſſima & jucundiſſima D. Virginis, Angelorum, & ſanctarum animarum. In Epitaph Nepot. De Nepotiano ſuo dicit D. Hieron. *Non emoriebatur, ſed emigrabat; non relinquebat, ſed mutabat amicos.* In ep. de ejus obitu. Et de Bleſilla defuncta; *Non illa plangenda, quæ ſecuritatem ingreſſa, meliorem habet comitatum, Mariam, Annam*, & alios ſanctos. Et D. Cyprian. De mortalit. *Magnus*, inq. *nos carorum numerus expectat, frequens nos, & copioſa turba deſiderat, iam de ſua immortalitate ſecura, & adhuc de noſtra ſalute ſollicita. Ad horum conſpectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia eſt?*

Tertium bonum eſt, *Securitas de æternitate.* Hîc nulla eſt ſecuritas. *Quamdiu enim vivimus, in certamine ſumus*, inq. D. Hier. Contra Pelag. lib. 2. *quamdiu in certamine, nulla eſt certa victoria, quæ Apoſtolo fortiſſimè etiam prælianti, in futuro demum ſeculo reſervabatur.* 2. Tim. 4. Et D. Auguſt. Lib. 10. cõf. cap. 32. *Nullus in hac vita ſecurus eſſe debet, quæ tota tentatio nominatur, ut qui fieri potuit ex deteriore melior* Iob 7.

lior

lior, non fiat etiam ex meliore deterior. Et S. Proſ- In epiſt. ad
per: *Nullus, quamdiu corpus quod corrumpitur, aggra-* Demetr.
uat animam, eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine muta- Apoc. 4.
bilitatis incerto. In cœlo autem ſancti habent coro- Apoc. 19.
nas in capite, certi quod eas nunquam amittent. 2. Tim. 4.
Sedent in eo ſenes coronati; eodem auro & ipſe filius hominis ſupra nubem micat; & Apoſtolus ſibi haud ſegniter in agone certanti coronam exſpectat. Ac ſtrenuè decertando cupiditates ſeculi 1. Cor. 9.
vincentibus coronæ promittuntur æternæ ac immarceſſibiles. *Qui vicerit*, dicitur in Apoc. *dabo ei* Apoc. 2. 3.
coronam vitæ. Dicit David ad ſupernam Ieruſalem; *Confortavit Deus ſeras portarum tuarum*; id Pſ. 147. &
eſt, fortiter clauſæ ſunt portæ tuæ, nõ exit amicus, ibi Auguſt.
non intrat inimicus. Et Chriſtus ad diſcipulos; *Ite-* Ioan. 16.
rùm videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium Ser. 2. & 3.
veſtrum nemo tollet à vobis. D. Bern. dicit, *Triplex* de omnib.
eſſe gaudium ſanctorum, videlicet, *ante mortem de* Sanct.
bono conſcientiæ teſtimonio: in morte, quia eripiuntur de præſenti ſeculo nequam: poſt mortem, quandò Matth. 25.
intrant in gaudiũ Domini ſui, quod nemo tollet ab eis. Ioan. 16.

Triplex item malum eſt, quod malorum mortem ſequitur. Primum eſt, *Amiſſio mundi*; ſine graui enim dolore ſeparari non poſſunt ab eo, quod vehementer diligunt. Diligunt autem mundum, & quæ in eo ſunt, divitias, honores, amicos, vxores, filios, &c. in his ſuum bonum ponunt, in his ſe oblectant & conſolãtur, ideſt mirabiliter eos contriſtari neceſſe eſt, quando coguntur ea relinquere.
Miſer eſt omnis amicus, inquit S. Aug. *vinctus ami-* Li. 4. conf.
citia rerum mortalium, & dilaniatur cùm amittit cap. 6.
eas, & tunc ſentit miſeriam qua miſer, eſt; & antequam amittat eas. Non eſt in carendo difficultas,

De Doct. Chriſt. Lib. 1. de Serm. Dom. in mont. Eccleſ. 41. *quando non eſt in habendo cupiditas; ſed nõ relinquitur ſine dolore, quod cum delectatione retinetur. O mors,* ait Sap. *quàm amara eſt memoria tua homini pacẽ habenti in ſubſtantiis ſuis! Si memoria tam amara, quantò amarior erit experientia?* inquit D. Ber.

Greg. lib. 4. Dial. c. 37. 38. Alterum malum eſt, *Separatio carnis,* à qua anima à ſpiritibus immundis evellitur, qui oſtia corporis obſident, vt eam exeuntem rapiant. Carnis, inquam, quam ita amaverunt, ut illi totum quod libebat tribuerint, in cibo, potu, ſomno, veſtibus, delitiis, libidinibus, cæteriſque voluptatibus. Imò Philip. 3. *quorum Deus venter* erat, omnino intenti, vt ventri & iis quæ ſub ventre ſunt, in omnibus ſatisfacerẽt. Illam carnem deponent, vermibus & ſerpentibus devorandam; nec eam unquam reſumet anima ad conſuetas voluptates, ſed ſolùm ad ſocietatem pœnarum; ut ſicut hîc ſociantur in vitiis, ita poſtea ſocientur in pœnis. *Non enim poſſunt ſeparari in mercede,* inquit Tertullian. *quas opera coniungit.* Lib. de car. reſur. Reddet enim Deus unicuique ſecundum quod egit per corpus, ſive bonum, ſive malum. *Aut enim quiſque coronandus erit in corpore quod caſtè & iuſtè; aut condemnandus in corpore, quod voluptatibus pariter iniquitatibuſque ſervivit.* Hieron. ad Pammach. contr. error. Ioan. Hier.

Iſaiæ 66. Mar. 9. Tertium malum eſt, *Vermis igniſque duplex contritio.* Vermis rodentis conſcientiæ, qui nunquam moritur; ignis inexplicabilis efficaciæ, qui nunquam extinguitur. *Videmus hîc,* inquit D. Proſper, *quantùm in peccantem, etiam ſine humano iudicio, conſcientiæ iudicantis tormenta deſæviant, & malè ſibi conſciam mentem ipſæ etiam cogitationes ſecreti reatus cruciatoria recordatione conficiant: ſic ut nullæ ſint pœnæ graviores, quàm malæ conſcientiæ, in quâ* De vit. contempl. lib. 3. cap. 11. Sent. 291. ex Aug. in Pſal. 45.

Digitized by Google

qua cum Deus non habetur, conſolatio non inuenitur. Quid ergo ibi faciet? ubi vana omnia ſolatia, quæ in hac vita eis aderant, ex quibus præſumebant de miſericordia Dei, planè deficient? Corpora autem impiorum, quando ea reſument, talia erunt, ut mori non poſſint; attamen ſemper affligantur, ſic diſponente iuſtitia Omnipotentis. Graviſſima hîc cenſetur pœna, quando quis viuus exuritur, infligitur enim maximis ſceleribus. *At noſter ignis*, ait Chryſoſtomus, *comparatione ignis infernalis, umbra duntaxat habet rationem.* Et ille momentaneus eſt, hic ſempiternus. O æternitas, ô æternitas. Hom.49. ad pop. Aniel. lib. de imag. mundi, cap. 21.

Non enim ficta ſunt quæ de ſempiternis poſt mortem pœnis impiorum, dicuntur in Scriptura, & docentur in Eccleſia: Quomodo Gentiles conſiderantes Reipub. fore valdè noxium, ſi homines crederent, nullam vitam aliam reſtare poſt mortem, fabuloſa multa de futuro ſeculo finxerunt; ipſimet ea non credentes, vt metu ſuppliciorum, quæ fingebant ibi ſuſtinenda, homines hîc à ſceleribus compeſcerent. Fuerunt alij inter Chriſtianos, *nimis miſericordes*, vt ait D. Auguſtinus, qui legentes quod *non obliuiſcetur miſereri Deus, nec continebit in ira miſericordias ſuas, dixerunt pœnas impiorum, aut non futuras ob preces ſanctorum, qui in die iudicii orabunt pro impiis, aut aliquando finiendas, & minaciter potius quàm veraciter dictum eſſe; Ite maledicti in ignem æternum.* De ciuit. li. 21. cap. 24. Pſalm. 76.

Verùm pro impiis non orant Sancti, niſi tempore fructuoſæ pœnitentiæ: & quod dicitur, *non obliuiſcetur miſereri Deus*, aut ad vaſa hoc miſericordiæ pertinet; aut ſi etiam ad damnatos, di- Greg. li. 4. Dial. c. 44.

Machabæorum libris,quos (Auguſtino teſte) *Eccleſia pro canonicis habet*, oblatum legitur pro *his qui in pietate mortui fuerunt, ſacrificium*; *& ſancta dicitur eſſe ſollicitudo orandi pro defunctis,ut à peccatis ſoluantur*.Peculiariter autem id ideo inculcat ſecundus liber Machabæorum, quia contra Sadducæos circa Ionathæ Pontificatum exſurgentes, & dicentes non eſſe reſurrectionem mortuorum, animámque non eſſe immortalem, fideles, undique capta occaſione, munire ſtudet. Non enim ſub Iuda Machabæo excogitata eſt oratio pro defunctis, ſed à Patribus accepta. De Ciu.lib. 18. cap.39. Ioſeph lib. 13.ca 8.antiq. Iudaic.

David jejunavit ſuper mortuo Saül,& Ionatha,& populo Iſraël,qui corruerant in prælio.Solere verò eum ieiunare, ut aliquid à Deo impetraret, inde clarum eſt, quòd dicat, non eſſe cauſam ieiunandi ſuper filio ſuo infante,iam mortuo: ſe verò antea ieiunaſſe,ut ei à Deo vitam impetraret. Similiter & *viri Iabes Galaad ieiunaverunt ſeptẽ diebus*, cùm tuliſſent oſſa Saul & filiorum eius,& ſepeliſſent ea.In quem locum V.Beda: *Rectè*,ait,*& ad literam, pro mortuis,ut ad requiem purvenire valeant, ſeptem diebus ieiunatur,quia poſt ſex huius ſaculi ætates,in quibus in carne laboramus,ſeptima eſt in illo ſeculo ætas requietionis animarum carne exutarum, in qua beatæ tempus illud glorioſum, quando reſurgere mereantur,exſpectant*. Tob. eleemoſynas pro mortuis fieri mandat, dicens; *Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue*: nominans præcipuè illa,quæ tempore novi teſtamenti tranſmutata,pro defunctis offeruntur.Et Sap. *Mortuo*, inquit,*ne prohibeas gratiam*,docens nos,non ſectari hæreticos qui pro defunctis orare prohibent: 2.Reg. 1. 2. Reg.12. 1. Reg vlt. V. Beda in illum locum. Tob. 4. Eccleſ.7.

Digitized by Google

Lib.4.Dial. c.39.Bern. ſer.66.in Cant. *viventes ſanctorum qui hinc deceſſerunt, ſuffragiis ſpoliantes; mortuos viventium auxiliis fraudantes*, inquit Bern.ſer.66.in Cant.

Matth. 12. Aug.l.21. Civ.c.24. cõt. Iulian. Lib.6.c.5. 1.Cor.3. In Evangel. quoque docet Dominus, quædam peccata remitti in futuro ſeculo. *Non enim veraciter diceretur*, inq.D.Aug. & Greg. *quod non eis remittatur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, niſi eſſent quibus, etſi non in iſto, tamen remitteretur in futuro*. Sic & Apoſt.dicit, quod qui ſuper fundamentum, quod Chriſtus eſt, ſive fides in Chriſtum per dilectionem operans, ædificarunt ligna, fœnum, ſtipulam, id eſt, cum Chriſto ſimul temporalia poſſederunt & amaverunt, ipſum tamen præponentes, ſalvi erunt; *ſic tamen quaſi per ignem*. Quod multi Doctores de Purgatorio ſunt interpretati.

Auguſt.in pſ.37.& 103 conc.3.De Civit.lib.16 c.24.lib.20. cap.16.

De cura pro mort. cap.1. *Sed etſi*, ait Aug. *nuſquam legeretur in ſcripturis de talibus animabus, non parva tamen hac conſuetudine claret authoritas, ubi in precibus Sacerdotis, quæ Domino ad ejus altare funduntur, locum ſuum habet etiã commendatio mortuorum. Quod autem tota per orbem frequentat Eccleſia, hoc quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſima inſaniæ eſt*, ait idem Auguſt. *Non*

Epiſt.117. c.5 Ser.3.in epiſt.ad Philip. *fruſtra*, inq.D.Chryſ. *ab Apoſtolis ſancitum eſt, ut in ſacris myſteriis memoria fiat eorum, qui hinc diſceſſerunt. Noverunt quippe, illis multùm hinc emolumenti fieri, multùm utilitatis*. Quod ſciens Monica D.Aug. mater, *imminente die reſolutionis ſuæ, non cogitavit*

Lib.9. conf. cap.ult. *ſuũ corpus ſumptuosè contegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulchrum patrium. Non iſta mandavit*, inq. Aug. *ſed tantummodo memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei prætermiſſione ſervierat, unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt*

chirographum, quod erat contrarium nobis, quâ triumphatus eſt hoſtis, &c.

Non vult D. Cypr. oblationem aut deprecationem ullam fieri pro defuncto Victore, qui Presbyterum actorem teſtamenti conſtituerat. Quòd anteceſſores ſui cenſuiſſent, *ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam Clericũ nominaret: Ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro ejus dormitione celebraretur. Neque enim meretur*, inquit, *apud altare Dei nominari in ſacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & miniſtros voluit avocare.* D. Ambroſ. ad Fauſtin. dicit, *ſororem ejus defunctam, non tã deplorandam, quàm orationibus proſequendam, non tã mœſtificandam lachrymis, quàm ejus animam oblationibus Domino commendandam.* Et D. Hier. de Pammac. dicit, quod *ſanctam favillam, oſſaque veneranda* (uxoris videlicet Paulinæ defunctæ) *eleemoſyna balſamis rigat: his pigmentis atque odoribus fovet cineres quieſcentes, ſicut ſcriptum eſt; Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna peccatum.* Denique refert D. Aug. pro matre ſua defuncta *oblatum fuiſſe ſacrificium pretii noſtri*, ſive Miſſæ: ac ut deſiderio matris morientis ſatisfaceret, ipſe diligenter pro ea jam mortua orat, & alios etiam ad id hortatur; *ut ſit*, inquit, *in pace cum viro ſuo, ante quem nulli, & poſt quem nulli nupta eſt.*

Epiſt. 66. Epiſt. 8. Epiſtol. ad Pammach. Eccleſ. 3. lib. 9. Conf. cap. 12. Ibid. c. 13.

Si autem quæras, quomodo juventur animæ defunctorum à vivis, & quæ ſint illæ? Cùm iſtæ animæ ad corpus Eccleſiæ pertineant, eo modo juvãtur, quo alios hîc vivẽtes, & à nobis abſentes juvare poſſumus, Sacrificio videlicet Mediatoris, orationibus, jejuniis & eleemoſynis pro eis factis. *Proſunt vero eis hæc, qui cùm viverent, ut hæc ſibi poſtea*

De Civit. lib. 20. c. 9.

Digitized by Google

Ench. cap. 110. *ſtea prodeſſe poſſent, meruerunt. Eſt enim quidam vivendi modus,* inquit S. Auguſt. *nec tam bonus, ut non requirat iſta; nec tã malus, ut ei non proſint iſta poſt mortem. Eſt verò talis in bono, ut iſta non requirat; & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cùm hæc vita tranſierit, adiuvari. Quia verò non diſcernimus, qui ſint quibus merito vitæ anteactæ proſunt ſuffragia poſt mortem, oportet ea,* ait idem Auguſt. *pro regeneratis omnibus facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant pervenire. Ideò ſupplicationes faciendas pro omnibus in Chriſtiana ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcunque, ſub generali commemoratione ſuſcepit Eccleſia: ut quibus ad iſta deſunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati vel amici, ab una eis exhibeatur pia matre communi.*

De cura pro mort. cap. vltimo.

Lib. eodem, cap. 4.

Cùm ergo Sacrificia, ſive altaris, ſive quarumcunque eleemoſynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, inq. idem Aug. *pro valde bonis gratiarũ actiones ſunt; pro non valdè malis, propitiationes ſunt; pro valdè malis, etiamſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationes ſunt.* Sed ad quid proſunt iis quibus proſunt? Reſp. Aug. *Vt ſit plena remiſſio, aut certè tolerabilior fiat ipſa damnatio,* ſeu pœna. Narrat D. Greg. de duobus, qui Sacrificio Miſſæ, à pœnis, in quibus poſt mortem erãt, ſunt liberati. Et eſt apud D. Aug. de Dinocrate ſeptenni puero, fratre S. Perpetuæ, quod vita functus, & pœnæ obnoxius, eiuſdem precibus fuerit à pœnis liberatus, & æterna felicitate donatus.

Enchir. ca. 118.

Ibidem.

Li. 4. Dial. cap. 55.

Lib. 1. de anima, ca. 10 & lib. 3. c. 9.

Dupliciter autem vocatur pœna aliqua purgatoria (ſicut turpis aliquis dicitur, & malitia & miſeria:) quia vel prauum hominis affectum

corri

corrigit, vel ita per eam punitur peccatum etiam hominis correcti, ut judice longiorem pœnam, ſive per miſericordiam, ſive per juſtitiam non exigente, ipſa pœna finiatur. In ſuſpenſo autem reliquit Auguſtinus, an animæ piorum ſtatim in morte omnes ſeculares & pravos affectus, etſi veniales, deponant; an verò inveniant tranſitoriam tribulationem, qua paulatim carnales affectus eorum corrigantur & expurgentur, ſicut in hac vita per tribulationes homo paulatim ab illis corrigitur: interim certiſſimum aſſerens, & animas quorundam precibus hîc viventium à pœnis liberari, & in die reſurrectionis poſt pœnas quas patiuntur ſpiritus mortuorum, quibuſdam peccata ignoſcenda, & in illo die quoſdam tranſitorio igne à peccatis ſuis mundandos, ut pro eis ampliùs orare non debeant.

In Ench. ca. 10. & de civit. li. 21. cap. 24.

Ibid. & lib. 16. c. 26. & li. 20 c. 25. 26.

Sed quæ ratio vivos movere debet, ut in illis juvandi ſint diligentes? Primò, quòd membra noſtra ſint; officium ergo membrorum eis præſtandum; etſi enim ab hac vita ſeparati ſint, non tamen ab Eccleſiæ corpore. Deinde, quòd pœna in qua ſunt, graviſſima ſit; eſt enim ibi tempus juſtitiæ. Ait Apoſt. *Ipſe ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Quia dicitur, ſalvus erit*, inquit Auguſt. *contemnitur ille ignis. Ita planè, quamvis ſalvus per ignem; gravior tamen erit ille ignis, quàm quicquid poteſt homo in hac vita pati. Et novimus, quanta hîc paſſi ſunt mali, & poſſunt pati.* Et quanta paſſi ſunt Martyres, horret animus, quando legit, audit, cogitat. Tametſi ex ſpe ſalutis, de qua certæ ſunt animæ purgatorij, tum ex teſtimonio bonæ conſcientiæ, quod ibi etiam habent; tum ex ſententia Iudicis

Auguſt de Civit. li. 20. cap. 9.

1. Cor. 3.

In pſal. 37.

2. Cor. 1. Eccleſ. 11.

Iudicis jam pronunciata, magnum capiant ſolatium: unde & dicuntur, *in Chriſto quieſcere, & dormire in ſomno pacis.*

In Canon. Miſſæ.

Hæc etiam ratio vivos excitare debet, ut ſic vitam hîc inſtruant, quò nō ſolùm inexplicabiles inferni, ſed & horrendas illas Purgatorii pœnas poſſint evadere. Certè nemo facilè contemnit aut parvi æſtimat equuleos, ungulas, laminas, & ejuſmodi tormenta varia, *pro quibus effugiendis per univerſas terras cum magno timore Domino ſupplicatur*, ait Aug. *Et ſi homines quicquid juſſeris, faciunt, ne patiantur hæc mala, multò faciliora, quantò meliùs faciunt quod jubet Deus, ne illa graviora patiantur?* inquit idem Aug. Ipſi ſancti ignem illum admodum exhorruerant; unde orat Propheta David, *Domine, ne in furore tuo* (æternæ videlicet damnationis) *arguas me, neque in ira tua* (temporalis poſt mortem purgationis) *corripias me*, uti interpretatur S. Aug. Sic & Abacuc; *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis & aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ubi hîc tribulationes & anguſtias deprecatur, ut poſt mortem cœtui Sanctorum ſocietur*, inq. Hier. Orat & D. Aug. *Domine hîc ure, hîc ſeca, ut in futuro parcas.* Et, *Domine, in hac vita purges me, & talem me reddas, cui emendatorio igne non ſit opus.* Et vir ſanctiſſimus Greg. Nazianz. ideò citò mori timebat, veritus ne non ſatis purgatus hinc diſcederet, ac proinde igne illo tranſitorio adhuc purgandus foret.

Lib. 1 Conf. cap. 9.
In pſal. 37.
Pſal. 6. 37.
Ibidem.
Abacuc 3.
Lib. 2. cont. Pelagian.
In pſal. 37.

Quod ergo remedium conveniens ad evadendum? Dicit S. Aug. *Qui coluerit agrum ſuum interiùs, & ad panem ſuum* (veritatis ſcilicet & juſtitiæ) *etſi cum difficultate pervenerit, patietur hîc, non poſt hanc vitam*

De Gen. cont. Manich. lib. 2. cap. 20.

vitam. Qui verò fortè agrum non coluerit, ſed ſpinis eum opprimi permiſerit, habet hîc maledictionem terræ in omnibus operibus ſuis, & poſt hanc vitam habebit, vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. Colendus eſt ergo diligenter ager cordis noſtri, evellendæ ſtatim peccatorum ſpinæ, plantandæ virtutes. Deinde inquit idem Aug. *Qui miſericordia Dei adjutus & gratia, ſe ab eis peccatis abſtinuerit, quæ etiam crimina vocantur, atque illa peccata, ſine quibus hic non vivitur, mundare operibus miſericordiæ & piis orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire ſine peccato, quamvis cùm hic viveret, habuerit nonnulla peccata: quia ſicut iſta non defuerunt, ita etiam remedia, quibus purgarentur, affuerunt.* Et de Nat. & Gratia: *Per ſpirituale quotidianum quodammodo incenſum, quod ante Deum in altari cordis, quod ſurſum habere admonemur, infertur, etiamſi non hic vivatur ſine peccato, licet mori ſine peccato, dum ſubinde venia deletur, quod ſubinde ignorantia vel infirmitate committitur.*

Epiſt. 89. quæſt. 1.

De Nat. & grat. c. 35. in Miſſa.

MONITUM LVIII.

Nimis honorificati ſunt amici tui, Deus.

Pſalm. 131.

TEſtantur Patres, Chriſtianos Catholicos, ob cultum & venerationem Sanctorum, olim Idololatras habitos (ex quo etiam ejus poteſt cognoſci antiquitas) & à Gentilibus & ab Hæreticis. Gentiles enim putantes Divinum honorem Martyri

Euſeb. li. 8. c. 6. & li. 4. c. 15. Hier. cont. Vigilant. Aug. cont. Fauſt.

Digitized by Google

lib. 20. cap. 21. Martyribus exhiberi, corpora eorum projiciebant in mare, dicentes; *Ne fortè Dii efficiantur Chriſtianorum: & illi, qui Deos adorare nolunt, ſervos noſtros incipiant adorare.* Hæretici verò aiebant, Catholicos non omnino reliquiſſe idola, ſed ſolùm convertiſſe & mutaſſe in Martyres. Sed benè oſtendit D. Aug. quomodo à nobis colantur ſancti cum Chriſto in cœlo agentes. *Eo*, videlicet, *cultu dilectionis & ſocietatis, quo in hac vita coluntur ſancti Dei homines. Sed illos tantò devotiùs colimus, quantò ſecuriùs poſt incerta omnia ſuperata; quantò etiam fidentiore laude prædicamus jam in vita feliciore victores, quàm in iſta adhuc pugnantes.*

Lib. 8. de Civit. Dei cap. 27.

Verùm illo cultu (qui Græcè Latria dicitur, Latinè uno verbo dici non poteſt, ait Aug. *cùm ſit quadã propriè Divinitati debita ſervitus) nec colimus, nec colendum docemus, niſi unum Deum. Ideoque Martyribus non templa, ſacerdotia ſacra & ſacrificia conſtituimus, aut offerimus; ſed in memorias ſanctorum, ipſi Deo, cui ſoli ſunt debita. Quis enim Antiſtitum in locis ſanctorum Martyrum aſſiſtens altari, aliquando dixit, Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane, &c. Quæcunque autem adhibentur religioſorum obſequia in Martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra, vel ſacrificia mortuorum tanquam Deorum. Epulas etiam qui eò deferunt, ſanctificari ibi eas volunt per merita Martyrum, in nomine Domini Martyrum. Non autem eſſe iſta ſacrificia Martyrum novit, qui novit unum, quod Deo illic offertur Sacrificium Chriſtianorum.* Ipſi autem Sancti vel homines vel Angeli exhiberi ſibi nolunt, quod uni Deo deberi norunt. Apparuit in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis quæ per eos facta ſunt

Ibidem.

Actor. 14.

Digitized by Google

ſunt Lycaonij, tanquam Diis immolare voluerunt. Conſciſſis enim veſtimentis ſuis, confitentes & perſuadentes ſe Deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt. Apparuit & in Angelis, ſicut in Apocalypſi legimus, Angelum ſe adorari prohibentem, ac dicentem adoratori ſuo, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum. Apoc. 22.

Quam ergo venerationem & cultum adhibemus Sanctis? Primò, illos invocamus, non ut illi præſtent quod petimus, ſed ut nobiſcum, & pro nobis orent: certi ex ſcripturis, propter eorum merita & orationes multa Dominum tam ſpiritualia quàm corporalia nobis beneficia præſtare, alioqui non largiturus, ſive hîc adhuc vivant, ſive etiam mortui ſint. Atque hæc antiquorum Chriſtianorum ſemper fuit conſuetudo. Sic Gregorius Nazianzenus invocat D. Cyprian. Baſilium, Athanaſium jam defunctos: Gregorius Nyſſenus Theodorum Martyrem: Hieronymus Paulam viduam: Auguſtinus S. Cyprianum. In Concil. Chalced. Generali quarto invocatur S. Flavianus Martyr, Actione 11. Exod. 20. Exod. 32. 4. Reg. 19. Iob ultim. In orat. 8. 18. 19. Ora. in Theod. Mart. In Epitaph. Paulæ. Cõt. Donat. lib. 7. cap. 1.

Atque ita monet populum D. Ambr. *Obſecrandi ſunt Angeli, qui nobis ad præſidium dati ſunt: Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quodã corporis pignore patrociniũ vendicare.* Baſil. verò XL. Martyres orari jubet. *Qui aliqua premitur anguſtia, ad hos confugiat: qui rurſus lætatur, hos oret: ille, ut à malis liberetur; hic, ut duret in rebus lætis. Sæpe laboraſtis ut unum pro vobis orantem inveniretis: quadraginta ſunt hi, unam emittentes orationis vocem.* Et D. Chryſoſt. *Servorum Crucifixi*, inquit, *ſepulchra, regiis aulis ſunt clariora, non magnitudine & ædificiorum pulchri* In lib. de Viduis. Orat. in 40 Mart. Hom. 66. ad pop.

pulchritudine (nam & in hoc quidẽ ſuperant) ſed, quod multò majus eſt, convenientium ſtudio. Nam & *ipſe purpuram indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulchra, & faſtu depoſito ſtat, ſanctis ſupplicaturus, ut pro ſe ad Deũ intercedant, & ſcenarum fabrum & piſcatorem, etiam mortuos, ut protectores orat, qui diademate redimitus incedit.* Denique Theodoretus; *Qui ſani ſunt,* inq. *ſanitatem ſervari ſibi à Martyribus petunt; ægri ſanitatem expoſcunt; ſteriles, dari ſibi filios; qui parentes ſunt, ſervari. Qui proficiſcuntur, illos ſibi comites, imò viæ duces petunt; qui ſoſpites redierunt, gratias agunt; non qui ſe ad Deos accedere arbitrentur, ſed qui orent Dei Martyres tanquam Divinos homines, interceſſoreſque ſibi apud Deum advocent ac precentur, &c.* Refert Ruffin. de Theodoſio Magno Imp. cùm ſe ad bellum contra Eugenium Tyrannum pararet: *Circumibat,* inq. *cum ſacerdotibus & populo, omnia orationum loca, ante Martyrum & Apoſtolorum thecas jacebat cilicio proſtratus, & auxilia ſibi fida Sanctorum interceſſione poſcebat.*

Li. 8. cont. Græc. affe.

Li. 11. c. 32.

Deinde veneramur Sanctorum reliquias, quas etiam auro & argento ſolere exornari à Chriſtianis, author eſt Hier. de quibus Damaſcenus: *Fontes nobis ſalutares Dominator Chriſtus præbuit Sanctorum reliquias, multimoda beneficia ſcaturientes.* De iiſdem & D. Baſil. *Pro legis Iudaicæ ritu, ſi qui moriebantur, horum morticina habebantur abominationi: contrà, mors ſi cuipiam irrogatur pro Chriſti nomine, pretioſæ cenſentur reliquiæ ſanctorum ejus. In priore lege dicebatur, ſi quis tetigerit cadaver, immundus erit: Nunc è diverſo, Martyris oſſa quiſquis attigerit, ob gratiam corpori inſidentem, fit quadantenus ſanctificationis particeps. Martyrum ſepulchra ubique veneramur,*

Cont. Vigilant.
Li. 4. de fide, cap. 16.
In pſal. 115

mur, ait D. Hier. *ſanctam favillam oculis apponentes, ſi liceat, etiam ore contingimus. Quis mihi nunc dabit,* inquit Chryſoſt. *circumvolvi corpori Pauli, affigi ſepulchro, videre pulverem corporis illius?* &c. Et in orat. de SS. Juventino & Maximo; *Sæpius illos inviſamus, tumulos adoremus, magnáque fide reliquias eorum contingamus, ut inde benedictionem aliquam aſſequamur.*

Hom. 32. in ep. ad Rom

Primus omnium cultum reliquiarum impugnare auſus eſt impius Eunomius, quem deinde ſecutus Vigilantius, Claudius Taurinenſis, & alii hæretici. Unde Gennadius: *Sanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias, perinde ac ſi Chriſti membra, ſinceriſſimè honoranda, & Baſilicas eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta, Divino cultui mancipata, affectu piiſſimo, & devotione fideliſſima adeundas credamus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur.* Mirabilia operatus eſt Dominus non ſolùm per ipſa Sanctorum corpora, ſed per ea quoque quæ ad ipſa aliquo modo pertinebant, ut per ſudaria & ſemicinctia, cùm Pauli corpus attigiſſent; per ipſa dira inſtrumenta pœnarum, quòd, licèt cruciatus inferendo, Martyrem tetigiſſent, ut per vincula Petri, lapidem Stephani; per flores, ipſum pulverem & ſitum. Oleum etiam quo more antiquo Eccleſiæ circa ſepulchra Martyrum lampades incendi ſolent, &c. ut eſt apud Patres, & in hiſtoriis. Veneranda ſunt ergo Sanctorum oſſa, partes quondam ipſorum, templa Spiritus ſancti, ab ipſo reſuſcitanda ad gloriam, unde nobis tot beneficia promanant. Per ipſa abiguntur dæmones, infirmi curantur, cæci vident, leproſi

De Eccleſ. Dogmat. cap. 73.

Actor. 19. Aug. ſer. 31 32. in Nov. Greg. li. 3. ep. 30. Nyſſe. ora. in Laudib. Theod.

1. Cor. 6.

Vide Baro. to. 1. anno Chriſti 55.

leproſi mundantur, mortui reviviſcunt, tentationes & triſtitiæ ſolvuntur. *In Baſilicis Martyrum*, ait Hier. *ſigna ſanitatum fiunt, atque virtutes, quas qui ridet, ſimilis eſt iis, qui Chriſtum in nomine Beelſebub ejicere dæmonia blaſphemabant.*

Aug.lib.9. conf.cap.7. Hier.cont. Vigil. Aug.li.22. de Civi.ca. 8.ep.137.

Præterea Sanctos etiam colimus, dum loca, Deo in honorem eorum dicata, viſitamus, *ut ex ipſorum locorum admonitione, major affectus exurgat*, inquit Aug. *ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illũ, quo adjuvante poſſumus.* Deinde, quia ſcimus in quibuſdam memoriis Sanctorum, multa miracula ſanitatum per Sanctos ſuos Dominum operari, quæ aliis locis operari non vult. Sicut & Sanctis quibuſdam in hoc mundo agentibus, gratiam curationum dedit, quam aliis non dedit ille, *qui dividit dona ſua prout vult.* Fructum autem venerationis Sanctorum declarat nobis Aug. cont. Fauſt. *Populus*, ait, *Chriſtianus, memorias Martyrum, aliorumque Sanctorum, religioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adjuvetur.* Hoc igitur ex cultu Sanctorum nobis provenit, quod eorum orationibus & meritis adjuvemur, ut fidem eorum ſectemur, vitam eorum imitemur; cogitantes & eos quondam fuiſſe miſeros & peccatores, ſicut nos ſumus; & tamen Domini auxilio univerſa ſuperaſſe. In imitatione tamen præcipua eorum veneratio conſiſtit.

Cont.Fauſt li.20.ca.21. Aug.epiſt. 137. 1.Cor.11. Loc.cit.

Poſtremò colimus Sanctos, inſignia eorum geſta prædicando, ſcribendo, imaginibus & picturis ob oculos ponendo; quæ cum omnibus ſint, quod tantùm doctis ipſæ ſcripturæ, idonea ſcilicet inſtrumenta nos in recordationem prototypo

Vide Amb. de Viduis. Proſper de vita cõtemp.lib.3. c.12. & 16. Aug.lib.8. Conf.ca.11.

totyporum ducentia; tam reverenter habendæ ſunt, quàm ipſæ ſcripturæ. Triplicem autem nobis adferunt imagines vtilitatem: valent enim ad doctrinam, nam intellectum inſtruunt, rudium maximè. *Quod enim in codicibus legere non valent, in parietibus videndo legunt*, inq. Gregor. Deinde refricant memoriam: *ſiquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes paſſionem Chriſti, imaginem transfixionis Chriſti videntes*, inquit S. Damaſc. *in Salvatoris paſſionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam, ſed imagine repræſentatum*. Denique commouent affectus. D. Gregorius Niſſenus, & S. Ephrem aſpectu imaginis Abrahæ filium immolantis, lachrymas tenere non poterant. Scribit etiam Nazianz. ſcortũ quoddam intuitu cuiuſdam imaginis, ab impudicitia, quam animo propoſuerat, fuiſſe deterritam.

Lib. 7. epiſt. 109.

Damaſc. lib 4. de fide, cap. 17. Cit. Act. 4. Conc. Nic. S. Ephrem in Ser. de Abraham & Iſaac. Nazianz. in Car. Iambico de virtute.

Scribit Salluſtius, *Q. Maximum, P. Scipionem, & alios præclaros viros, cum imagines maiorum intuerentur, vehementiſſimè animum ſibi ad virtutem ſolere accendi*. Ac Pythagoræ erat ſententia: *Pia & ſancta verba, & honeſtas picturas & imagines ad pietatem, cultumque Dei adducere*. Ab initio autem Eccleſiæ uſus fuit imaginum. Notum eſt opus fuſile, Chriſti miraculum repræſentans, mulierem ſanguinis profluvio laborantem, curantis; deſtructum à Iuliano, & miraculum de herba medicam vim habente, ubi ad fimbriam ſtatuæ ſuccreuiſſet. Pingebatur hiſtoria Geneſeos pluribus locis, teſte Auguſt. Pingebatur Chriſtus cum Petro & Paulo, quia *merita Petri & Pauli propter eundem paſſionis diem celebriùs & ſolemniùs Roma commendat*, inquit Auguſt. Tempore Tertulliani in ſacris calici-

In bel. Iugurth.

Euſeb. lib. 7. cap. 14.

Aug. de cõſenſ. Euangeliſt. lib. 1. cap. 10.

Tertul. lib. de pudicit.

bus pingebatur Chriſtus, ut Paſtor ad ſe vocans peccatores, tanquam oves erraticas. Geſta item Martyrum in parietibus, & alibi depingi ſolita ad exemplum, author eſt Prudentius.

In Caſſia. & Hypol. Dicimur autem honorare imagines, quòd per eas ac circa eas declaramus honorem & affectum, quem erga rem ſignificatam gerimus.

Non Deus eſt, ſed picta Deum præſentat imago:
Qua viſa, tu mente colas, quod cernis in illa.

Hier. cont. Vigilant. De Spirit. S. cap. 28. Non ergo turbare nos debet externa ſimilitudo Chriſtiani ante imaginem Crucifixi, & Gentilis ante ſtatuam Iovis; animus utrumque diſcernit. *Quod enim hic facit, fit idolis, & ideo deteſtandum; quod autem Chriſtianus, fit Deo, Martyribus,* & aliis Sanctis, *& ideo recipiendum. Honor imaginis in prototypum reſultat,* inq. Baſil. *Et qui adorat imaginem, in ea adorat quoque deſcriptum argumentum,* inquit VII. Synodus. Action. 2.

MONITUM LIX.

Exemplum accipite, fratres, laboris & patientiæ, Prophetas. Iac. 5.

In Vig. Petri & Pauli. DIcit D. Bernar. In feſtis Sanctorum tria conſideranda, *Auxilium eorũ, Exemplum, & Confuſionem noſtram.* Primò auxilium, *Potentes fuerunt in terra.* Vnus enim homo Moyſes ſexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam. *Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis,* oratione ſua clauſit cœlum & rurſum aperuit. Puniendi erant amici Iob, quia non erant locuti rectum coram Domino: oratio Iob placat Dominum. Stephanus imitator Domini ſui, exorat pro perſecutoribus ſuis,

Exod. 32. Iac. 5. Iob vltim. Act. 7. Aug. ſer. 1. & 4.

ſuis,& Pauli converſionem impetrat. Ipſe Paulus ducentas ſeptuaginta ſex animas dicit ſibi in navi condonatas. *Potentes ergo fuerunt in terris; potentiores ſine dubio in cœlis, ante faciem Domini Dei ſui.* Nefas eſt enim cogitare aut dicere Sanctos curam omnem noſtri depoſuiſſe. *Si enim Apoſtoli & Martyres,* inq. Hieron. *adhuc in corpore conſtituti orant pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, quantò magis poſt victorias, coronas, triũphos? Imò tantò magis,* ait Bern. *quantò veriùs agnoſcunt miſerias noſtras; quia beata illa patria charitatem eorum non immutavit, ſed augmentavit. Eſt & illa cauſa, quæ vrget Sanctos, vt de nobis ſolliciti ſint; quia iuxta Apoſtolum Deus pro nobis melius aliquid providit, ut nõ ſine nobis conſummentur.* Unde & in Apocal. petentes vindictam ſanguinis ſui; & redemptionem corporis ſui; *iubentur exſpectare, donec impleatur numerus fratrum ſuorum.* Hieronymus ita inuocat Paulam viduam; *Vale, ô Paula, & cultoris tui ultimam ſenectutem orationibus iuva: fides & opera Chriſto te ſociant; præſens faciliùs, quod poſtulas, impetrabis.* de S. Steph. Actor. 27. Cont. Vigilant. In vig. Pet. & Paul. Hebr. 11. Apoc. 6. In Epitaph.

Invocemus igitur Sanctos, more majorum, nec frivolis diſputationibus hæreticorum tantum nobis remedium auferri patiamur. Neque timendum eſt, ne illi non cognoſcant preces noſtras ad ſe directas: Cognoſcunt ſanè; ſive Spiritu Dei eis revelante, quomodo Heliſæus adhuc in corpore ſciebat, quæ Rex Syriæ & Giezi abſentes gerebant; & Prophetæ futura poſt longa tempora: quomodo etiam Angeli cognoſcunt interiorem pœnitentiam noſtram: ſive ab Angelis, qui rebus quæ hîc aguntur, interſunt, 4. Reg. 5. 6. Luc. 15. Apoc. 8.

Digitized by Google

Tob. 11. & in cœlum orationes noſtras perferunt: ſive etiã per propriam præſentiam, qua in hoc mundo orantibus adſunt; ſicut Moyſes & Helias præſentes fuerunt Apoſtolis in monte; *Quia illic omnia*, inq. Gregor. *communi claritate Deum conſpiciunt, quid eſt quod ibi neſciant, ubi ſcientem omnia ſciunt?*

Matth. 17. Lib. 4. Dialog. ca. 33.

Secundò, conſideranda in Sanctis eorum exempla, quæ nobis reliquerunt, vt ea imitemur. Ita fratres ſuos hortabatur D. Ant. *Recordamini geſtorum quæ Sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animum incitet ad virtutem. Sicut pictores*, ait D. Baſil, *exemplar diligenter inſpiciunt, ut ad eius lineamenta, & colores imaginem exprimant; ſic qui virtutũ imaginem in ſe exprimere vult, ſanctorum vitas, dicta & facta, diligenter inſpiciat*. Sic & Plut. *Rectè agunt, qui in rebus agendis illuſtres ſibi proponunt duces, & diſquirunt optimos quoſque viros; qui ea ætate ſunt, aut antè fuerunt, quid egerint, dixerint, quales ſe exhibuerint; perinde atque illi qui ſe exornant ad ſpeculũ.*

Athanaſ. in vita. Baſil. ep. 1. Li. de profectu morum.

Vt autem exempla quædam virtutum proferamus, fuit in eis *continentia uſque ad tenuiſsimum victum panis & aquæ: & non quotidiana ſolùm, ſed etiam per plures dies perpetuata ieiunia: caſtitas vſque ad coniugij proliſque contemptum: patientia uſque ad cruces flammaſque neglectas: liberalitas uſque ad patrimonia diſtributa pauperibus: denique totius mundi aſpernatio uſque ad deſiderium mortis*; poſtremò, ardens charitas, & ſumma pax atque unitas inter ſe mutuò. Dicit Propheta David; *Trãſibo in locum Tabernaculi admirabilis*, abſtrahens me, videlicet ab omni ſtrepitu carnis & ſanguinis. *Tabernaculum Dei in terra*, inq. Aug. *homines ſunt fideles. Multa in eis ſunt admiranda. Anima ſer-*

Auguſt. de Vtilit. credendi, c. 17. Pſal. 41. In Pſal. 41.

vienti

vienti Deo, membra corporalia militare admiror: reſpicio & ipſam animam obedientem Deo, diſtribuentem opera actus ſui, frænantem cupiditates, pellentẽ ignorantiam, extendentem ſe ad omnia aſpera & dura toleranda, iuſtitiam & charitatem impendentem cæteris. Miror & iſtas virtutes in anima, &c. Sponſa in Cantic. *Circumit ciuitatem, quia Eccleſiam mente & inquiſitione percurrit. Sponſum per vicos & plateas quærit*; in majoribus Sanctis, qui ſtrictiorem viam conſiliorum, & minoribus qui laxiorem mandatorum ingrediuntur, ubique eius veſtigia inquirens, ut imitetur. *Et etiam ſeculares ſæpe aliquid imitandũ habẽt de actione virtutis*, inq. S. Gre. Cantic. 3. Greg. hom. 25. in Eu. Ibidem.

Nemo autem inde patrocinia peccandi ſumat, quod in pulchro eorũ corpore aliquando nævi aliqui, etiam turpiores appareant, vt in Davide adulterium & homicidium; in Petro, trina Chriſti abnegatio, &c. *Inſtruant Patriarchæ*, ait Ambr. *non ſolum docentes, ſed & errantes*; loquens de Noë & Loth, *qui victi vino & ebrietate leguntur: ut*, inq. *tu diſceres quid caueres, iſte nudus jacuit, ille filiarũ errori patuit*. Et de Davide S. Hier. *Docuit me David virtutibus ſuis quomodo ſtans non caderem; docuit me per pœnitentiam, quomodo cadens reſurgerem*. Et de eodem loquens S. Aug. *Audiant*, inq. *qui non ceciderunt, ne cadant; audiant qui ceciderunt, ut ſurgant. Scriptura ſancta*, ait Greg. *non ſolùm virtutes Sanctorum, ſed & caſus recitat; ut in victoria fortiũ, quid imitando arripere, & in lapſibus diſcamus quid debeamus timere: & audientis animus illinc ſpei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate ſuperbiat, quia formidine premitur; nec preſſus timore deſperet, quia ad ſpei fiduciã virtutis exẽplo roboratur.* Lib. 1. de Abrah. c. 6. In Epitaph. Fabiol. In Pſal. 50. Lib. 2. Moral. cap. 1.

Tertiò diligenter inſpicienda eſt noſtra confuſio, quia homines illi ſimiles nobis fuerunt, paſſibiles, ex eodem luto formati, ex quo & nos. *Quid eſt ergo*, inq. Bern. *quod non ſolùm difficile, ſed & impoſſibile credimus, ut faciamus opera quæ fecerunt, ut ſequamur veſtigia eorum? Confundamur, quòd eis tã ſumus diſſimiles, & ſit confuſio adducens gloriã, & aſcendens ad imitationem.* Dicit S. Ambr. *Sanctorum vita cæteris norma vivendi eſt; & cognoſcere oportet, eos non fuiſſe naturæ præſtantioris, ſed obſervationis; nec vitia neſciſſe, ſed emendaſſe.* De ſe Aug. tempore converſionis; *Inſtabas tu Domine, in occultis meis, ſevera miſericordia tua, flagella ingeminãs timoris & pudoris, ne ceſſarẽ.* Qui quidem pudor incutiebatur, quando *continentia extendens ad illum ſuſcipiendum pias manus, plenas gregibus bonorũ exemplorum, ubi tot pueri & puellæ, ubi juventus multa & omnis ætas, & graves viduæ, & virgines, & anus, irridebat illum irriſione exhortatoria, quaſi diceret; Tu non poteris quod iſti & iſtæ? An verò iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, ac nõ in Domino Deo ſuo?* Rurſum cùm audiuiſſet à Potitiano Afro bona exempla Antonij, & aliorum, ita ad Alipium; *Quid patimur? quid eſt hoc: quid audimus? ſurgunt indocti, & rapiunt cœlum, & nos cum doctrinis noſtris ſine corde, ecce ubi volutamur, in carne & ſanguine. An quia præceſſerunt, pudet ſequi? Et non pudet, nec ſaltem ſequi?*

In vig. Pet. & Paul. — Eccleſ. 4. — De S. Ioſeph. ca. 11. — Lib. 8. cõf. cap. 11. — Lib. 8. conf. cap. 8.

Attende quomodo ſe in ſua converſione animabat S. Fulgentius; *Refugium noſtrum eſt Deus*, inq. *Nulla de ætatis vel carnis imbecillitate naſcatur excuſatio. Qui tot adoleſcentibus, quos videmus in religione vivere, dat caſtitatem, poteſt & ſimilem mihi donare gratiam.* De Demetriade virgine nobiliſſima,

Vide in eius vita. — In epiſt. ad Demetriad.

ma, quæ propoſitum virginitatis Matri & Aviæ indicare verebatur, ita ſcribit Hier. *Cùm iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur, ſecretò, & abſque arbitris, noctémque habens pro ſolatio, talibus ſe fertur armaſſe conſiliis. Quid agis Demetrias? Cur pudicitiam tanto pauore defendis? Libertate opus eſt & audacia. Quæ ſic in pace metuis, quid faceres in Martyrio perpetrando? Quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodo ſuſtineres tribunalia perſecutorum? Si te virorum exempla non provocent, hortatur faciatque ſecuram beata Martyr Agnes, quæ & ætatem vicit & Tyrannũ, & titulum caſtitatis Martyrio conſecravit.*

Cùm ad illud iudicium venerimus, inquit D. Proſper, *ab eo Indice iudicandi, qui nec falli occultatione criminum poteſt, nec ad impunitatem promerendam muneris alicuius oblatione corrumpi; cùm cœperint omniũ ſecreta revelari, & non ſolùm actus & verba, ſed etiam ipſæ cogitationes oſtendi; quid faciemus ſub tanti Iudicis Maieſtate? Quæ nos defenſura ſunt opera bona, quæ in hac vita non fecimus? Ad quos Apoſtolos, aut ad quos alios Sanctos confugituri ſumus, quorum exempla ſimul ac verba deſpeximus? An fortè ibi aliquos fragilitas carnis excuſabit? Sed excuſationi eorum reclamabunt omniũ Sanctorum exempla, qui cum fragilitate carnis in carne viventes, fragilitatem carnis in carne vincentes, quod fecerunt, utique fieri poſſe docuerunt, maximè quia nec ipſi peccato ſua virtute, ſed Domini miſerantis auxilio reſtiterunt, qui ſe & non quærentibus, ut quæratur, atque in eum credatur, oſtendit, & credentes in ſe, ne à peccato vincantur, inuicta protectione defendit. Quid ergo reſponſuri ſunt, ſi eis Dominus dicat;*

Li.3.de vit. contemp. cap.12.16.

Iſai. 66. 1.Cor.4.

*Si potuiſtis, quare non reſtitiſtis deſideriis peccato-
rum? Si non potuiſtis, quare meum contra peccatum nõ
quæſiſtis auxilium? aut vulnerati, quare pœnitendo non
adhibuiſtis vulneri veſtro remedium? Nonne ad hæc
obmuteſcentes, & quid excuſationis referant, non ha-*
Matth.22. *bentes, dicet; Ligate eos manibus & pedibus, & mittite*
Iſai.66. *in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor den-*
Marc.9. *tium, ibi vermis eorum non moritur, & ignis non ex-
tinguitur.* Ita D.Proſper.

MONITUM LX.

Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt.
Apoc. 22.

VAria eſt differentia inter priorem Chriſti ad-
D.Aug.in ventum, & poſteriorem. *Venit enim judicandus,*
ſer.novis. *veniet judicaturus.* Judicatus eſt ab hominibus ſe-
Matth.27. Ioan.8. ductor, dæmoniacus, magus, vorax, potator vini,
Matth.11. Samaritanus, malefactor, imò malefactorum prin-
Ioan.18 19. ceps, unde & in medio latronum ſuſpenſus. *Cum
iniquis reputatus eſt,* inq. Script. Judicatus ergo, ſed
Eſaiæ 53. Luc.22. injuſtè, *peccatum enim non fecit, nec inventus eſt dolus*
1.Pet.2. *in ore ejus. Tradebat,* ait Petr. *judicanti ſe injuſtè,* ut
in eum deſignarent quod vellent. Et ipſe Dominus
Judæis; *Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo,*
Ioan.10. *propter quod eorum opus me lapidatis?* Obſtupeſcat
cœlum, perhorreſcat terra. Innocẽs Dominus, ipſa
bonitas, & omnis bonitatis fons, & origo juſtitiæ,
tanquam iniquus occiditur; Deus ab hominibus,
creator à creaturis. O Dei patientiam & longani-
mitatem! Habent ſervi Dei unde ſe conſolentur,
quando eos mundus judicat & appellat hypocri-
Matth.10. Ioan.15. tas, ſeductores, &c. *Si Patremfamilias Beelzebub vo-
caverunt,*

Digitized by Google

vocaverunt, quantò magis domeſticos ejus? Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Nõ eſt ſervus major Domino ſuo. Maleficum quidam me garriunt, inq. D. Hier. *titulum fidei ſervus agnoſco; magum vocant & Iudæi Dominum meum; ſeductor & Apoſtolus dictus. Quæ gloria*, ait S. Cypr. *hominem Deo ſimilem fieri? quanta felicitas, habere in virtutibus, quod Divinis laudibus poſſit æquari?* In ep. ad Aſellam. 2. Cor. 6. De bono patient.

Veniet autem judicaturus in æquitate, ut Paulus ait Athenienſibus: *ſtatuit diem in quo judicaturus eſt orbem in æquitate.* Et ad Rom. *Iudicium Dei eſt ſecundum veritatem.* Non fallitur ignorantia, dolis; non flectitur miſeria, non corrumpitur muneribus. *Sine perſonarum acceptione judicat ſecundum uniuſcujuſque opus*, inq. Petr. Patet in divite epulone, & Lazaro mendico. Divitis damnavit ingluviem & ſuperbiã; pauperis coronavit humilitatem & patientiam, nulla habita ratione perſonarum, ſive quod ille dives ac potens, hic verò inops ac mendicus eſſet. De Chriſto dicitur in Pſalm. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus*, etiamſi Rex ſit vel Imperator: *timens autem Dominum glorificat*, etiamſi miſeri ſint ac miſerabiles. Actor. 17. Rom. 2. 1. Pet. 1. Luc. 16. Pſal. 14. Iſai. 66. 1. Reg. 2.

Judicabit autem hominum cogitationes. *Ego venio*, ait apud Eſaiam, *ut cogitationes eorum congregem.* Et, *Ipſi præparãtur cogitationes.* Et, *in cogitationibus impij interrogatio erit.* Deinde etiam verba; *Ex verbis tuis juſtificaberis*, ait Chriſtus, *& ex verbis tuis condemnaberis.* Et, *De omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicij. Otioſum verbum eſt*, inq. Greg. *quod aut ratione juſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ utilitatis caret.* Vel ut D. Baſil. *quod non dicitur ad ædificationem fidei.* Si de Sapien. 1. Matth. 12. Gregor. in Paſt. part. 3. admon. 15. Baſil. Interrog. 23.

verbo

Digitized by Google

verbo otioſo, quantò magis de impudico, detra-ctione, contumelia, perjurio, blaſphemia? &c. Opera quoque judicabit. Unde Sapiens; *Cuncta quæ* Eccleſ. ult. *fiunt, adducet Deus in judicium*. Et ipſe Chriſtus, *Fi-* Matth. 16. *lius hominis venturus eſt in gloria patris ſui, & tunc* Pſal. 74. *reddet unicuique ſecundùm opera ejus.*

Imò ipſe *juſtitias judicabit*, id eſt, vias & facta juſtorum, an videlicet ea charitate, circumſpectione, intentione facta, qua fieri debent. *Scrutabitur* Sophon. 1. *Ieruſalem in lucernis*, ait Proph. hoc eſt, diligentiſſi- Ser. 55. in Cant. mè examinabit. *Et timendum*, inq. Bern. *ne in tam ſubtili examine multa judicentur peccata, quæ putan-* Luc. 16. *tur virtutes. Quod enim altum eſt hominibus, abominatio eſt ante Deum; & ſæpe ſordet in conſpectu judi-* Iob 9. *cis, quod in oculis fulget operantis*. Unde Juſtus Job: *Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres* 1. Cor. 4. *delinquenti*. Et Apoſtolus non audebat ſe fidelem diſpenſatorem judicare, *etſi nihil ſibi conſcius eſſet.*

1. Reg. 2. Sed hoc notandum, quòd *judicabit Deus fines ter-* De Civ. lib. *ræ*, id eſt, interprete Aug. *extrema hominis. Non enim* 17. cap. 4. *iudicabuntur, quæ in melius vel deterius medio tempore commutantur, ſed in quibus extremis inventus fuerit* In epiſt. ad *qui iudicabitur*. Sic D. Hier. *Unumquemque iudi-* Ruſtic. *cat Deus ſicut invenerit, nec præterita conſiderat, ſed præſentia, ſi tamen vetera crimina novella converſione* In Pſal. 95. *mutentur. Quando homo recedit à peccatis*, inq. Aug. *non deducit rationem de præteritis, ſed tanquam tabu-* Apud D. Hieron. *læ novæ fiunt, incenſis omnibus chirographis debitorum* Act. 20. *noſtrorum*. Sunt aliquot dicta Domini non ſcripta in Evangelio, quorum unum eſt, quod recitat Paulus in Actis. *Meminiſſe oportet verbi Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare quàm accipere*. Alterum eſt, *Eſtote probati nummularii*. Tertium, *Ubi te invenero, ibi te iudicabo.*

Altera

Altera differentia eſt; *Iudicandus tacuit; Iudicaturus non tacebit. Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum*, ait Eſaias. In paſſione ejus aliquoties dicitur, *Ieſus autem tacebat*. Et D. Leo; *Dominus*, inq. *in paſſione ſua elegit, ut taceret*. Et ſæpe in ſcript. dicitur tacere. *Hæc feciſti, & tacui*. Et, *Cur taces? devorante impio iuſtiorem ſe?* Non tacet, nec tacuit Dominus, *à præcepto & doctrina*, ait Aug. Teſtantur Evangelia plena ſalutaribus doctrinis, præceptis, exhortationibus. Imò ſi quæ fecit & docuit libris mandarentur, *mundus eos non caperet*, inq. Ioan. *ſed tacuit à vindicta*, quia nõ exercuit debitam vindictam. Tolerat peccata hominum, non punit ea pro meritis; quis alioqui viveret? Unde diſcipulis vindictam quærentibus de Samaritanis hoſpitium negantibus; *Filius*, inq. *hominis non venit ut iudicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum*. Et ſervis volentibus eradicare zizania: *Sinite*, ait, *utraque creſcere uſque ad meſſem. Theatrum mundus, ſpectator Deus*, ait Aug. Quiſque hîc habet & agit ſuam perſonam, unus eſt Rex, alius Epiſcopus, hic cœlebs, ille conjugatus, &c. perſonæ ſunt. Deus ex alto ſpectat tacens quomodo quiſque ſuo officio fungatur & ſuam perſonã agat: poſtea judicaturus, ac laturus ſentẽtiam, & daturus præmium.

Eſaiæ 53.
De paſſ. ſerm. 6.
Pſal. 49.
Serm. 27. in Nov.
Cap. ult.
Luc. 9.
Matth. 13.
Serm. 1. de verb. Apoſt

Iudicaturus ergo non tacebit. Qui prius ut agnus obmutuit, tunc rugiet ut Leo. *Leo rugiet, quis non timebit?* ait Propheta. *Ad vocem leonis omnia contremiſcunt, & cuncta animalium natura terretur*, inquit Hier. Et, *Complura animalia longè leone celeriora, ſolo ſæpè rugitu ab eo capiuntur*, ait Baſil. *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui; ſicut parturiens loquar*, id eſt, irã animo conceptam cum magno clamore effundam, uti minatur

Amos 3.
Hier. in eũ locum.
Ho. 9. Sexa.

Iſaiæ 42. minatur per Eſaiam. Exercebit enim in judicio debitam vindictam, quando dicet impiis: *Ite maledicti in ignem æternum.* Hinc in Pſal. poſtquam dixiſſet impio; *Hæc feciſti, & tacui*; unde etiam putatur
Matth. 25. Pſal. 49. favere peccatis; ſequitur enim, *Exiſtimaſti iniquè, quod ero tui ſimilis.* Sed ſubdit; *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* D. Bern. Chriſtum api cōparat; habet enim apis duo quædam, mel, & aculeum; ſic & Chriſtus, Miſericordiam & Iuſtitiam; illa ſuavitatem habet, hæc punctionem. Illâ uſus eſt in primo adventu, ſuaviter cum hominibus cōverſatus eſt, beneficia multa ſanitatum contulit, docuit viam ſalutis, benignè ad eam cohortatus eſt: aculeo ſeu juſtitia utetur in ſecundo, peccatores condemnando. *Qui in miſericordia te redemit,* inq. Leo, *in veritate te judicabit. Et quod hic cum manſuetudine præcepit,* ait Greg. *tunc cum diſtrictione exiget; & quàm facilis modò, tam difficilis poſtea.*

Serm. 1. de Advent. Serm. 1. de Nat. Hom. de Aſc. Dom.

Cauſa autem ſilentii ſeu patientiæ Dei eſt, *Quia ſtatuit diem,* ut antea ex Paulo dictum eſt, *in quo judicaturus eſt orbem in æquitate.* Et ipſemet; *Ego,* inq. *retribuam in tempore. Dominus,* ait Cypr. *præſtitutum ſemel retributionis diem patienter exſpectat. Si autem nunc omne peccatum manifeſta plecteret pœna, nihil ultimo judicio reſervari putaretur,* inq. Aug. Deinde, *benignitas Dei, qua parcit peccantibus, ad pœnitentiam eos hortatur,* ut Apoſt. *Flagellum Dei ad patientiam erudit bonos; patientia Dei, ad pœnitentiam invitat malos,* ait Aug. Sic & Cypr. *Cùm habeat in poteſtate vindictam, mavult diu tenere patientiam, ſuſtinens ſcilicet, & differens, ut ſi fieri poſſit, multum malitia protracta, aliquando mutetur, & homo in errorum & ſcelerum contagione volutatus, vel ſerò ad Dominum converta*

Actor. 17. Deuter. 32. De bon. patient. De Civ. lib. 1 cap. 8. Rom. 2. Aug. ibid. Cypr. ibid.

convertatur, ipſo monente & dicente ; Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. Ezech.18.

Utilem autem hanc Dei eſſe patientiam, demonſtrat experientia. Multi enim ex malis facti ſunt boni, quod non fieret, ſi ſtatim omne peccatũ pœna ſequeretur, *imò nemo viveret, quia nemo ſine peccato*, inq. Lactant. *Si continuò ſcelerum ultor exiſteret Dominus, & multos alios, & certè Paulum Apoſtolum Eccleſia non haberet*, ait Cypr. & Hier. *Tacendo ergo loquitur Dominus. Quid enim tacendo*, ait Aug. id eſt, non vindicando, *aliud monet, quam ut peccator ſe convertat? Ideo differtur ultio*, Leone teſte, *ut tempus poſſit habere correctio. Ergo dum juſtitiæ ſententia ſuſpenditur; pœnitentiæ medicina quæratur. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, qui exaltat manum diu, & ſuſpendit plagam, ut feriat fortiùs ; & tarditatem ſupplicii gravitate compenſat.* De ira Dei cap. 20. Cyp. de bono pat. Hieron. ad Sabin. In pſal. 144 Ser. 5. de Quadr. & 12. Roman. 2. Hieron. ad Theoph. Valer. Max. lib. 1. cap. 2.

Tertia differentia eſt, *Venit occultus, veniet manifeſtus.* Occultus venit, quia in magna humilitate & carnis infirmitate, ſic ut paucis fuerit cognitus. Imò ſui, quibus erat promiſſus, à quibus tamdiu exſpectatus, eum non receperunt. Pauci cum Petro credebant, *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*; quia videbant eum miſeriis ac infirmitatibus obnoxium, aliis hominibus ſimilem. In eorum perſona dicit Eſaias: *Non eſt ſpecies ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus. Deſpectum, & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde nec reputavimus eum.* Latebat in carnis infirmitate Divinitas, hinc dicitur abſconditus vultus ſeu facies ejus; ædificavit enim ſibi humilem domum de limo noſtro, Ioan. 1. Eſaiæ 53. Aug. lib. 7. Confeſſ. cap. 18. Exod. 33. Auguſt. in Pſalm. 138.

Digitized by Google

ſtro,& quaſi infirma facta eſt Divinitas. Dictum eſt Moyſi in perſona Judæorum, *Non poteris videre faciem meam; poſteriora mea videbis.* Chriſtus enim Deus & homo eſt;Deus ab æterno; homo in tempore. Viderunt ergo ejus poſteriora, id eſt, hominem, quod poſtea factus eſt; ſed priora, ſeu faciem, non viderunt, quia non crediderunt Deum, quod ab æterno fuit. Verùm ex ejus infirmitate propter nos ſuſcepta,non ſcandalizari debuerunt, ſed in ejus amorem magis accendi; *propter nos enim egenus factus eſt, ut nos ejus inopia divites eſſemus:* ex ejus infirmitate nos fortes efficimur, ex ejus miſeria nos glorioſi, ejus morte nos vivimus; ex ejus deformitate manat omnis pulchritudo ac decor animæ Chriſtianæ.

Idem in pſal.44. 2.Cor.8. Leo Ser.8. de paſſ. Aug.de bono viduit. can. 15.

Pſal.49. Matth.25. *Veniet autem in judicio manifeſtus:Deus manifeſtè veniet, Deus noſter,& non ſilebit*; quia in magna Majeſtate & gloria,cum omni ſua curia cœleſti,& omnes gentes ante eum congregabuntur, non ſolùm ut videantur, ſed etiam ut videant: omnibus fatentibus eum eſſe,à quo & bonis præmia,& malis ſupplicia tribuentur.Sed tunc illa confeſſio non ad remedium malorum, ſed ad cumulum damnationis valebit.*Videbunt*,ait Propheta,*in quem tranſfixerunt.* Sicut dicitur de Rege Iuda, quod videret Regem Babylonis, à quo erat comprehendendus, & in captivitatem abducendus. Secundũ humanã naturã Chriſtus etiam ab impiis videbitur in die judicij,ſed *dicent montibus,Cadite ſuper nos;& collibus,Operite nos*; non enim libenter videbunt,quem timebunt, & à quo audient terribilem illam vocem; *Ite maledicti in ignem æternum.* Sicut jucundum erit ſanctis videre quem dilexerunt,ita durum impiis,

Zach.12. Ioan.19. Ierem.34. Lucæ 33.

impiis videre quem contempſerunt. In epiſt. ad Heliodor.

Veniet, veniet illa dies, inq. Hier. ad Heliodorũ, *qua corruptivũ hoc & mortale, incorruptionẽ induat, & immortalitatem. Beatus ſervus, quẽ Dominus invenerit vigilantẽ. Tunc ad vocem tubæ pavebit terra cũ populis, & tu gaudebis. Iudicaturo Domino, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribum pectora ferient. Potentiſſimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole ſua verè tunc ignitus Iupiter: adducetur & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis. Ariſtotelis argumenta non proderunt. Tunc tu ruſticanus & pauper exſultabis, & ridebis, & dices: Ecce crucifixus Deus meus: Ecce Iudex, qui obvolutus pannis in præſepio vagiit. Hic eſt ille operarij & quæſtuariæ filius, hic qui matris geſtatus ſinu, hominem Deus fugit in Ægyptum: hic veſtitus coccino: hic ſentibus coronatus: hic magus, dæmonium habens, & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderas. Videte corpus, an idem ſit quod dicebatis clam nocte ſuſtuliſſe diſcipulos.* Ita Hieron. Luc. 11. Matth. 24. Lucæ 2. Matth. 13. Matth. 2. Matth. 27. Ioan. 8. Ioan. 19. Matth. 28.

MONITUM LXI.

Non habebis Deos alienos corã me. Exod. 20.

QUoniam magna eſt Scripturæ Sacræ fœcunditas, variam hujus ſententiæ adferemus explicationem. Primo ergo hoc præcepto prohibet Deus graviſſimam illam injuriam ſibi irrogari, qua aliquem alium, præter ipſum, pro Deo noſtro habeamus: non quaſi ſit aliquis alius Deus, ſed quia hoc perverſitas hominum confinxit. Notum enim eſt, quomodo incommunicabilis nomen Divinitatis attribuerint homines Aug. lib. 3. de Civ. c. 12. lib. 18. c. 5. 6. 8 15. & lib. 2, c. 4.

crea

creaturis, non ſolùm ſpecioſa Dei opera, Solem, Lunam & aſtra, ſed & mortuos homines ſceleribus nobiles, imò & opera manuum, & ligna & lapides, noxias beſtias, & earum ſimilitudines, morbos denique & alia pudenda, atque adeò ipſos humani generis ſæviſſimos hoſtes, dæmones nempe, pro Diis colentes. Ipſi Platonici, inquit Auguſtinus, qui de Deo ſummo & vero ſenſerunt, quod & *rerum creatarum ſit effector, & lumen cognoſcendarum, & bonum agendarum, quod ab illo ſit principium naturæ, & veritas doctrinæ, & felicitas vitæ; nihilominus ſicut cæteri Philoſophi, Diis plurimis eſſe ſacra facienda putaverunt.*

Lib. 8. de Civ. cap. 9. & 12.

Et qui ficta eſſe omnia, quæ de Diis ferebantur, probè ſciebant (quod ex Ennii ſacra hiſtoria cognoſcere poterant) ex conſuetudine tamen publica, quæ quoniam legibus erat confirmata, evelli nõ poterat, idolis immolabant; & *maximè ne offenderẽt populos, à quibus eis cernebant inveterata ſuperſtitione per tot ſacra, & templa ſerviri*, ut ait Aug. Seneca vir tantus, *colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, culpabat quod adorabat; propter leges civiũ moreſque populorum*, inq. idem Aug. Qui & de vera religione: *Aliud*, ait, *in religione ſuſceperant cum populo, & aliud eodem ipſo populo audiente, privatim defendebant*. Propterea inter illos cõputati, de quibus dicitur: *Sacrificans Diis eradicabitur, præterquam Domino ſoli*. Et, *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deum alienum, nonne Deus requiret iſta?* Cognoſcentes ergo Deum, non ſicut Deum glorificaverunt; ſed *mutaverunt gloriã incorruptibilis Dei, in gloriam ſimilitudinis corruptibilis hominis, & volucrum, & ſerpentium, & ſervierũt creaturæ potiùs quàm Creatori.* In

Eodem lib. cap. 22.

Lib. 6. Civ. cap. 10.

Ca. 1. & 2.

Exod. 22.

Pſalm. 43.

Rom. 1.

Lib. 1. de voc. gent. cap. 6.

In quam impietatem, inq. D. Proſp. *etiam illa gens, quam ſibi ab omnibus gentibus Dominus ſegregavit, tota tranſiſſet, niſi miſericordiæ ſuæ propoſitum ſuſtẽtandis electorum lapſibus prætendiſſet. Nam plenæ ſunt paginæ veteris teſtamenti de Iſraeliticæ defectionis relatu, ut apertè appareat, Divinæ sẽper fuiſſe gratiæ, quod non omnis ille populus diſceſſit à Domino.* Quẽ etiam populum à creaturæ ſervitute in eo oſtendit Apoſtol. non fuiſſe alienum, quod dicat, eum ſub elementis hujus mundi (quæ *egena & infirma* vocat ibidem, intelligens univerſam hanc creaturam) fuiſſe ſervientem: quia videlicet, ſigna utiliter quidem à Deo inſtituta, pro rebus amplectebatur, in illis confidebat, ab illis expectabat, quod à Deo expectandum erat: quod ad carnalem ſervitutem pertinere, ait D. Auguſt. de Doctr. Chriſt.

Lib. 1. de vocat. gent. cap. 6.

Galat. 4.

Lib. 3. c. 6. & ſeq.

Verũ gentilitate ac idololatria, Chriſti adventu, ac Apoſtolorũ prædicatione detecta ac proſtrata, diabolus alia idola, alioſque Deos excogitavit, ut rectè inq. D. Cypr. *Hæreſes, ſcilicet, & ſchiſmata, quibus rectam fidem ſubverteret, veritatem corrumperet, ſcinderet unitatem.* Hæc autem nomine Idolorum ſæpe in ſcripturis ſignificari docuerunt Patres. Sic D. Hieron. enarrans illum locum Eſaiæ: *Repleta eſt terra idolis*; idola interpretatur dogmata veritati contraria. Et quàm vera eſt illa Prophetia de noſtro tempore: verè enim repleta eſt terra idolis, id eſt, hæreſibus & ſchiſmatibus: opera manuum ſuarum adoraverunt, quæ fecerunt digiti eorum; & incurvavit ſe homo, & humiliatus eſt vir. Plurimi ſane, coruſcante Chriſti Evangelio, à fide Catholica deficiunt, & propria vel aliena ſomnia & adinventa ſequuntur. Sic ut rectè quidam de noſtro ſe-

De unit. Eccleſ.

Iſaiæ 2. Hier. in c. 2. Iſai.

culo dixerit, Nullum feracius religionum, ſterilius pietatis.

Zachar. 13. Hier. ibid. Idem Doctor explicans illa verba Zachariæ: *Diſperdam nomina idolorum de terra*; non ſolùm illa dicit iis verbis idola ſignificari, de quibus in Pſal. 113. Pſal. *Simulachra gentiũ argentũ & aurum, opera manuum hominum*: verumetiam illa de quibus Apoſt. 1. Tim. 4. *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum. Sicut enim*, inq. *idola fiunt manu artificis, ita hæreticorum perverſa doctrina, quodcunque ſimulaverit, vertit in idolum, & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum*. D. quoque Aug. poſteaquam de ſimulachris manufactis pleraque dixerat; *Eſt*, inq. *alius deterior & miſerior cultus ſimulachrorum, quo phantaſmata ſua colũt, & quicquid animo errante cum ſuperbia, & tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obſervãt.* De vera Relg. c. 38. De cujus generis phantaſmatibus etiam illum Joſue locum exponit; *Auferte Deos alienos de medio veſtri: & inclinate corda veſtra ad Dominum Deum veſtrum*. Iofue 23. Aug. q. 29. in Iofue. Itidem & illum Ezechiel. locum: *De auro & argento meo feciſti tibi imagines: ad imagines*, inq. *phantaſmatũ ſuorum, cum quibus volutari anima carnalis delectatur, convertit omnia Sacramẽta & verba ſanctorum librorũ. Nec tamen quia illæ imagines falſæ ſunt, propterea & illa Sacramenta, & illa Divina eloquia ſic exhonoranda ſunt, ut illorum eſſe putentur, cùm Dominus dicat; De auro meo & argento meo.*

Omnes enim hæretici de Scripturis ſanctis (quod eſt aurum & argentum Domini) falſas & fallaces opiniones ſibi fabricant, & adorandas proponunt, tanquam quædam idola. Quorum æqualis

Vincen

Vincent. Lirinenſ. aliena ab Eccleſia dogmata vetus Teſtamentum Deos alienos appellare ſcribit; quòd ab hæreticis ipſorum opiniones haud aliter obſerventur, quàm à Gentibus Dii ſui. Quod itaque legitur in Deuteron. *Si ſurrexerit in medio tui Propheta; & prædixerit ſignum atque portentum, & evenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, non audies verba Prophetæ illius, quia tentat vos Dominus Deus veſter; ut palam fiat, utrùm diligatis eum, an non, in toto corde; & in tota anima veſtra.* Per Deos alienos extraneos errores dicit ſignificari, novos quoſdam & inauditos, quos propterea ſpargi nonnunquam patitur Deus, ut probet conſtantiam noſtram in ſe diligendo; & in adhærendo ſanæ doctrinæ, quemadmodum etiam à Paulo ſcriptum eſt: *Oportet & hæreſes eſſe. Ob hoc*, ait Vincent. *hæreſeon non ſtatim eradicantur authores, ut probati manifeſti fiant, id eſt; ut unuſquiſque quàm tenax & fidelis & fixus Catholicæ fidei ſit amator, appareat. Et revera*, inquit, *cùm quæque novitas ebullit, ſtatim cernitur gravitas frumentorum, & palearum levitas. Tunc ſine magno molimine excutitur ab area, quod nollo pondere intra aream tenebatur.*

Cõtra Novatores.

Deut. 13.

1. Cor. 11.

Vinc. Lir. ibid.

Denique intra ipſa viſcera Eccleſiæ à plurimis Chriſtianis idola coli videbimus, ſi more Scripturarum, per idola, ipſa peccata, in quibus homines mali volutantur, intelligamus. Qui igitur in Eccleſia, relicto Deo, in vitia præcipites feruntur, idola ſibi ac Deos alienos fabricant; non genua curvantes corporis lignis & lapidibus, ſed affectus mentis vitiorum ſordibus commaculantes, cum quibus ſibi benè beatéque eſſe exiſtimant.

Digitized by Google

Philip.3. An non,teſte Apoſtolo,multorum *Deus venter eſt?* eorum ſcilicet, qui ventri & iis quæ ſub ventre ſunt,avidiſſimè ſervientes,bonum ſuum,voluptatē, ac ſolatium in delitiis & libidinibus conſtituunt?
Epheſ.5. An non,eodem teſte,idolorum ſervitus,avaritia,& avari idololatræ,qui opes ac bona hujus ſeculi vehementiſſimè diligentes,illa primo loco habent,in eis confidunt,propter ea omnia faciunt,ex illorum
In epiſt. ad Heliodorū. abundantia felicitatem hominis metiuntur? *Non eſt*,inquit D.Hier.*in eo tantùm ſervitus idoli,ſi quis duobus digitulis thura impreſſa in buſtum aræ jaciat,*
Matth.26. *aut hauſtum pateræ poculo fundat merum.Neget,avaritiam eſſe idololatriam, qui poteſt triginta argenteis*
1.Cor 6. *Dominum venditum appellare juſtitiam.Neget ſacri-*
Rom.12. *legium eſſe,qui in libidine ſedet,qui membra Chriſti, & hoſtiam vivam,placentem Deo,cum publicarum libidinum victimis,nefaria colluvione violavit.*

Luc.12. Dictum eſt à Domino;*Cavete ab omni avaritia.In libidine avarus eſt*,inq.S.Aug.*cui uxor nō ſufficit ſua. Et ipſa idololatria,dicta eſt avaritia,quia in ipſa Divinitate avarus eſt,cui nō ſufficit Deus,unus & verus.*
Serm.63.in nov. *Quæ ſibi facit multos Deos,niſi avara anima?* ita Aug. Quicunque ergo Deū deſerunt,ac vitiis ſe dedunt, tot ſibi ſimulachra fabricant,tot Deos alienos colunt,quot peccatis ſe mancipant,in quibus bonum ſuum ac felicitatem conſtituunt.De omnibus iſtis
1.Cor.10 intelligamus,quod ait Scriptura,*Fugite ab idolorum*
1.Ioan.5. *cultura.* Et,*Cuſtodite vos à ſimulachris.* Et,*Non habe-*
Exod.20. *bis Deos alienos coram me:* id eſt, nec ſimulachra gentilium,nec errores hæreticorum, nec iniquitates pravorum Chriſtianorum.

Ad quod nos maximè incitare debet,quod dicit
Exod.20. Dominus,ſe eſſe *fortem zelotem*, ſive Deum æmulatorem:

latorem:*non quidem humanæ perturbationis vitio*,inquit D.Aug.*utpote qui ſemper atque omnino incõmutabilis atque tranquillus permanet ; ſed hoc verbo indicat,non impunè plebem ſuam alij rei adhærendo , id eſt peccando,fornicaturam.Ductum eſt enim verbũ per metaphoram à zelo maritali, quod caſtitatem cuſtodit uxoris,id quod nobis prodeſt,non Deo. Quis enim tali genere fornicationis Deo nocuerit,ſed ſibi plurimũ,ut pereat.Quod Deus prohibet terrore graviſſimo,zelantẽ ſe appellãs.Cui dicitur in Pſalmo;Perdidiſti omnes,qui fornicantur abs te:mihi autẽ adhærere Deo bonũ eſt*.Sic D.Aug.qui & alibi ; *Sicut ea quæ dicitur ira Dei,nõ perturbatio mentis eſt,ſed potentia vindicandi;ſic zelum Dei,non cruciatũ animi,dicit Scriptura,quo maritus adversùs uxorẽ,vel uxor adversùs maritum torqueri ſolent,ſed tranquilliſſimã,ſinceriſſimãque juſtitiã, quâ nulla anima beata eſſe ſinitur ,falſis opinionibus, praviſque cupiditatibus corrupta, & quodãmodo gravidata,Tolle de zelo errorem & dolorem, quid remanebit aliud,niſi voluntas cuſtodiens caſtitatẽ,& corruptionem vindicans conjugalem? Quo igitur verbo, niſi zelo Dei,meliùs poſſet inſinuare,quo vocamur ad conjugium Dei,& non vult nos turpi amore corrumpi,& punit impudicitiam noſtram,& diligit caſtitatem?*

Quæſt.158. in Exod.

Pſal.72.

Con.Adiman.c.11.

Ibid.c.19.

Deinde ad idem nos movere debet, quod additur in præcepto,*Coram me*,patre videlicet munificentiſſimo,qui tot te beneficiis affeci ; coram me, juſtiſſimo judice,qui poſſum ſtatim corpus & animam perdere in gehennam. Habet ergo hoc magnam emphaſim : longè enim gravius eſt,aliquem alteri palam præſentem præſenti inferre injuriam, quàm occultè & abſentem lædere.At qui Dei honorem dictis modis, ad Deum alienum transfert,

Exod.20.

coram ac præſente Deo id agit. Ubique enim præſens omnia intuetur. Unde apud Iſaiam Judæos idololatras increpans; *Iuxta me*, inq. *diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterũ, dilataſti cubile tuum.* Sumpta, videlicet, metaphora à muliere adultera, quæ præſente marito in eodem lecto admittit adulterum: longè graviùs maritum lædens, quàm ſi hoc eo abſente faceret. *Oculos Dei*, inq. D. Leo, *ſimul univerſa cernentis, non abdita locorum, non parietum ſepta ſecludunt: nec ſolùm ei acta & cogitata, verùm etiam agenda & cogitanda ſunt cognita. Iſta ergo ſcientia ſummi Iudicis, iſte eſt tremendus aſpectus, cui pervium eſt omne ſolidum, & apertum omne ſecretum; cui obſcura clarent, muta reſpondent, ſilentium confitetur, & ſine voce mens loquitur.*

Iſai. 57.

Ser. 5. de Quadr.

Omnis homo, inq. Sap. *qui tranſgreditur lectum ſuũ* (intelligamus omnem ſpiritualem adulterum, qui relicto Deo, *vero animæ marito*, alteri ſe conjungit), *contemnit animam ſuam, & dicit; Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? Et non intelligit, quoniã omnia videt oculus illius; & non cognovit, quoniam oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia ſunt agnita; ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. Putaſne, Deus, è vicino ego ſum, dicit Dominus & nõ Deus de longe? Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Epictetus Philoſophus planè divinus: *Cum januas adduxeritis*, inq. *& tenebras intus feceritis, ne unquã veniat in*

Eccl. 23. Aug. in pſal. 55.

Jerem. 23.

In differt. ab Arriano digeſta, l. 1. cap. 14.

in mentem dicere quod ſoli eſtis. Non enim eſtis, ſed Deus intus eſt, & Genius veſter intus eſt. Quid autem opus iis lumine, ut videant quæ agatis? Et Senec. *Nihil Deo clauſum eſt, intereſt animis noſtris & cogitationibus mediis intervenit*, altè hoc imprimant mortales, vix peccant. Unde & S. Aug. *Nobis magna indita eſt neceſſitas juſtè recteque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos judicis cuncta cernentis.* Epiſt. 84. Soliloq. cap. 14.

MONITUM LXII.

Pater peccavi in cælum, & coram te.

Luc. 15.

VErba ſunt filij prodigi, per quem peccator deſignatur, qui abundans opibus, ruit in omnia ſcelera: egens ad ſe & ad Deum reverſus eſt. Benè Eſaias Prophet. *Indulſiſti genti, Domine, indulſiſti genti, nunquid glorificatus es?* quin potiùs; *Elongaſti omnes terminos terræ: Domine in anguſtia requiſierunt te.* Conqueritur etiam Poëta; Iſaiæ 26.

> *Nullum crimen abeſt, facinúſque libidinis, ex quo*
> *Paupertas Romana perit.* Iuuer. Sat. 9.

Unde & D. Aug. *Cùm Deus aufert ſubſidia vitiorum, & copioſas libidines inopes reddit, miſericorditer adverſatur. Mala enim quæ nos premunt, ad Deum nos ire compellunt*, inq. Greg. *Plerumque beſtiæ, fame dominante, ad eum locum, ubi aliquando paſtæ ſunt, revertuntur*, ait Cicero. *Malè mihi eſt, præter te, Domine*, clamat Auguſt. *non ſolùm extra me, ſed & in me ipſo, & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.* Ad eum ergo redeat humanus animus, ubi optimè paſcitur. Epiſt. 5. ad Marcel. Pro Cluent. Li. 13. conf. cap. 8.

Digitized by Google

Magnum principium ſanitatis, egeſtas, quando videtur & agnoſcitur. Multi egent Dei gratia, veritate, & aliis donis: ſed quia ſuam egeſtatem non intelligunt, hinc ea, quibus egent, non deſiderant.

Lib. 3. conf. cap. 1. Sic Auguſtinus de ſe ante converſionem; *Fames mihi erat intus ab interiori cibo, teipſo, Deus meus, ſed ea fame non eſuriebam*, quia videlicet defectum ſuũ non videbat, & quia palatum cordis malis cupiditatibus infectum habebat. Quanta eſt fames ſeu defectus veritatis & juſtitiæ in orbe terrarum! tamen eam homines non eſuriunt, quia (ut dixi) palatum cordis pravis erroribus & cupiditatibus malis infectum habent, quæ eis omne deſiderium

Lib. 7. conf. cap. 16. & ſaporem juſtitiæ ac veritatis auferunt & impediunt. *Palato non ſano pœna eſt panis, oculis ægris odioſa lux*, inq. Aug. *ſic juſtitia Dei diſplicet iniquis*, & veritas incredulis. Ante illuminationem fidei, *amat*

Reſponſ. ad c. 6. Gallor. *homo languores ſuos, & pro ſanitate habet*, ait D. Proſper, *quod ægrotare ſe neſciat, donec prima hæc medela conferatur ægroto, ut incipiat noſſe, quod langueat; & poſſit opem medici deſiderare, qua ſurgat.* Ita & Chriſtus Phariſæis; *Si cæci eſſetis*, id eſt, cæcitatem veſtram intelligeretis, *peccatum*, videlicet infidelita-

Ioan. 8. tis, *non haberetis: nunc autem quia dicitis, Videmus; peccatum veſtrum manet*, eſt inſanabile.

Egens ergo prodigus ac in ſe reverſus, totus mundus extra ſe eſt: toti in rebus externis verſantur, vanis, noxiis ſæpe, ſive in congerendis opibus, accumulandis honoribus, ſive in cognoſcendis & carpendis aliorum vitiis, ſive in conſiderandis cœlorum ac ſiderum motibus, &c. Omnes ferè extra ſe, ſemper foris, rarò domi. *Redite prævaricatores ad cor.* Quid fugis à te, ô homo, cur te relin-

Iſaiæ 46. quis?

Digitized by Google

quis? revertere in te,& ad cor tuum. Quando omnia percurriſti, quid, te neglecto, profeciſti? Conſidera peccata & miſerias tuas, tentationes vitæ,* pericula animæ, mortem imminentem, terribile Dei judicium. Redi ad cor tuum, & teipſum diſcute. Conſidera unde venis, quò tendis, quomodo vivis, quid agis, quid omittis, quantùm quotidie proficis, vel deficis, quibus affectionibus, tentationibus maximè tangeris & impugnaris, &c. *Hoc ſolùm*, inquit D. Chryſ. *eſt quod à nobis expoſcitur, ut ſemper recordemur mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, ut pro his ſupplicemus Deo. Quoniam*, ait D. Auguſt. *gemitus meus teſtis eſt diſplicere me mihi; tu refulges & places, & amaris & deſideraris, ut erubeſcam de me, & abjiciam me, atque eligam te. Surgam, ait, & ibo ad patrem meum.* Hîc eſt deteſtatio vitæ prioris in peccatis tranſactæ, ac propoſitum novæ.

* Vide Hug. de S. Vict. lib. 3. ca. 6. de anima.

De compunct. cord.

Lib. 10. cōf. cap. 1.

Surgam; *ſufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium conſummandam, his qui ambulaverunt in luxuriis, comeſſationibus, potationibus, vinolentiis, &c. jam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne, vivam temporis. Surgam* è luto vitiorum, & inchoabo novam vitam: priùs aliena rapui, per furtum, uſuram, &c. deinceps etiam mea largiar; priùs impudicus, deinceps caſtus; priùs guloſus, deinceps temperans. *Surgā. Nunquid qui dormit, non adjiciet, ut reſurgat?* evigilet tandē aliquando è ſomno vitiorum, aſpiciat lucem veritatis, & juſtitiæ, eāque diligat & exſequatur. *Surge qui dormis & exurge à mortuis*, ait Apoſtolus. Dormiunt peccatores, ſomnus dormientibus ſuavis eſt, ſic iniquitas peccantibus, ſed eſt *perniitioſa ſuavitas, amaritudine*

1. Pet. 4.

Pſalm. 40.

Epheſ. 5.

Ser.105. in Nou. ritudine pœnitentiæ & tribulationis digerenda, ut ait Auguſtinus. Deinde dormientes non ſentiunt, ſic nec peccatores peccata, & peccatorum damna ac pericula: ſi moneantur, corripiantur; non audiunt, contemnunt.

Lu.1.ca.18. *Surgam*, à ſomno peccati, *& ibo ab Patrem*. Quomodo diſceſſerat, & quomodo redit? D.Aug. loquens de filio prodigo in Confeſſ. *Non pedibus*, inq. *aut ſpatiis locorum itur abs te, aut reditur ad te, Domine. Aut verò filius ille tuus minor, equos aut currus vel naves quæſivit, aut avolavit penna viſibili, aut moto poplite iter egit, ut in longinqua regione vivens prodigè diſſiparet quod dederas proficiſcenti, dulcis pater, quia dederas, ſed egeno redeunti dulcior: ſed longè receſſerat à vultu tuo, in affectu libidinoſo & tenebroſo.* Lib.4.conf. cap.9. Sent.235. apud Proſp. *Te nemo amittit*, ait idem Aug. ad Dominum, *niſi qui dimittit; & qui dimittit, quò it, aut quò fugit, niſi à te placido ad te iratum?* Et rurſum; *Nullus in Deo locus eſt, nec eſt quò fugiatur ab ipſo, niſi ad ipſum. Qui vult evadere offenſum, confugiat ad placatum.* Ita fecit filius prodigus.

Et dicam ei, Peccavi in cœlum & coram te. Hîc eſt confeſſio peccatorum: Væ illis, qui ſua peccata excuſant, negant, aut confiteri erubeſcunt. De conſ. Philoſ. lib. 1. proſ. 4. *Inquinari non pudet, & pudet ablui?* ait D.Ber. *Si operam medicantis exſpectas, oportet ut vulnus detegas tuum,* ait Boëtius. *Si quem ſerpens Diabolus occultè momorderit, ſi tacuerit qui percuſſus eſt, nec vulnus ſuũ fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodeſſe non poterit,* In cap. 10 Eccleſ. inq. D.Hier. Hom. 40. in Evang. *Quid eſt peccatorum confeſſio,* ait D. Greg. *niſi quædam vulnerum ruptio? Quia peccati virus ſalubriter aperitur in confeſſione, quod peſtiferè*

latebat

*latebat in mente.In cœlũ & coram te.*Eſt hæc peccatorum accuſatio & exaggeratio. Multi peccata ſua defendunt,excuſant.*Quidam,*inq.S.Aug.*doloſè quærunt noſcere iniquitatẽ ſuam,id eſt,non ex animo agunt invenire & odiſſe;ſed quia in ipſa inquiſitione dolus eſt,in inventione defenſio iniquitatis erit. Cùm enim invenerit iniquitatem impius; ecce iam manifeſtum eſt illi,quia iniquitas eſt,non tamen odit, ſed excuſat, defendit.Quid enim dicit? Quàm multi hoc faciunt? & quis hoc non facit? Et, Nunquid omnes perditurus eſt? aut certè hoc dicit; Si nollet Deus illa fieri, viverẽt homines qui iſta committunt?* In Pſal. 53.

Et coram te. Quanta audacia, impudentia, ingratitudo peccatoris, illum offendere præſentem, qui tot illum beneficiis affecit, tot bona promittit bene agenti, tanta mala minatur peccanti, *qui poteſt* in momento *animam & corpus perdere in gehennam?* Multi alios offendunt, ſed abſentes; præſentes non auderent. Inveniuntur adulteræ quæ ſe aliis viris miſcent, ſed quæ hoc faciant viris præſentibus,non facilè invenias. Hoc facit peccator: Deum, qui eſt *ſpiritalis animæ Chriſtianæ ſponſus ſeu maritus*, præſentem ſemper offendit, qui ubique eſt, omnia implet, omnia perſpicit. Hac ratione & Prophetã David peccatum ſuum exaggerabat, dicens Domino; *Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci.* Et Manaſſes Rex in carcere; *Excitavi Domine iram tuã; & malum coram te feci.* Et ipſe Dominus apud Iſaiam; *Et faciebatis malum in oculis meis.* Et rurſum; *Feceruntque malum in oculis meis.* Queritur apud Dominum D. Ambroſius; *Hominis teſtimonium declinamus, & in conſpectu tuo ea*

Matth. 10. Luc. 12.

Aug. in Pſal. 55. Hier. in ca. 40 Iſaiæ. Pſal. 50.

In orat. Manaſſ. Eſa. 55 66. De apolog. Dauid, ca. 10.

ea quæ ſunt indigna committimus. Injuria eſt homini ſpectare flagitia: Deum arbitrum omnium eſſe ſcimus, & eo ipſo teſte peccamus.

Pſal. 118. Quæ ſanè conſideratio meritò nos deberet à peccato revocare. Unde David; *Servavi mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in cõſpectu tuo.* Et iterum, *Ego autem in juſtitia apparebo in conſpectu tuo.* Unde & Boëthius: *Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, indicta neceſſitas probitatis, cùm ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis, ac bonis præmia, malis ſupplicia diſpenſantis.* Nutrix apud Senecam, Phædram ab illicito amore deterrens;

Pſal. 15. Lib. 5. proſ. ult. de cõſ. Philoſ.

Senec. in Hippol.

Credamus (inq.) *hominibus tegere nos tantum nefas*
Aſtu doloque; credis hoc poſſe effici,
Inter videntes omnia ut lateas Deos?

Proverb. 5. Similiter & noſter Sapiens; *Quare ſeduceris, fili mi ab aliena; & foveris in ſinu alterius? Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus ejus conſiderat.* Quod ſi mortales altiùs animis ſuis imprimerent, vix peccata committerent. Notum eſt quomodo S. Ephrem meretricem quandam, ob oculos ejus poſita Dei præſentia, à libidine retraxerit. Similiter & S. Paphnutius. *Sic vive cum hominibus, quaſi Deus te videat. Magna pars peccatorum tollitur, ſi peccaturis teſtis aſſiſtat, &c.* ait Senec. Rectè D. Anſelmus:

Vide vitam

Epiſt. 10. & ſeq.

Cum quid turpe facis quod me ſpectante puberes;
Cur ſpectante Deo, non magis ipſe rubes!

MONI

MONITUM LXIII.

Pietas ad omnia utilis eſt.

1. Timoth. 4.

P*Ietas propriè Dei cultus intelligi ſolet*, inquit D. Auguſtinus, Græci θεοσέβειαν vocant, quem ſibi Dominus exhiberi mandat, ad quem etiam ipſa naturæ lex hortatur. Debemus autem Deo cultum duplicem; interiorem, qui animo, & exteriorem, qui corpore exhibetur: prout & animam & corpus ab ipſo Deo accepimus. Li. 10. Civ. cap. 1. Enchir. cap. 2.

Prior itaque ſeu interior, præcipuè conſiſtit in gratiarum actione, ut ait Aug. *In hoc*, inq. *maximè conſtitutus eſt, ut anima ei non ſit ingrata. Unde & in ipſo veriſſimo ac ſingulari ſacrificio, Domino Deo noſtro agere gratias admonemur.* Debentur autem Deo gratiæ inprimis pro beneficio creationis, quo creata eſt natura rationalis ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ſapientiæ luce ac juſtitiæ rectitudine prædita, ut æterna felicitate frueretur Deo: & omnia alia, ut huic creaturæ rationali ſervirent. Item pro beneficio conſervationis & gubernationis, quo ſecundùm ea quæ in creatione accepit, gubernatur & conſervatur. *Creatoris namque potentia*, ait Aug. *cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ, quæ virtus ab eis quæ creata ſunt regendis, ſi aliquando ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omniſque natura concideret. Et niſi creator occulta potentia moveret univerſam creaturam ſuam, in ſuos quaque curſus non explicaretur. Neque enim domum cùm fabricaverit quis, abſcedit, atque illo ceſſante ac abſcedente, ſtat opus ejus: ita mundus*

De ſpir. & lit. cap. 11.

Sacrif. Miſ.

Lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 12.

Lib. 5. c. 10. & ſeq.

Digitized by Google

mundus vel ictu oculi ſtare non poterit, ſi ei Deus regimen ſui ſubtraxerit. Atque hoc cultu tantùm nunc Deum in cœlo colunt Angeli, & ante lapſum in paradiſo colebant primi homines.

Poſt lapſum verò ampliores debentur Deo gratiæ pro beneficio redemptionis, quo hominē creationis ſuæ dignitate ſpoliatum, in æternum perditum, ſanguinis unici filii ſui pretio dignatus eſt reparare: ex quo beneficio remiſſionem peccatorū, omnia ſua bona opera, perſeverantiam in iis, denique ipſam vitam æternam conſequitur. Bona itaque quæ ex creatione nobis utcunque adhuc relicta ſunt, quanquam vitiata & infirma, per Chriſtum paulatim ſanantur & confortantur. *Hoc enim agit ſpiritus Chriſti,* ait D. Aug. *ut imaginem Dei, in qua naturaliter conditi ſumus, inſtauret in nobis.* Hoc ipſo autem, quo gratias pro redemptione agimus, etiam agimus pro creatione; agnoſcimus enim, & quid beneficio creatoris acceperimus, & quid noſtra culpa perdiderimus, quod nobis reddit redemptor. Ad quem Dei cultum ſe ipſum excitabat Propheta quando ait, *Benedic anima Domino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus. Benedic anima Domino; & noli obliviſci omnes retributiones ejus:* quas deinde enumerat, oſtendens, inquit Proſper, *per quos gradus gratiæ anima humana ſalvetur.* Ad eundem nos frequenter hortatur Apoſtolus; *In omnibus,* inq. *gratias agite:* Debet ergo in omnibus homo gratias agere Deo, niſi ingratus velit eſſe: ingratus autem eſſet, ſi quod illi ex ſingulari admodum Dei gratia eſt, ſibi tribueret.

De ſpir. & lit. cap. 72.

Pſalm. 102.

Proſp. in pſal. 102. Monit. 18.

1. Theſſ. 5.

Verum quoniam *ſpe* tantùm *ſalvi facti ſumus,* mala verò in quæ per peccatum incidimus, & ſecundùm

Rom. 8.

dùm animam & ſecundùm corpus magis nùnc à nobis ſentiuntur, non ſolùm gratiarum actione, ſed multò magis ac frequentius à lapſis & damnatis nunc oratione humili colitur Deus, quia illi miſerias ac neceſſitates noſtras exponimus, ab iiſque liberari petimus; qua bona omnia ad ſalutẽ æternã nobis neceſſaria dari ſuppliciter poſtulamus. Unde toties ad eã poſt lapſum Scriptura hortatur. *Oportet*, inq. Chriſtus *ſemper orare, & non deficere*. Et ejus Apoſt. *Sine intermiſſione orate*. Et, *Orationi inſtate, vigilantes in ea*. Et, *Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Oculi mei*, ait David, *ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Luc. 18. 1. Theſſ. 5. Coloſſ. 4. Philip. 4. Pſal. 24.

Item luctu ſpirituali, Sacrificio ſpiritus contribulati, & cordis humiliati & contriti. Lugere enim debet homo propria & aliena peccata. *Religioſa triſtitia*, inquit S. Leo, *aut alienum peccatum luget, aut proprium; nec de hoc dolet, quod Divina juſtitia agitur, ſed eo mœret, quod humana iniquitate committitur*. Hæc eſt *triſtitia ſecundùm Deum*, ut ait Apoſt. *quæ pœnitentiam operatur in ſalutem ſtabilem*. De qua & Dominus, *Beati qui lugent*, non amiſſas opes, uxorem, liberos, &c. ſed, inquit Aug. *conditionem mortalitatis, abundantiam tentationum, ſurreptiones peccatorum, adverſitates cupiditatum, rixas concupiſcentiarum contra bonas cogitationes tumultuantium.* Quomodo lugebat Apoſtolus dicens; *Velle adjacet mihi: perficere autem bonum non invenio. Non enim quod volo bonum, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et David; *Fuerunt mihi lachrymæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus?* Ad quem luctum etiam ipſe alios hortatur, Pſal. 50. Serm. de omnib. Sanct. 2. Cor. 7. Ser. 74. in Nov. Rom. 7. Pſalm. 41.

dicens;

Pſal.94. dicens, *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos.*

Nunc maximè colitur Deus mortificatione concupiſcentiæ carnalis, membrorum afflictione, totiuſque hominis reformatione. *Caſtigo,* ait Apoſt.
1.Cor.9. *corpus meum, & in ſervitutem redigo.* Et de aliis;
Galat.5. *Qui,* inq. *Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis.* Et hortatur omnes; *Obſecro*
Rom.12. *vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum.* Quam ſententiam tra-
Lib.10.de Civ.ca.5.6. ctans D. Aug. *Corpus,* inquit, *noſtrum, cùm per temperantiam caſtigamus, ſi hoc quemadmodum debemus, facimus, ut non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis, peccato, ſed arma juſtitiæ, Deo, ſacrificium eſt. Sic & anima cùm ſe refert ad Deum, ut igne amoris ejus accenſa formam concupiſcentiæ ſecularis amittat, eique tanquam incommutabili formæ ſubdita reformetur, hinc ei placens, quod ex ejus pulchritudine acce-*
Rom.12. *perat, ſacrificium eſt, quo colitur Deus.* Unde ſubdit Apoſtolus; *Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in novitate ſenſus veſtri,* id eſt, intelligentiæ mentis veſtræ: à ſenſu enim, ſapientia, judicio procedere ſolet omnis affectus & operatio. Curan-
Ierem.15. dum ergo ut habeamus ſanum de rebus judicium,
1.Cor.14. pretioſum à vili ſeparemus, nec ſimus parvuli ſenſibus, ſed malitia.

Denique nunc maximè operibus miſericordiæ, quæ miſeris conveniunt, colitur Deus. Unde ipſe Apoſtolus, eleemoſynam à Philippenſibus
Philip.4. miſſam vocat, *hoſtiam acceptam, placentem Deo, odorem ſuavitatis.* Et Hebræos hortatur; *Benefi-*
Hebr.13. *centiæ & communionis nolite oblivíſci; talibus enim*

hoſtiis

hoſtiis promeretur Deus. Ac per hoc, ait Aug. *ubi ſcriptum eſt; Miſericordiam magis volo, quàm ſacrificiũ; nihil aliud quàm ſacrificium ſacrificio prælatum oportet intelligi: quoniam illud quod ab hominibus appellatur ſacrificium, ſignum eſt veri ſacrificii. Porrò autem miſericordia verum ſacrificium eſt: unde dictum eſt, Talibus enim ſacrificiis placatur Deus.* Rectè S. Lucia ad Judicem cogentem ut Diis ſacrificaret; *Ego*, inq. *jam multos annos ſacrifico Deo vivo: Sacrificium enim verum & immaculatum apud Deum eſt, viſitare viduas & pupillos in tribulatione eorum.* August. de civit. lib. 10. cap. 5. Oſeæ 6. Hebr. 13. Iac. 1.

Poſtremò omne illud opus ſacrificium eſt, quo colitur Deus; *quod agitur, ut ſanctâ ſocietate inhæreamus Deo*, inq. idem Aug. *relatum, ſcilicet, ad illum finẽ boni; quo veraciter beati eſſe poſſimus*, id eſt, quod ideo fit, ut nôſipſos ſemel perfectè offeramus Deo, in laudem & gratiarum actionem; quod fiet in futuro ſeculo, quãdo bona voluntate Dei, ex integro exædificati fuerint muri matris noſtræ Ieruſalem. Aug. eodẽ lib. 10. c. 6. Pſal. 50.

Poſterior cultus quem Deo exhibere debemus, eſt exterior & viſibilis, interioris ac inviſibilis ſignũ, & niſi ex eo proficiſcatur, gratus non eſt. Graviter reprehenduntur illi, quibus dicitur, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Et maledixit Chriſtus arbori habenti folia tantũ, id eſt, externas quaſdam ſpecies & ceræmonias, ſine interioris pietatis affectu. Hujuſmodi cultus eſt adoratio, ſive flexus corporis ad Dei honorem. Chriſtus procidit in faciem ſuam, ob reverentiam Patris: ob eandem, genua in oratione figebat Apoſtolus. Moyſes verò manus in cœlum extendebat; David oculos elevabat in cœlum. Talis item cultus eſt, vocalis oratio & laus. Ad quam offerendam Matth. 15. Matt. 21. Matt. 26. Epheſ. 3. Exod. 17. Pſal. 24. 68. Matt. 26.

dam ipſius Chriſti habemus exemplum, qui hymnum Deo Patri obtulit: Davidis, qui toties ad preces etiam dulciſſimè cantandas confugit: & Pauli, qui cum Sila media nocte orans in carcere, laudabat Deum, audientibus aliis qui erant in cuſtodia. Qui & alios hortatur, *Docentes & commonentes voſmetipſos in pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Domino*. Sic & Jacobus, *Triſtatur aliquis veſtrum? oret. Æquo animo eſt? pſallat.*

Actor. 16. Epheſ. 5. Coloſſ. 3. Iacob. 5.

Quæ præcepta & exempla ſecuti ſemper Chriſtiani, ut patet ex Plinio ſecundo, qui ad Traianum Imp. ſcribens, de Chriſtianis teſtatus eſt, quod *in eis nihil omnino ſceleris deprehenderetur, aut aliquid legibus Romanis contrarium, niſi quod antelucanos hymnos, Chriſto cuidam canerent Deo*. Et D. Aug. in Confeſſ. teſtis eſt, quod ſuo tempore Davidicum pſalterium toto orbe in Eccleſia Dei cantando frequentaretur. Ibi & de lachrymis ſuis, quas fudit ad ſuaves cantus Eccleſiæ: eamque conſuetudinem approbat, ut videlicet *per oblectamenta aurium, infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat*.

Euſeb. li. 3. hiſt. ca. 32. Lib. 9. conf. c. 5. & 6. & li. 10. c. 33.

Quamvis autem *inviſibilis noſtra voluntas, & cordis intentio Deo nota ſit, nec ille his indigeat indiciis, ut humanus ei pandatur animus*, inquit Aug. *his tamen ſeipſum excitat homo ad orandum gemendúmque humilius, ac frequentius. Et neſcio quomodo cùm hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente, non poſſint, iiſdemque rurſus, exterius viſibiliter factis, ille interior inviſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui ut fierent iſta, præceſſit; quia facta sūt, creſcit*. Viſibile quoque ſacrificiū, cultus externus, eſt ſacrificii, quo nos totos Deo offerimus,

De cura pro mort. cap. 5.

rimus, ſignum. *Ideóque ſicut hoc, ita & illud ſoli Deo debetur.* Qui cultus, quàm ſit antiquus, duo illi fratres, Cain & Abel ſatis indicant, quorum majoris, Deus reprobavit ſacrificium; minoris reſpexit: quàm ſit naturalis, ritus indicant gentilium; quos omnes admodum intentos ſacrificiis ſemper fuiſſe ſcimus; eis ſacrificantes, quos Deos aut putabant, aut fingebant.

De Civit. l. 1. cap. 4. Genel. 4. Aug. lib. 15 Civit. c. 7. Hier. de Tradit. Hebraic.

Et quanquam externæ illæ res, quarum erat uſus in ſacrificiis, Deo neceſſariæ non ſint, qui ut Pſalmiſta ait, *bonorum noſtrorum non indiget*; quem ut S. Auguſtinus, *non ſolùm pecore, vel qualibet alia re corruptibili & terrena, ſed ne ipſa quidem juſtitia hominis egere credendum eſt: ſed totum quo rectè colitur Deus, homini prodeſt, non Deo.* Tametſi etiam eædem res Deo ſecundum ſe non placeant, placent tamen ut ſigna quædam: Per hæc enim ſignificamus omnia quæ habemus, à Deo nos accepiſſe, ab eo petere & exſpectare, quibus indigemus; illum eſſe omnium Deum, cui omnia debent ſervire. Illis etiam ſignificabantur eæ res, quæ ſecundùm ſe placent Deo, & in nobis aguntur, ad hoc ut inhæreamus Deo, & ad eundem finem proximo conſulamus, ut ſacrificium quod Chriſtus obtulit, & ſacrificia quæ offerunt fideles, quando ſeipſos vel alios Deo offerunt.

Pſal. 15. De Civit. Dei lib. 10. cap. 5.

Atque omni tempore, etiam ante Abraham Dominus viſibili Sacramento & ritu, quem vel per ſe, vel per ſervos ſuos præſcripſit, coli voluit. Per Moyſen verò manifeſtiſſimè varias ceremonias, quibus coleretur, inſtituit; quod non ſolùm propterea factum creditur, ut homo ſciret rationem colendi Deum ſine diſſenſione ab

Geneſ. 4. Genel. 8.

Cóc.Gágr. in epiſt.& can.ult. aliis (cultum enim oportet eſſe communem, nec placet illi cultus, quem quis ſibi fingit, ſe ab aliis ſeparans) ſed etiam ut confidentiam haberet, quod Deus ſibi non iraſceretur ob ingratitudinem, cùm præſcriptum ritum obſervaret.

Levit.c.1. & ſeq. D.Thom. 1.2.q.101. & 102.

Abolito autem ritu legis Moyſi, alia ſacramenta inſtituit Chriſtus inviſibilis gratiæ ſigna viſibilia; aliud quoque viſibile ſacrificium, corporis videlicet & ſanguinis ſui, ſub ſpeciebus panis & vini, *quod unicum omnibus iſtis veteribus ſacrificiis ſucceſſit*, ut ait D. Auguſtin. *quæ immolabantur in umbra futuri*; quorum uſu atque adminiſtratione colitur Deus. Præcepta quoque adjecit Eccleſia, quibus colendi modum ac rationem præſcripſit, quæ tanquam ab ipſo Domino tradita, recipienda ſunt. Hic ergo Dei cultus pietas eſt, de qua Propheta Job; *Ecce pietas, ſapientia eſt*. Eſaias quoque; *Pietas ad Deum, theſaurus tuus*. Et Apoſtolus; *Pietas ad omnia utilis eſt*, id eſt, *veri Dei verus cultus ad omnia prodeſt, habens promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ: id eſt, & quæ moleſtias hujus vitæ avertat aut leniat, & quæ ad illam vitam, ſalutémque perducat, ubi nec aliquid jam mali patiamur, & bono ſummo, ſempiternoque perfruamur*, ut ait Divus Auguſtinus.

Cont.adverſ. leg.& Prophet. cap.18.19. De civ.Dei lib.16. c.22.

Job 28. Iſai.33. ſec. 70. 1.Tim.4.

Aug.epiſt. 52.

MONI

MONITUM LXIV.

Non quod intrat in os coinquinat hominem.

Matth. 15.

QUoniam hæretici turpiter hac ſcriptura abutuntur, ad carnis ingluviem ſectandam, & legem abſtinentiæ audacter prævaricandam, paucis eam declarabimus. Itaque hoc diligenter notandum, Deum omni tempore homini præcepiſſe abſtinentiam, & in Paradiſo, & in veteri teſtamento, ac etiam novo. Creatus quidem in initio erat homo abſque vitio, Deus tamen ei temperantiam, imò abſtinentiam præcipere dignatus eſt, ut non comederet de quadam arbore; ut bonus medicus, qui cùm nolit ægrotanti eſſe neceſſarius, etiam ſano præcipit temperantiam ſeu abſtinentiam; quam ille ſi ſervaſſet, medicum poſtea in ſuo morbo non deſideraret. *Alia ſunt præcepta medicinæ, ad tuendam ſanitatem*, inquit Auguſtinus. *Sanis enim dantur, ne ægrotent. Alia ſunt ad recuperandam amiſſam, ægrotis enim dantur, ut convaleſcant. Bonum autem eis eſſet obedire medico, dum ſani ſunt, ne medicus illis opus eſſet.* In illo autem præcepto primo homini dato, *obedientia commendata eſt*, ait idem Auguſtinus. *Neque enim perfectiùs potuit demonſtrari, quantum ſit bonum obedientiæ, niſi cùm prohibuit ab ea re quæ non erat mala. Hæc enim virtus in rationali crea-*

Vide Aug. in Pſal. 10.

Vide Aug. de verb. Apoſt. ſer. 13.

Geneſ. 2.

Ser. 105. in Nov. & in Pſal. 7.

In pſal. 1

De Civ. lib. 14. cap. 2. *tura mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtutum; quandoquidem ſic facta eſt, ut ei ſubditam eſſe, ſit utile; pernitioſum autem ſuam, non ejus, à quo creata eſt, facere voluntatem.*

Sed tranſgreſſus eſt homo præceptum Dei, comedit cibum vetitum, comedendo coinquinatus eſt; non ipſe ſolus, ſed & tota ejus poſteritas, *quam totam in ſe, tanquam in radice vitiavit.* Sed quid eum coinquinavit? fructúſne? bonus erat, à Deo erat. Non ergo ille, ſed prava ejus voluntas & inobedientia, qua legem Dei ſui tam fœdè prævaricatus eſt. *Adamum non cibus*, inquit S. Aug. *ſed prohibitus cibus perdidit; & Eſau non eſca, ſed uſque ad contemptum ſacramenti, quod in primatu ſuo habuit, concupita eſca damnavit.* Sic populus Iſraël percuſſus eſt plaga magna nimis, quando carnes petivit, non quia carnes malæ ſunt, ſed quia malum eſt illas deſiderare, quando aliis veſcendum eſt; & *malum eſt, eſca deſiderio adverſus Dominum murmurare*, ait idem Auguſtinus.

Enchir. ca. 26.

Epiſt. 86.

Num. 11.

Lib. 10. cõfeſ. cap. 31.

Præcepit etiam abſtinentiam Deus in veteri teſtamento ab animalibus immundis, non natura, ſed propter ſignificationem: & causâ ſignificandi abſtinentiam illam præcepit. Ut præcepto Domini abſtinebant Judæi à carnibus ſuillis. Porcus animal ſordidum eſt & immundum, ſordibus delectatur:

Levit. 11. Deut. 14.

Et amica luto ſus, ait Poëta. Qua re docemur, ac monemur non delectari ſordibus vitiorum, maximè libidinum. Ab iis etiam animalibus abſtinendum illis erat, quæ non ruminabant. Vitium eſt non ruminare, id eſt, audire verba Sapientiæ, & de illis poſtea non cogitare. A tali vitio abſtinendum

Cont. Fauſt lib. 6 & lib. 30. cap. 5. 6.

nendum: imitandum exemplum ſanctiſſimæ Virginis, quæ *conſervabat omnia verba, conferens in corde ſuo.* Luc.2.

Denique abſtinebant Judæi ab iis quæ non habebant fiſſas ungulas: tales ſunt qui non habent diſcretionem boni & mali, veri & falſi, vilis & pretioſi. Tale ergo vitium cavendum eſt, & quiſque comparare ſibi debet Chriſtianam ſapientiam. Deinde, inquit S. Auguſtinus, *Pes tuus, amor tuus; habeto duos pedes, noli eſſe claudus; duo pedes ſunt duo amores:* vel unus ſit amor, ſed diviſus, diſſectus, ſeu fiſſus; currere enim debet ad Deum, & ad proximum. *Animalia ruminantia, quæque fiſsâ ungulâ,* ait Divus Proſper, *ſignificant animas ruminantes verbum Dei, ex fiſſa ungula, duorum videlicet præceptorum, Dei & proximi. Una eſt charitas,* inquit Auguſtinus, *qua diligitur Deus, & qua diligitur proximus; ſed quia aliud eſt Deus, aliud proximus, una charitate diliguntur, non ſunt tamen unum qui diliguntur.* Hanc ergo non habere vitium eſt cavendum. In pſal.33. De promiſ. & prædict. part.2.c.7. Serm.17.in Nov.

Tanti autem fecerunt Sancti Dei homines iſta præcepta abſtinentiæ, ut maluerint mortem per varia & graviſſima tormenta oppetere, quàm ea tranſgredi, comedendo prohibita: ut ſeptem Machabæi fratres, & Eleazarus ſenex, qui ne hoc quidem ſimulare volebat, libertate etiam propoſita; cupientes conſcientiam ſervare puram ac illæſam. Sed quid eam coinquinaſſet, ſi manducaſſent illicita? non cibus, qui bonus erat, à Deo erat: ſed voluntas mala, & Divinæ legis inobedientia. Hîc notandum, quod ait D. Auguſt. contra Fauſt. *Si antiqui juſti pro illis* Li.2. Mach cap.6. & 7. Li.19.c.14.

prænuntiatiuis ſacramentis, & rerum nondum impletarum figuris omnia horrenda & dura perpeti parati
Daniel.1. *fuerunt, & plerique perpeſſi ſunt, ut tres pueri, Daniel, Machabæi, &c. quantò magis nunc pro baptiſmo Chriſti, pro Euchariſtia, pro ſigno Chriſti, ad omnia perferenda paratior eſſe debet Chriſtianus, cùm illa fuerint promiſſiones rerum complendarum, hæc indicia completarum.*

Poſtremò etiam in novo teſtamento præcipitur abſtinentia, certis temporibus, à certis cibis; *edomandi corporis cauſa, propter animam ab irrationa-*
Lib.20.c6. Fauſt.cap.5 *bilibus motibus amplius humiliandam*, ut ait Aug. Si enim medico licet abſtinentiam præcipere ob ſanitatem corporalem, cur non etiam Eccleſiæ,
Matt.18. (quam qui non audit, reprobus habendus eſt) ob
De amore Pauperum. ſpiritalem? Scribit Nazianzenus Petrum lupinis aſſe veneuntibus, famem pellere conſueviſſe. De
Euſeb. li.2. cap.22. hiſt. Iacobo fratre Domini, nec carnes unquam in cibum, nec vinum in potum adhibere ſolitum, affir-
In Pædag. lib.2.cap.1. mat Hegeſippus. De Matthæo eadem tradit Clemens Alexandr. De Timotheo clarum eſt, à vino ſe temperaſſe, ſed occaſione ſtomachi languentis, jubente Apoſtolo, modicum ſumpſiſſe. De abſti-
1.Tim.4. nentia antiquorum ita D. Auguſt. *Non ſolùm à carnibus, verumetiam à quibuſdam terræ fructibus abſtinent Catholici Chriſtiani; vel ſemper, ut pauci; vel*
Contra Fauſt.ibid. *certis diebus atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quantò magis quiſque, vel minùs, ſeu voluerit, ſeu potuerit.* De ſua abſtinentia ita D. Bernardus, *Abſtineo à vino, quia in vino luxuria eſt; aut*
Serm.66.in Cant. *ſi infirmus ſum, modico utor, juxta conſilium Apoſtoli.*
Epheſ.5. *Abſtineo à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem,*
1.Tim.5. *ſimul & carnis nutriant vitia.*

Qui

Digitized by Google

Qui igitur abſtinentiæ legem violat, coinquinatur, non cibi natura, ſed ſua inobedientia. Unde quod D. Chryſ. de idolothyto, idem de cibo prohibito dicendum, *Si idolothytum ſciens ac prudens comederis, immundus eris, non ideo quòd idolothytum eſt, ſed quòd cùm tibi imperatum ſit, non communicare dæmoniis, per id communicare convinceris. Itaque neque illud natura ejuſmodi eſt, verùm ex ſententia tua, ab inobedientia immundum fit.* Audiamus D. Leonem de abſtinentia graviter diſſerentem: *Vos, dilectiſſimi,* inq. *libertatem veſtram congrua ratione moderamini, ſcientes quoniam bonum eſt etiam à licitis abſtinere; & cùm caſtigatiùs vivendum eſt, ita diſcernere cibos, ut uſus eorum ſemoveatur, non natura damnetur. Quod ſi immoderata aviditate ſumatur, nimietas edaces & bibaces dedecorat, non cibi, neque poculi natura contaminat.* Et rurſum de jejunio Pentecoſtes; ubi jejunia oſtendens eſſe à Spiritu ſancto, influente in Apoſtolos, & Eccleſiæ principes; *Multum,* inquit, *ad præcepta Dei exſequenda prodeſſet, ſi Chriſtiana malitia contra incentiva omnia vitiorum, continentiæ ſe ſanctificatione muniret. Cùm enim per illecebram cibi irrepſerit prima cauſa peccati; quo ſalubriore Dei munere utitur redempta libertas, quàm ut noverit abſtinere à conceſſis, quæ frenare ſe neſcivit à vetitis? Omnis quidem creatura Dei bona eſt, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione ſumitur: ſed non ad hoc creati ſumus, ut fœda & impudenti aviditate omnes mundi copias expetamus, tanquam quod licet ſumi, non liceat prætermitti.* Ita D. Leo.

In 1. ad Timoth.

Serm. 4. de Quadr.

Serm. 4. de jejun. Pentecoſt.

1. Tim. 4.

MONI

MONITUM LXV.

Memor eſto unde excideris, & age pœnitentiam.

Apoc. 2.

RECenſendæ ſunt aliquot cauſæ, cur Deus etiam Sanctos graviter interdum labi permittat, eorumque non ſolùm virtutes, ſed & lapſus in ſcripturis ſuis recitari curet. Primò itaque in lapſu ſanctorum docetur homo quid poſſit, deſertus à gratia Dei, ut ſibi omnino diffidens, habitet in adjutorio Altiſſimi, totuſque ab eo dependeat. Id in Davide clarum eſt; vir enim tam ſpiritalis & fortiſſimi ſpiritus, paululum deſerente Deo, lapſus eſt in fœdum adulterium, ſimul & homicidium, ac novem integris menſibus abſque ulla tam fœdi peccati ſeria pœnitentia remanſit, donec nova Dei gratia excitaretur à morte peccati. Adeò homo ſeipſum vulnerare poteſt, non ſanare; ſeipſum occidere, non reſuſcitare; ſeipſum perdere, non invenire. Unde dicitur, *Spiritus vadens & non rediens*; quia niſi eum Dominus occulta ſua gratia revocaret, per ſeipſum redire non poſſet. Sic in Proverbiis de via iniquitatis loquens Scriptura; *Omnes*, inquit, *qui ambulant in eam, non revertentur*. Eſt ergo de omnibus impiis deſperandum? Non: ſed ſcriptura gratiam commendavit, quia per ſeipſum homo poteſt ambulare, *non poteſt autem per ſeipſum redire, niſi*

Pſal. 90. De gra. & lib. arb. c. 6 De cor. & grat. c. 9. 2. Reg. 11.

Pſal. 77.

Proverb. 2.

niſi gratia revocatus, inq. S. Aug. Sic & alibi de impiis, quod *illorum mala cogitatio non poteſt in perpetuum mutari*, *quia per ſeipſam non poteſt*, ait idem Aug. ſed ſi gratia Divina ſubveniat, qua non ſubveniente, quid ſunt homines, niſi quod ait Apoſtolus Petrus, *velut muta animalia procreata naturaliter in captivitatem & interitum?* In pſal. 77. Sap. 11. Lib. 2. de Nupt. c. 8. 2. Pet. 2.

Deinde docentur juſti in aliorum lapſu, ne ſint ſecuri, & ſi ſtare ſibi videantur, videant ne cadant. *Nemo*, ait S. Leo, *eſt tanta firmitate ſuffultus, ut de ſua ſtabilitate debeat eſſe ſecurus*, *Nemo*, inq. S. Proſper, *eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine mutabilitatis incerto. Non ſit ergo delectatio minorum, lapſus majorum, ſed ſit caſus majorum, tremor minorum*, ait D. Aug. *Qui lapſus magnorum virorum legit*, ait idem, *ad hunc uſū aſſumat, ut ſe nequaquam rectè ſuis factis jactare audeat; & præ ſua juſtitia cæteros tanquam peccatores contemnat, cum videat tantorum virorum & cavendas tempeſtates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiam illorum hominum peccata ſcripta ſunt, ut Apoſtolica illa ſententia ubique tremenda ſit; Qui videtur ſtare, videat nec cadat. Hinc non ſolum ab incipientibus, ſed etiam à provectiſſimis ſanctis uniformiter quotidie Domino ſupplicatur; Et ne nos inducas in tentationē, ſed libera nos à malo. In præſentis enim agonis incerto*, ait D. Proſper, *ubi tota vita tentatio eſt, & ab inſidianti ſuperbia nec ipſa tuta eſt victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licèt innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeverandi uſque in finem Divina protectio; à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis, ut in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus ſemper velle & nolle decertet.* 1. Cor. 10. Leo ſer. 5. de Quadr. In Pſal. 50. Lib. 3. de doct. Chriſ. cap. 23. 1. Cor. 10. Lib. 2. de voc. gen. c. 27. 28.

Unde manifeſtum eſt quàm ſit abſurdus hæreticorum

eorum error, Novati, Ioviniani, Caluini, & aliorum, docentium eos qui ſemel juſtificati ſunt, à iuſtitia non poſſe excidere, ſeu in crimen labi. Nũquid enim non juſtus David fuerat ante adulteriũ & cædem Vriæ? Cur enim poſt hoc peccatum

Pſalm. 50. diceret, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, niſi quòd iam quidem priùs habuerat, ſed perdiderat delin-

3. Reg. 11. quendo? Quid eius filius Salomon? non priùs iuſtus, quia poſt ſcortando impius? nec priùs ſapiens, quia per mulieres poſtea ad idola etiam colenda infatuatus? Imò quo iuſtior quis, eo maior cauſa timendi, quòd Diabolus ad acriùs impugnandum clariori virtute provocetur.

Epiſt. 5. in fine. Tertiò monentur lapſi ut ſurgant. D. Aug. de Davide loquens: Recenſet ſcriptura eius merita & peccata, *ut ſciremus & quibus modis non offenderetur Deus, & quibus modis placaretur offenſus.* Et

In epiſt. ad Salum. D. Hier. *David amicus Domini victus eſt ut homo, ut & ruina nobis ad cautionem, & pœnitudinis ad ſalutem exempla præberet. Non enim cadendi exemplũ*

In Pſal. 50. *propoſitum eſt*, inq. Aug. *Sed ſi cecideris, reſurgendi. Audiãt itaque qui non ceciderunt, ne cadant; audiant*

In Pſal. 50. *qui ceciderunt, ut ſurgant.* Sed queritur Aug. *Multi*

De Apol. David, c. 4. *volunt cadere cũ David, & nolunt ſurgere cum David.* Sic & Ambr. *Peccavit David, quod ſolent reges*, (& alij homines:) *ſed pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent reges.* (nec alij lapſi.) *Lapſus communis, ſed ſpecialis confeſſio. Culpam incidiſſe natura eſt; deléſſe, virtutis.* Huc ſpectat eiuſdem Ambr. dictum ad Theodoſium Imp. quem ob cædem Theſſalonicæ factam, aditu Eccleſiæ

Ruff. li. 2. ca. 11. hiſt. prohibuerat. Cùm enim Theodoſius, David quoque regem adulterum & homicidam fuiſſe

dixiſſet,

Digitized by Google

dixiſſet, reſpondit Ambroſius; *Qui ſecutus es errantem, ſequere pœnitentem.*

Multi malè viuentes quærunt ſibi patrocinia peccandi, ex peccato David, vel aliorum: dicunt ſibi, Si David, cur nō & ego? *Duplici modo iniquiores*, inq. Aug. *Primò enim David nullum ſibi ad exemplum propoſuit, ut tu; ceciderat lapſu cupiditatis, non patrocinio ſanctitatis: tu tibi tanquam ſanctum proponis, ut pecces; non imitaris eius ſanctitatem, ſed ruinam. Deinde tu hoc amas in David quod ipſe odit in ſe, præparas te ad peccandum, librum Dei inſpicis, ſcripturas Dei audis, ad hoc ut diſpliceas Deo? hoc non fecit David. Non ergo*, inquit, *cadendi exemplum propoſitum eſt, ſed ſi cecideris, resurgendi.* In Pſal. 50.

Quartò, ait D. Ambr. *Propoſiti ſunt nobis Sancti ad imitandum, & ideo curatum eſt, ut & ipſi aliquando laberentur. Nam ſi ſeorſim à vitiis inter tot lubrica huius ſeculi curriculum peregiſſent, dediſſent nobis occaſionem infirmioribus æſtimandi, cuiuſdam naturæ ſuperioris ac Divinæ fuiſſe, ut delictum recipere, & culpæ conſortium habere nō poſſent. Quæ opinio utique ut exſortes nos illius ſubſtantiæ, ab impoſſibili imitatione revocaret. Præteriit igitur paulisper Dei gratia, ut nobis ad imitationem vita eorum fieret diſciplina, & ſicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magiſterium de eorum actibus ſumeremus. Ergo dū lapſus eorum lego, conſortes etiam illos infirmitatis agnoſco; dum credo conſortes, imitandos eſſe præſumo.* Ita Ambr. Ob eandem cauſam referuntur etiam affectus eorum humani, paſſiones, tentationes, quibus illi, ut nos, fuerunt obnoxii; ut videlicet agnoſcerentur eiuſdem nobiſcum eſſe naturæ. Sic de Elia Propheta, viro tanto, qui ſua oratione clauſit

De Apol. David, cap. 12.

Iac. vltim.

&

Tertiò docemur in lapſu Davidis, non extolli in proſperis, cavere nobis à proſperitate, illam ti-
In pſal. 50. mere. *Multi timent adverſitatem,* ait Aug. *& non timent proſperitatem; cum tamen periculoſior ſit res proſpera animo, quàm corpori adverſa: & prius corrumpit res proſpera, ut inveniat adverſa quem frangat. Adverſùs proſperitatem acriùs vigilandum.* Hoc enim peccatum non fecit David, cùm Saulem hoſtem pateretur. *Erat in infirmitate tribulationis tantò in Deum intentior, quantò miſerior videbatur. Utile quiddam eſt tribulatio, utile medici ferramentum, tanquam contra diaboli tentamentum: factus eſt ſecurus devictis hoſtibus; preſſura caruit, tumor excrevit.* Valet ergo hoc exemplum, ut felicitatem timeamus. *Sic Salomon filius,* inquit Greg. *poſt tantam Sa-*
In paſt. par. 1. cap. 3. & part 3. adm. 27. 3. Reg. 11. 2. Reg. 11. *pientiam quàm graviter corruit, quia nihil adverſitatis habuit: Conceſſa enim Sapientia funditus cor deſeruit, quod nulla vel minima tribulationis diſciplina cuſtodivit. Sic David pater auctoris ſui judicio penè in cunctis actibus placens, mox ut preſſuræ pondere caruit, in tumorem vulneris erupit, factuſque eſt in morte Uriæ crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuit*
De Civ. li. 17. cap. 20. *enerviter fluxus.* Ita Greg. Et de Salomone Auguſt. *Hic,* inquit, *bonis initiis, malos exitus habuit. Quippe ſecundæ res, quæ ſapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quàm profuit ipſa ſapientia.*

Denique monemur vitare ſuperbiam. De qua ip-
Pſalm. 35. & ibi Aug. Tob. 4. ſe David; *Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Ibi,* id eſt, *in pede ſuperbiæ ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* De qua Tobias ad filium: *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.* Fuit primum peccatum Angeli & hominis, inde omnis perditio.

& temporalis,& æterna. Si hanc horreſcis,& eius cauſam horreſce. Hominis autẽ miſeri, tantò peior ſuperbia; quia *ille in cœlo intumuit, alter in paradiſo, ego in ſterquilinio. Quis non tolerabiliorem ducat in divite ſuperbiam, quàm in paupere? Si ergò cum illis ſic actum eſt, quid de me fiet, terra & cinere.* Et licèt omnis ſuperbia Deo diſpliceat, illa tamen præcipuè; qua quis ſibi dux eſſe vult & principium, quaſi Deo, eiuſque ope nihil indigens. Qualis fuit Davidis. *Dixerat enim in abundantia ſua, quam præſtiterat Deus, non de illo qui eam præſtiterat; Non movebor in æternum: Averit Dominus faciem ſuam ab eo; & factus eſt conturbatus, Dominus,* inquit Aug. *ita vult probare homini, fortè ſibi de virtutibus ſuperbienti, & ſibi tribuenti, quod ab illo habet, quicquid habet:* Ille *dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuvenes in infirmitate corruent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient,* ait Eſaias Propheta.

Vide Ber. ſerm. 54. in Cant.
Pſal. 29.
Aug. de cor. & grat. cap. 9.
De grat. & lib. arb. ca. 5.
In Pſ. 103. conc. 4.
Iſaiæ 40.

MONITUM LXVI.

Peccatum meum contra me eſt ſemper. Pſalm. 5.

VOlunt hæretici ut ſtatim peccator avertat animum à peccato, eiuſque ſupplicio, & reſpiciat in ſolam miſericordiam Dei; contra Prophetam, qui dicit: *Cogitabo pro peccato meo.* Et, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Et, *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Unde & D. Greg.

Pſal. 37.
Pſal. 90.
Ibidem.

De Civ. lib. 14. cap. 2. *tura mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtutum; quandoquidem ſic facta eſt, ut ei ſubditam eſſe, ſit utile; pernitioſum autem ſuam, non ejus, à quo creata eſt, facere voluntatem.*

Sed tranſgreſſus eſt homo præceptum Dei, comedit cibum vetitum, comedendo coinquinatus eſt; non ipſe ſolus, ſed & tota ejus poſteritas, *quam totam in ſe, tanquam in radice vitiavit.* Sed quid eum coinquinavit? fructúſne? bonus erat, à Deo erat. Non ergo ille, ſed prava ejus voluntas & inobedientia, qua legem Dei ſui tam fœdè prævaricatus eſt. *Adamum non cibus,* inquit S. Aug. *ſed prohibitus cibus perdidit; & Eſau non eſca, ſed uſque ad contemptum ſacramenti, quod in primatu ſuo habuit, concupita eſca damnavit.* Sic populus Iſraël percuſſus eſt plaga magna nimis, quando carnes petivit, non quia carnes malæ ſunt, ſed quia malum eſt illas deſiderare, quando aliis veſcendum eſt; & *malum eſt, eſca deſiderio adverſus Dominum murmurare,* ait idem Auguſtinus.

Enchir. ca. 26.

Epiſt. 86.

Num. 11.

Lib. 10. cōfeſ. cap. 31.

Præcepit etiam abſtinentiam Deus in veteri teſtamento ab animalibus immundis, non natura, ſed propter ſignificationem: & causâ ſignificandi abſtinentiam illam præcepit. Ut præcepto Domini abſtinebant Judæi à carnibus ſuillis. Porcus animal ſordidum eſt & immundum, ſordibus delectatur:

Levit. 11. Deut. 14.

Et amica luto ſus, ait Poëta. Qua re docemur, ac monemur non delectari ſordibus vitiorum, maximè libidinum. Ab iis etiam animalibus abſtinendum illis erat, quæ non ruminabant. Vitium eſt non ruminare, id eſt, audire verba Sapientiæ, & de illis poſtea non cogitare. A tali vitio abſtinendum

Cont. Fauſt. lib. 6 & lib. 30. cap. 5. 6.

nendum: imitandum exemplum ſanctiſſimæ Virginis, quæ *conſervabat omnia verba, conferens in corde ſuo.* Luc. 2.

Denique abſtinebant Judæi ab iis quæ non habebant fiſſas ungulas: tales ſunt qui non habent diſcretionem boni & mali, veri & falſi, vilis & pretioſi. Tale ergo vitium cavendum eſt, & quiſque comparare ſibi debet Chriſtianam ſapientiam. Deinde, inquit S. Auguſtinus, *Pes tuus, amor tuus; habeto duos pedes, noli eſſe claudus; duo pedes ſunt duo amores:* vel unus ſit amor, ſed diviſus, diſſectus, ſeu fiſſus; currere enim debet ad Deum, & ad proximum. *Animalia ruminantia, quæque fiſsâ ungulâ*, ait Divus Proſper, *ſignificant animas ruminantes verbum Dei, ex fiſſa ungula, duorum videlicet præceptorum, Dei & proximi. Una eſt charitas,* inquit Auguſtinus, *qua diligitur Deus, & qua diligitur proximus; ſed quia aliud eſt Deus, aliud proximus, una charitate diliguntur, non ſunt tamen unum qui diliguntur.* Hanc ergo non habere vitium eſt cavendum. In pſal. 33. De promiſ. & prædict. part. 2. c. 7. Serm. 17. in Nov.

Tanti autem fecerunt Sancti Dei homines iſta præcepta abſtinentiæ, ut maluerint mortem per varia & graviſſima tormenta oppetere, quàm ea tranſgredi, comedendo prohibita: ut ſeptem Machabæi fratres, & Eleazarus ſenex, qui ne hoc quidem ſimulare volebat, libertate etiam propoſita; cupientes conſcientiam ſervare puram ac illæſam. Sed quid eam coinquinaſſet, ſi manducaſſent illicita? non cibus, qui bonus erat, à Deo erat: ſed voluntas mala, & Divinæ legis inobedientia. Hîc notandum, quod ait D. Auguſt. contra Fauſt. *Si antiqui juſti pro illis* Li. 2. Mach cap. 6. & 7. Li. 19. c. 14.

prænuntiativis ſacramentis, & rerum nondum impletarum figuris omnia horrenda & dura perpeti parati fuerunt, & plerique perpeſſi ſunt, ut tres pueri, Daniel, Machabæi, &c. quantò magis nunc pro baptiſmo Chriſti, pro Euchariſtia, pro ſigno Chriſti, ad omnia perferenda paratior eſſe debet Chriſtianus, cùm illa fuerint promiſſiones rerum complendarum, hæc indicia completarum.

Daniel. 1.

Poſtremò etiam in novo teſtamento præcipitur abſtinentia, certis temporibus, à certis cibis; *edomandi corporis cauſa, propter animam ab irrationabilibus motibus amplius humiliandam*, ut ait Aug. Si enim medico licet abſtinentiam præcipere ob ſanitatem corporalem, cur non etiam Eccleſiæ, (quam qui non audit, reprobus habendus eſt) ob ſpiritalem? Scribit Nazianzenus Petrum lupinis aſſe veneuntibus, famem pellere conſueviſſe. De Jacobo fratre Domini, nec carnes unquam in cibum, nec vinum in potum adhibere ſolitum, affirmat Hegeſippus. De Matthæo eadem tradit Clemens Alexandr. De Timotheo clarum eſt, à vino ſe temperaſſe, ſed occaſione ſtomachi languentis, jubente Apoſtolo, modicum ſumpſiſſe. De abſtinentia antiquorum, ita D. Auguſt. *Non ſolùm à carnibus, verumetiam à quibuſdam terræ fructibus abſtinent Catholici Chriſtiani; vel ſemper, ut pauci; vel certis diebus atque temporibus, ſicut per Quadrageſimam, ferè omnes, quantò magis quiſque, vel minùs, ſeu voluerit, ſeu potuerit*. De ſua abſtinentia ita D. Bernardus, *Abſtineo à vino, quia in vino luxuria eſt; aut ſi infirmus ſum, modico utor, juxta conſilium Apoſtoli. Abſtineo à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, ſimul & carnis nutriant vitia.*

Lib. 30. c. 5. Fauſt. cap. 5.
Matt. 18.
De amore Pauperum.
Euſeb. li. 2. cap. 22. hiſt.
In Pædag. lib. 2. cap. 1.
1. Tim. 4.
Contra Fauſt. ibid.
Serm. 66. in Cant.
Ephes. 5.
1. Tim. 5.

Qui

Qui igitur abſtinentiæ legem violat, coinquinatur, non cibi natura, ſed ſua inobedientia. Unde quod D. Chryſ. de idolothyto, idem de cibo prohibito dicendum. *Si idolothytum ſciens ac prudens comederis, immundus eris, non ideo quòd idolothytum eſt, ſed quòd cùm tibi imperatum ſit, non communicare dæmoniis, per id communicare convinceris. Itaque neque illud natura ejuſmodi eſt, verùm ex ſententia tua, ab inobedientia immundum fit.* Audiamus D. Leonem de abſtinentia graviter diſſerentem: *Vos, dilectiſſimi,* inq. *libertatem veſtram congrua ratione moderamini, ſcientes quoniam bonum eſt etiam à licitis abſtinere; & cùm caſtigatiùs vivendum eſt, ita diſcernere cibos, ut uſus eorum ſemoveatur, non natura damnetur. Quod ſi immoderata aviditate ſumatur, nimietas edaces & bibaces dedecorat, non cibi, neque poculi natura contaminat.* Et rurſum de jejunio Pentecoſtes; ubi jejunia oſtendens eſſe à Spiritu ſancto, influente in Apoſtolos, & Eccleſiæ principes; *Multum,* inquit, *ad præcepta Dei exſequenda prodeſſet, ſi Chriſtiana malitia contra incentiva omnia vitiorum, continentiæ ſe ſanctificatione muniret. Cùm enim per illecebram cibi irrepſerit prima cauſa peccati; quo ſalubriore Dei munere utitur redempta libertas, quàm ut noverit abſtinere à conceſſis, quæ frenare ſe neſcivit à vetitis? Omnis quidem creatura Dei bona eſt, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione ſumitur: ſed non ad hoc creati ſumus, ut fœda & impudenti aviditate omnes mundi copias expetamus, tanquam quod licet ſumi, non liceat prætermitti.* Ita D. Leo.

In 1. ad Timoth.

Serm. 4. de Quadr.

Serm. 4. de jejun. Pentecoſt.

1. Tim. 4.

Digitized by Google

MONITUM LXV.

Memor eſto unde excideris, & age pœnitentiam.

Apoc. 2.

RECenſendæ ſunt aliquot cauſæ, cur Deus etiam Sanctos graviter interdum labi permittat, eorumque non ſolùm virtutes, ſed & lapſus in ſcripturis ſuis recitari curet. Primò itaque in lapſu ſanctorum docetur homo quid poſſit, deſertus à gratia Dei, ut ſibi omnino diffidens, habitet in adjutorio Altiſſimi, totuſque ab eo dependeat. Id in Davide clarum eſt; vir enim tam ſpiritalis & fortiſſimi ſpiritus, paululum deſerente Deo, lapſus eſt in fœdum adulterium, ſimul & homicidium, ac novem integris menſibus abſque ulla tam fœdi peccati ſeria pœnitentia remanſit, donec nova Dei gratia excitaretur à morte peccati. Adeò homo ſeipſum vulnerare poteſt, non ſanare; ſeipſum occidere, non reſuſcitare; ſeipſum perdere, non invenire. Unde dicitur, *Spiritus vadens & non rediens*; quia niſi eum Dominus occulta ſua gratia revocaret, per ſeipſum redire non poſſet. Sic in Proverbiis de via iniquitatis loquens Scriptura; *Omnes*, inquit, *qui ambulant in eam, non revertentur*. Eſt ergo de omnibus impiis deſperandum? Non: ſed ſcriptura gratiam commendavit, quia per ſeipſum homo poteſt ambulare, *non poteſt autem per ſeipſum redire, niſi*

Pſal. 90.
De gra. & lib. arb. c. 6
De cor. & grat. c. 9.
2. Reg. 11.
Pſal. 77.
Proverb. 2.

niſi gratia revocatus, inq. S. Aug. Sic & alibi de impiis, quod *illorum mala cogitatio non poteſt in perpetuum mutari*, *quia per ſeipſam non poteſt*, ait idem Aug. ſed ſi gratia Divina ſubveniat, qua non ſubveniente, quid ſunt homines, niſi quod ait Apoſtolus Petrus; *velut muta animalia procreata naturaliter in captivitatem & interitum?* In pſal. 77. Sap. 11. Lib. 2. de Nupt. c. 8. 2. Pet. 2.

Deinde docentur juſti in aliorum lapſu, ne ſint ſecuri, & ſi ſtare ſibi videantur, videant ne cadant. *Nemo*, ait S. Leo, *eſt tanta firmitate ſuffultus, ut de ſua ſtabilitate debeat eſſe ſecurus. Nemo*, inq. S. Proſper, *eſt ſine tentationis ſtimulo, & ſine mutabilitatis incerto. Non ſit ergo delectatio minorum, lapſus majorum, ſed ſit caſus majorum, tremor minorum*, ait D. Aug. *Qui lapſus magnorum virorum legit*, ait idem, *ad hunc uſũ aſſumat, ut ſe nequaquam rectè ſuis factis jactare audeat; & præ ſua juſtitia cæteros tanquam peccatores contemnat, cum videat tantorum virorum & cavendas tempeſtates, & flenda naufragia. Ad hoc enim etiam illorum hominum peccata ſcripta ſunt, ut Apoſtolica illa ſententia ubique tremenda ſit; Qui videtur ſtare, videat ne cadat. Hinc non ſolum ab incipientibus, ſed etiam à provectiſſimis ſanctis uniformiter quotidie Domino ſupplicatur; Et ne nos inducas in tentationẽ, ſed libera nos à malo. In præſentis enim agonis incerto*, ait D. Proſper, *ubi tota vita tentatio eſt, & ab inſidianti ſuperbia nec ipſa tuta eſt victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licèt innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeverandi uſque in finem Divina protectio; à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis, ut in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus ſemper velle & nolle decertet.* 1. Cor. 10. Leo ſer. 5. de Quadr. In Pſal. 50. Lib. 3. de doct. Chriſ. cap. 23. 2. Cor. 10. Lib. 2. de voc. gen. c. 27. 28.

Unde manifeſtum eſt quàm ſit abſurdus hæreti-

corum error, Novati, Ioviniani, Caluini, & aliorum, docentium eos qui ſemel juſtificati ſunt, à iuſtitia non poſſe excidere, ſeu in crimen labi. Nũquid enim non juſtus David fuerat ante adulteriũ & cædem Vriæ? Cur enim poſt hoc peccatum

Pſalm. 50. diceret, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*, niſi quòd iam quidem priùs habuerat, ſed perdiderat delin-

3. Reg. 11. quendo? Quid eius filius Salomon? non priùs iuſtus, quia poſt ſcortando impius? nec priùs ſapiens, quia per mulieres poſtea ad idola etiam colenda infatuatus? Imò quo iuſtior quis, eo maior cauſa timendi, quòd Diabolus ad acriùs impugnandum clariori virtute provocetur.

Epiſt. 5. in fine. Tertiò monentur lapſi ut ſurgant. D. Aug. de Davide loquens: Recenſet ſcriptura eius merita & peccata, *ut ſciremus & quibus modis non offenderetur Deus, & quibus modis placaretur offenſus.* Et

In epiſt. ad Salum. D. Hier. *David amicus Domini victus eſt ut homo, ut & ruina nobis ad cautionem, & pœnitudinis ad ſalutem exempla præberet. Non enim cadendi exemplũ*

In Pſal. 50. *propoſitum eſt*, inq. Aug. *Sed ſi cecideris, reſurgendi. Audiãt itaque qui non ceciderunt, ne cadant; audiant*

In Pſal. 50. *qui ceciderunt, ut ſurgant.* Sed queritur Aug. *Multi*

De Apol. David, c. 4. *volunt cadere cũ David, & nolunt ſurgere cum David.* Sic & Ambr. *Peccavit David, quod ſolent reges,* (& alij homines:) *ſed pœnitentiam geſſit, flevit, ingemuit, quod non ſolent reges,* (nec alij lapſi.) *Lapſus communis, ſed ſpecialis confeſſio. Culpam incidiſſe naturæ eſt; deléſſe, virtutis.* Huc ſpectat eiuſdem Ambr. dictum ad Theodoſium Imp. quem ob cædem Theſſalonicæ factam, aditu Eccleſiæ

Ruff. li. 2. ca. 11. hiſt prohibuerat. Cùm enim Theodoſius, David quoque regem adulterum & homicidam fuiſſe dixiſſet,

Digitized by Google

dixiſſet, reſpondit Ambroſius; *Qui ſecutus es errantem, ſequere pœnitentem.*

Multi malè viuentes quærunt ſibi patrocinia peccandi, ex peccato David, vel aliorum: dicunt ſibi, Si David, cur nõ & ego? *Duplici modo iniquiores*, inq. Aug. *Primò enim David nullum ſibi ad exẽplum propoſuit, ut tu; ceciderat lapſu cupiditatis, non patrocinio ſanctitatis: tu tibi tanquam ſanctum proponis, ut pecces; non imitaris eius ſanctitatem, ſed ruinam. Deinde tu hoc amas in David quod ipſe odit in ſe, præparas te ad peccandum, librum Dei inſpicis, ſcripturas Dei audis, ad hoc ut diſplicens Deo? hoc non fecit David. Non ergo*, inquit, *cadendi exemplum propoſitum eſt; ſed ſi cecideris, reſurgendi.* In Pſal. 50.

Quartò, ait D. Ambr. *Propoſiti ſunt nobis Sancti ad imitandum, & ideo curatum eſt, ut & ipſi aliquando laberentur. Nam ſi ſeorſim à vitiis inter tot lubrica huius ſeculi curriculum peregiſſent, dediſſent nobis occaſionem infirmioribus æſtimandi, cuiuſdam naturæ ſuperioris ac Divinæ fuiſſe, ut delictum recipere, & culpæ conſortium habere nõ poſſent. Quæ opinio utique ut exſortes nos illius ſubſtantiæ, ab impoſſibili imitatione revocaret. Præteriit igitur paulisper Dei gratia, ut nobis ad imitationem vita eorum fieret diſciplina, & ſicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magiſterium de eorum actibus ſumeremus. Ergo dũ lapſus eorum lego, conſortes etiam illos infirmitatis agnoſco; dum credo conſortes, imitandos eſſe præſumo.* Ita Ambr. Ob eandem cauſam referuntur etiam affectus eorum humani, paſſiones, tentationes, quibus illi, ut nos, fuerunt obnoxii; ut videlicet agnoſcerentur eiuſdem nobiſcum eſſe naturæ. Sic de Elia Propheta, viro tanto, qui ſua oratione clauſit De Apol. David, cap. 12. Iac. vltim.

&

& aperuit cœlum, dicit S. Iacobus; *Helias homo erat ſimilis nobis, paſſibilis.* Non tantùm carne, ut & Christus, ſed quia paſſionibus, quæ ad malum ſol-
2. Cor. 12. licitant, obnoxius ut nos. Et ipſe Paulus (raptus in Paradiſum, in tertium cœlũ) ſæpe refert ſuas infirmitates, tentationes, rixas, cupiditatum, &c. ne quis eum æſtimaret aliquid eſſe ſupra quàm erat. *Video*, inquit, *aliam legem in membris meis, repu-*
Rom. 7. *pugnantem legi mentis meæ.* Et; *Non quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odi malum, illud facio. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?*

Denique in lapſibus Sanctorum diligenter attendere oportet eorũ occaſiones & cauſas ut alienis malis edocti, inde ſimus cautiores. Sic narratur in
Geneſ. 9. Geneſ. 19. Script. nuditas Noë, inceſtus Loth, vt ebrietatem,
Lib. 1. de ex qua iſta orta ſunt, & per quam crimina cavere
Abrah. c. 6. non poſſumus, caueamus. *Vt tu diſceres quid caueres*, inq. D. Ambr. *ille nudus jacuit, iſte filiarum errori patuit. Inſtruant Patriarchæ non ſolùm docentes,*
Matth. 26. *ſed & errantes.* Sic Petrus Christum negavit, in ſocietate malorũ poſitus, quæ infirmioribus admo-
Matth. 16. dũ pernitioſa eſt, quẽ ante in ſocietate Apoſtolorũ tam conſtanter confeſſus erat: & quia nimiùm ſe iactaverat, de viribus ſuis confidens, & non habitans in adiutorio Altiſſimi. Unde diſcimus prauorum fugere ſocietatem, in ſolo Deo confidere.

In lapſu verò Davidis multa docemur. In pri-
2. Reg. 11. mis, oculos diligenter custodire, abſtinere ab omni impuro aſpectu, non eos figere in pulchritudine carnis alienæ; oculus enim impurus deduxit eum ad adulterium & homicidium. *De longè vidit mulierem David, in qua captus eſt*, ait D.
In Pſal. 50. Auguſt. *Mulier longè, libido propè. Alibi erat, quod videret:*

Digitized by Google

videret: in illo erat unde caderet. Attendenda eſt ergo hæc infirmitas carnis; recordanda ſunt verba Apoſtoli; Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Non dixit, non ſit, ſed regnet. Ineſt peccatum cùm delectaris, regnat ſi conſenſeris. Attende ſecurus, ſi non habes unde movearis. Sed dicis; Fortis ſum. Nunquid tu fortior quàm David? ita Aug. Dicit Prophet. *Qui exaltas me de portis mortis. Quia per ſenſus,* inq. D. Greg. *mors ingreditur, & per eos mortuus effertur. Qui enim vidit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mortem per oculorum feneſtras admiſit. Qui ſeminat inter fratres diſcordias & iniquitatem in excelſo loquitur, per oris portam mortuus effertur. Oculus meus deprædatus eſt animam meam,* clamat Propheta. *Ut ergo munda mens in cogitatione ſervetur, à laſcivia voluptatis ſuæ deprimendi ſunt oculi,* ait Hier. Rom. 6. Pſalm. 9. In pſal. 5. pœnit. Thren. In cap. 3. Thren.

Deinde monemur omne vitare otium; David enim otioſus deambulans in ſolario domus ſuæ, ad peccatum perductus eſt. Ait Poeta: 2. Reg. 11. Ovid. lib. 1. Amor.

Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus. Et;
Quæritur, Ægyſtus quare ſit factus adulter?
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Semper aliquid operis fac, ut diabolus te ſemper inveniat occupatum, ait Hier. ad Ruſticum. Et alius Sapiens; *Inſtigabit te & exacerbabit ſerpens antiquus: ſed oratione fugabitur, & labore utili magnus ei aditus obſtruetur.* Monet eundem Ruſticum Hieron. ut diem in operas partiretur; *tantis enim,* inq. *occupatus negotiis, nullis vacabis cogitationibus, & dum ab uno tranſit ad aliud, opuſque ſuccedit operi, illud ſolum mente tenebis, quod agere compelleris. Otium* vocat D. Bern. *ſentinam omnium tentationum, & cogitationum, tum inutilium, tum etiam malarum.* In epiſt. ad Ruſt. Tho. Kemp. li. 3. de imit. Ad fratres de monte Dei.

Tertiò

Tertiò docemur in lapſu Davidis, non extolli in proſperis, cavere nobis à proſperitate, illam ti-
In pſal. 50. mere. *Multi timent adverſitatem*, ait Aug. *& non timent proſperitatem; cùm tamen periculoſior ſit res proſpera animo, quàm corpori adverſa: & priùs corrumpit res proſpera, ut inveniat adverſa quem frangat. Adverſùs proſperitatem acriùs vigilandum.* Hoc enim peccatum non fecit David, cùm Saulem hoſtem pateretur. *Erat in infirmitate tribulationis tantò in Deum intentior, quantò miſerior videbatur. Utile quiddam eſt tribulatio, utile medici ferramentum, tanquam contra diaboli tentamentum: factus eſt ſecurus devictis hoſtibus; preſſura caruit, tumor excrevit.* Valet ergo hoc exemplum, ut felicitatem timeamus. *Sic Salomon filius*, inquit Greg. *poſt tantam Sa-*
In paſt. par. 1. cap. 3. & part 3. adm. 27. 3. Reg. 11. 2. Reg. 11. *pientiam quàm graviter corruit, quia nihil adverſitatis habuit. Conceſſa enim Sapientia funditus cor deſeruit, quod nulla vel minima tribulationis diſciplina cuſtodivit. Sic David pater auctoris ſui judicio penè in cunctis actibus placens, mox ut preſſuræ pondere caruit, in tumorem vulneris erupit, factuſque eſt in morte Uriæ crudeliter rigidus, qui in appetitu fœminæ fuit*
De Civ. li. 17. cap. 20. *enerviter fluxus.* Ita Greg. Et de Salomone Auguſt. *Hic*, inquit, *bonis initiis malos exitus habuit. Quippe ſecundæ res, quæ ſapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quàm profuit ipſa ſapientia.*

Denique monemur vitare ſuperbiam. De qua ip-
Pſalm. 35. & ibi Aug. Tob. 4. ſe David; *Non veniat mihi pes ſuperbiæ. Ibi*, id eſt, *in pede ſuperbiæ ceciderunt, qui operantur iniquitatem.* De qua Tobias ad filium: *Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio.* Fuit primum peccatum Angeli & hominis, inde omnis perditio,

&

& temporalis, & æterna: Si hanc horteſcis, & eius cauſam horreſce. Hominis autẽ miſeri, tantò peior ſuperbia; quia *ille in cœlo intumuit, alter in paradiſo, ego in ſterquilinio. Quis non tolerabiliorem ducat in divite ſuperbiam, quàm in paupere? Si ergò cum illis ſic actum eſt, quid de me fiet, terra & cinere.* Et licèt omnis ſuperbia Deo diſpliceat, illa tamen præcipuè; qua quis ſibi dux eſſe vult & principium, quaſi Deo, eiuſque ope nihil indigens. Qualis fuit Davidis: *Dixerat enim in abundantia ſua, quam præſtiterat Deus, non de illo qui eam præſtiterat; Non movebor in æternum: Averit Dominus faciem ſuam ab eo; & factus eſt conturbatus. Dominus,* inquit Aug: *ita vult probare homini, fortè ſibi de virtutibus ſuperbienti, & ſibi tribuenti, quod ab illo habet, quicquid habet:* Ille *dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuvenes in infirmitate corruent. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient,* ait Eſaias Propheta.

Vide Ber. ſerm. 54. in Cant.

Pſal. 29. Aug. de cor. & grat. cap. 9. De grat. & lib. arb. ca. 5. In Pſ. 103. conc. 4. Iſaiæ 40.

MONITUM LXVI.

Peccatum meum contra me eſt ſemper.
Pſalm. 5.

VOlunt hæretici ut ſtatim peccator avertat animum à peccato, eiuſque ſupplicio, & reſpiciat in ſolam miſericordiam Dei; contra Prophetam, qui dicit: *Cogitabo pro peccato meo.* Et, *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco.* Et, *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Unde & D. Greg.

Pſal. 37. Pſal. 90. Ibidem.

Hom. de Aſcenſ. eſt 29. *Neceſſe eſt, ut ſemper pavidi, ſemperque ſuſpecti, ponamus ante oculos cordis, hinc culpas operis, illinc iudicium extremæ diſtrictionis. Puniamus fletibus culpas, & cum Pſalmiſta, præveniamus faciem Domini* Pſal. 94. *in confeſſione.* Chryſoſtomum hac de re antè citavimus. Monito 62. Et D. Auguſt. in illud Pſalm. 50. *Averte faciem tuam à peccatis meis: Meritò rogas,* inquit, *&* Auguſt. in Pſal. 50. *benè rogas, ut Deus avertat faciem ſuam à peccato tuo, ſi tu inde non avertis. Si verò tu peccata tua in dorſo tuo ponis, Deus ibi faciem ponit. Tu peccatum tuum ante faciem tuam converte, ſi vis ut inde Deus faciem ſuam avertat, & ſic ſecurus rogas, & exaudit.*

Ad multa autem vtilis eſt recordatio præteritorum peccatorum. Primò, ut homo in poſterum ſit fortior. De Apolog. David. Unde D. Ambr. *Sancti,* inquit, *ſicubi fortè ut homines erraverunt, acriùs ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo majora reparantes certamina, ut non ſolùm nullum attuliſſe æſtimetur lapſus impedimentum, ſed etiam velocitatis incentiua attuliſſe.* Imitantur ſtrenuos milites, quos non rarò pudor ignominiæ, & accepti vulneris dolor fortiùs, quàm antea, ad pugnandum acuit. Epiſt. 56. *Armentur integri,* inquit D. Cyprianus, *ne perdat integer quod nuper ſtetit; armentur & lapſi, ut & lapſus recipiat quod amiſit. Integros honor, lapſos dolor ad* Idem de Lapſ. *prælium provocet.* Et in tractatu de lapſis; Quoſdam in prima congreſſione devictos fuiſſe ait, in ſecunda verò victores extitiſſe; & qui ignibus antè ceſſiſſent, ignibus factos ſuperiores.

Secundò, ut ſit humilior. Conſiderando enim præteritas fœditates ſuas, vileſcit ſibi, & humiliat ſe. Quid enim viliorem atque abjectiorem eum reddit, quàm peccatum? ob quod indignus eſt

omni

omni beneficio Dei, etiam pane quo veſcitur. *Aufer à me*, orat Propheta, *opprobrium & contemptum*, id eſt, peccatum, ait D. Hilarius, quod opprobrio & contemptu dignum eſt, & talem etiam efficit peccatorem. Hinc idem de viro bono, habitaturo in tabernaculo Domini; *Ad nihilum deductus eſt, in conſpectu ejus malignus.* Et Sapiens ait, *Pluris eſt vnus timens Deum, quàm mille impij.* Deinde lapſu ſuo homo fit doctior, & ob hoc etiam humilior, inquit S. Auguſtinus. Sicut Petrus, priùs præſumebat, *Animam meam ponam pro te*; poſteà, Deo deſerente, lapſus, didicit non ſibi fidere, & lachrymis culpam diluit. Sic & David priùs ſibi ſuam abundantiam tribuens, & de ſe præſumens, dixerat, *Non movebor in æternum.* Domino autem paululum deſerente, expertus quid eſſet, ait: *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem; ſe inveniens, & humiliter ſapiens, didicit in quo non ſolùm æternæ vitæ, ſed & piæ in hac vita converſationis & perſeverantiæ ſpes habenda eſſet.*

Pſal. 118. Hilar. in illum Pſ.

Pſal. 14.

Eccl. 16.

De cor. & grat. cap. 9.

Ioan. 13.

Pſal. 29.

Tertiò, ad hoc eſt vtilis recordatio præteritorum peccatorum, ut homo ſit in amore Dei ferventior. *Recordari volo*, inq. Aug. *tranſactas fœditates meas, & carnales voluptates, corruptiones animæ meæ, non quòd eas amem, ſed ut te amem, Deus meus. Amore amoris tui facio iſtud, recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recogitationis meæ, ut tu dulceſcas mihi dulcedo non fallax, dulcedo felix & ſecura, & colligens me à diſperſione in qua fruſtatim diſciſſus ſum, dum ab uno te averſus, in multa evanui.* De Magdalena dicit D. Gregorius & Bernardus; *Conſideravit, quid fecit, & noluit moderari, quid faceret. Oblita erat ſe, amando mundum; oblita eſt ſe*

Li. 2. Conf. cap. 11.

Hom. 33. in Evang.

Pallad. vit. 104. *amando creatorem mundi*. Narrat etiam Palladius de quadam Virgine lapſa, quam Dominus ſibi revelavit plus placere in pœnitentia poſt peccatum, quàm ante lapſum in virginitate: ita ſe effuderat in opera pœnitentiæ & charitatis, ægris, mancis, mutilatiſque xxx. annis feruenter ſerviendo. In Paſt. part. 3. admon. 25. *Sæpe nonnulli*, ait D. Greg. *ad Dominum poſt peccata redeuntes, tantò ardentiùs ſe in bonis operibus exhibēt, quantò damnabiliores ſe de malis vidēt. Alij innocentes cùm minùs ſe habere reſpiciunt, quod defleant, plenè ſibi ſufficere vitæ ſuæ innocentiam putant, atque ad fervorem ſpiritus nullis ſe ardoris ſtimulis inflammant. Et fit plerumque Deo gratior ardēs vita poſt culpam, quàm ſecuritate torpens innocentia.*

Denique inde fit homo Deo gratior, & de tam magna atque indebita eius gratia, quod in peccatis non ſit conſumptus. Thren. 3. *Miſericordia Domini*, ait Propheta, *quod non ſumus conſumpti*. Et alius; Pſalm. 85. *Miſericordias Domini in æternum cantabo*. Et, Iſai. 63. *Miſerationum Domini recordabor*. Quæ magis elucent in patientia qua tolerat malos, tam ſæpè contemptus, tam ſæpe negatus; quàm in rerum creatione. Et tunc apparent mirabiliores, quando conſiderantur horrenda Dei iudicia in alios peccatores, fortè minores, qui in peccatis ſunt oppreſſi. Deinde quando cogitatur humana fragilitas, fluxa & inſtabilis vita, quæ quaſi ex tenui filo pendet, cujus finis ex infinitis occaſionibus ſingulis momentis impendet.

Mille modis miſeros homines mors una fatigat.

Et quid intereſt inter vitam & mortem, imò damnationem peccatoris, niſi infirmus ac fragilis paries corporis, qui facillimè perfodi ac everti Lib. 5 Cōf. cap. 9.

poteſt?

poteſt? De ſe ante converſionem, cùm per morbum quo percuſſerat eum Deus, de vita periclitaretur, dicit Auguſt. Deo: *Quò irem, ſi tunc hinc abirem, niſi in ignem atque tormenta digna factis meis in veritate ordinis tui? Quàm multi,* ait quidam Sapiens, *decepti ſunt, & inſperatè de corpore extracti? Quoties audiſti à dicentibus, quod ille gladio cecidit, ille ſubmerſus eſt, ille ab alto ruens cervicem fregit, ille manducando obriguit, ille ludendo finem fecit; alius igne, alius ferro, alius peſte, alius latrocinio periit: & ſic omnium finis mors eſt, & vita hominum tanquam umbra ſubitò pertranſit.* Tho. Kēp. lib. 1. c. 23. de imit. Pſal. 14.

Propter has & ſimiles utilitates, admonet Apoſtolus Gentiles, iam Chriſtianos factos: *Propter quod memores eſtote, quòd eratis aliquando Gentes in carne, ſine Chriſto & ſine Deo in hoc mundo.* Et alibi ait, *Electis omnia cooperari in bonum*, etiam ipſa peccata, inq. Aug. in quibus aliquando vixerunt, & in quæ Deus eos aliquando labi permittit. Unde & David; *Iudicia tua adiuvabunt me:* non ſolùm illa, quibus me per tribulationes exerces, ſed quibus aliquando etiam me in peccata labi permittis. Nam etiam inde utilitatem & profectum capiam: proderunt enim ad majorem fortitudinem, humilitatem, amorem, gratitudinem, ut ſuperiùs demonſtratum. Epheſ. 2. Rom. 8. De cor. & grat. cap. 9. Pſal. 118.

Ut hoc addam; etiam in ſecularibus hominibus & rebus, utile eſt recordari præteritorum. Placilla piiſſima Imperatrix, Magni Theodoſij vxor, marito ſæpiùs dicere ſolita, *cogitaret ſemper, qui olim fuiſſet, & quis iam eſſet* (ex humili enim ad Imperium evectus erat) ut Deo gratior exiſteret. Rex quidam è figulo factus, in menſa poni ſem- Theod. lib. 5. hiſt. c. 18. Agathocles. vid: Auſon in Epigra.

aliàs, Vvilligiſus. per volebat fictilia pocula, juxta aurea, vt priſtinæ conditionis memor eſſet. Vvillingus Epiſcopus Moguntinus, Carpentarij filius, deſcripſit in parietibus cubiculi ſui; *Vvillinge, Vvillinge, memento unde huc aſcenderis. Vvilligis recolas quis es, & unde venis?* In lit. Indi. Narratur de Rege Mogor, quod cùm ignobilem aliquem evexit ad aliquem honorem aut dignitatem, ne ſuperbia inſoleſcat, vult ut ſignum prioris ſui ſtatus ante ſe geſtari curet, ut inſtrumentum artis, quam ante profeſſus fuerat. Sic Architalaſſo ſuo haſtam præferri voluit, quia caput eorum fuerat, qui haſtas faciebant: Ruſticis, vel hortulanis, ligonem vel ſarculum, &c.

MONITUM LXVII.

Aſcendit mors per feneſtras noſtras.

Jerem. 9.

D. Ambr. de fuga ſeculi, cap. 1. De quinque ſenſibus agens D. Ambroſ. *Quis,* inquit, *inter tot paſſiones huius corporis, inter tantas illecebras huius ſeculi, tantum atque intemeratum ſeruare poteſt veſtigium? Reſpexit oculus, & ſenſum mentis evertit. Audivit auris, & intentionem inflexit. Inhalauit odor, & cogitationem impedivit. Os libavit, & crimẽ reddidit. Tactus contigit, & ignẽ adoleuit. Intrauit mors per feneſtram, dixit Propheta. Feneſtra tua eſt oculus tuus. Si videris mulierem ad concupiſcendum eam, intrauit mors. Si audias ſermones meretricios, intrauit mors. Si luxuria ſenſus tuos capiat, penetrauit mors. Et ideo qui vult aſcendere,* Jerem. 9.

Digitized by Google

aſcendere, non læta ſeculi, non amœna, non delectabilia, ſed plena doloris & fletus ſequatur. Melius eſt enim ire in domum luctus, quàm in domum gaudij. Denique nec Adam de Paradiſo deſcendiſſet, niſi delectatione deceptus eſſet. Pulchrè igitur David, qui periculoſos homines etiã ipſo aſpectu fuerat expertus, beatum illum dicit, cui ſpes omnis in Dei nomine eſt. Pſalm. 39.

De iiſdem ſenſibus loquens D. Hieronymus; *Per quinque ſenſus*, inquit, *quaſi per quaſdam feneſtras, vitiorum in animam introitus eſt. Non poteſt antè metropolis & arx mentis capi, niſi per portas ejus irruerit hoſtilis exercitus. Horum perturbationibus anima prægravatur; & capitur aſpectu, auditu, odoratu, ſapore, tactu. Si Circenſibus quiſpiam delectetur, ſi athletarum certamine, ſi mobilitate hiſtrionum, ſi formis mulierum, ſplendore gemmarum, veſtium, metallorum, & cæteris hujuſcemodi, per oculorum feneſtras animæ capta libertas eſt, & impletur illud Propheticum; Mors intrauit per feneſtras veſtras. Rurſum audito vario organorum cantu, & vocũ inflexionibus, delinitur, & carmine poëtarum, & comœdiarum, mimorumque vrbanitatibus & ſtrophis, & quicquid per aures introiens virilitatem mentis effœminat. Odoris autem ſuavitas, & diverſa thymiamata, & amomum, & cyphiœnanthe, moſchus, & peregrini muris pellicula, quod diſſolutis & amatoribus conveniat, nemo niſi diſſolutus negat.* Lib. 2. in Iovinian. Ierem. 9.

Porrò ciborum auiditas, quòd avaritiæ mater ſit, & animum quaſi quibuſdam compedibus degrauatum in terra teneat, quis ignorat? Propter breuem gulæ voluptatem, terræ luſtrantur & maria, & ut mulſum vinum, pretioſuſque cibus fauces noſtras tranſeat, totius vitæ opera deſudamus. Tactus autem alienorum Hiero. ibid.

Digitized by Google

corporum, & fœminarum ardentior appetitus, vicinus inſaniæ eſt. Ob hunc ſenſum cupimus, iraſcimur, geſtimus, invidemus, æmulamur, ſolliciti ſumus, & expleta voluptate per quandam pœnitudinem, rurſus accendimur, quærimúſque facere, quod cùm fecerimus, iterum pœniteamus. Igitur cùm per has portas, quaſi quidam perturbationum cunei ad arcem noſtræ mẽtis intraverint, ubi erit libertas, ubi fortitudo ejus, ubi de Deo cogitatio, maximè cùm tactus depingat ſibi etiam præteritas voluptates, & recordatione vitiorum cogat animam compati, & quodammodò exercere quod non agit?

Lib. 2. in Jovinian. *His igitur rationibus*, ait Hieronym. *invitati multi Philoſophorum, reliquerunt frequentias urbium, & hortulos ſuburbanos, ubi ager irriguus & arborum comæ, & ſuſurrus avium, fontis ſpeculum, rivus immurmurans, & multæ oculorum auriumque illecebræ, ne per luxum & abundantiam copiarum, animæ fortitudo molleſceret, & ejus pudicitia conſtupraretur. Inutile quippe eſt crebrò vivere, per quæ aliquando captus ſis, & eorum te experimento committere, quibus difficulter careas, Nam & Pythagoræi huiuſcemodi frequentiam declinantes, in ſolitudine & deſertis locis habitare conſueverunt. Platonici quoque & Stoici, in templorum lucis & porticibus verſabantur, vt admoniti anguſtioris habitaculi ſanctitate, nihil aliud quàm de virtutibus cogitarent.*

Vide D. Baſil. hom. 24. *Sed & ipſe Plato, cùm eſſet dives, & thoros ejus Diogenes lutatis pedibus conculcaret, vt poſſet vacare Philoſophiæ, elegit Academicam villam ab vrbe procul, non ſolùm deſertam, ſed & peſtilentem, ut cura & aſſiduitate morborum libidinis impetus frangeretur, diſcipulique ſui nullam aliam ſentirent volupta-*

tem

tem niſi earum rerum, quas diſcerent. Quoſdam legimus effodiſſe ſibi oculos, ne per eorũ viſum à contẽplatione Philoſophiæ avocarentur. Unde & Crates ille Thebanus, projecto in mare non parvo auri pondere; Abite, inquit, peſſum malæ cupiditates, ego vos mergã, ne ipſe mergar à vobis. Quod ſi quis exiſtimat, & abundantia ciborũ, potionúmque ſe perfrui, & vacare poſſe ſapiẽtiæ, hoc eſt, & verſari in delitiis, & delitiarum vitiis non teneri, ſeipſum decipit. Cùm enim procul ab his remoti, ſæpè capiamur naturæ illecebris, & cogamur ea cupere, quorum copiam non habemus; quantò magis ſi circundati retibus cupiditatum, eſſe nos liberos arbitremur? Tertull. Laërt. de Democrit.

Senſus noſter illud cogitat, quod videt, audit, odoratur, guſtat, attrectat; & ad eius rei trahitur appetitũ, cuius capitur voluptate, quod mens videat, & mẽs audiat, & quod nec audire quippiã, nec videre poſſumus, niſi ſenſus in ea quæ cernimus & audimus, fuerit intentus. Vetus quoque ſententia eſt; Difficile eſt, imò impoſſibile, delitiis & voluptatibus affluentes, non ea cogitare quæ gerimus: fruſtraque quidam ſimulant, ſalva fide & pudicitia & integritate mentis, ſe abuti voluptatibus; cùm contra naturam ſit copiis voluptatum ſine voluptate perfrui; & Apoſtolus hoc ipſum cavens dixerit; Quæ autem in delitiis eſt, vivens mortua eſt. 1. Tim. 5.

Quomodo autem anima ſenſus regere debeat, pulchrè oſtendit D. Baſil. *Mors, inq. aſcendit per feneſtras. Reverà enim ſenſus feneſtræ ſunt animæ: quibus anima ſive ut pudica mulier, exteriorum ſenſuum lucem ad conſiderationem vtilis cuiuſque rei, eas modicè caſtéque aperiens, haurit; aut attonita ad exteriora quæque ac noxia curioſè ſpectanda, velut impudica meretrix,* De vera Virginit.

meretrix, proſpicit ad oblectamenta laſciuia, ceruicem malè contorquens; ac per hos ſuauia & læta hauriens.
Prover. 7. *De feneſtris,* inq. *ædium ſuarum proſpiciens, quemcunque viderit ſtultorum filiorum, adoleſcentem mentis impotem, ea loquitur quibus iam propter lenocinia ſenſuum ſeipſam totam ad laſciuiam atque impudicitiam ſoluit. At verò quæ pudica eſt, intus in corde veluti in domo ſedem ſtatuens, atque inde ſenſus cogitationeſque dijudicans, ſi quid utile, virtutique congruum, & omnium perturbationum labe purũ influat, introrſum ſuſcipit: ſi quid autem inutile, atque à virtute alienum, hoc extra feneſtras ſuas obſeratas prudentia manibus ſapienter excludit.*

Li.2. in Iovinian. Sic & D.Hieron. *Senſus*, inq. *corporum, quaſi equi ſunt ſine ratione currentes; anima verò in aurigæ modum retinet frena currentium. Et quomodo equi abſque rectore præcipites ruunt, ita corpus ſine ratione & imperio animæ in ſuum fertur interitum. Alia quoque comparatio animæ, & corporis à Philoſophis ponitur, Corpus puerum, animã pædagogum eſſe dicentibus. Unde & Hiſtoricus: Animæ,* inq. *imperio,*
Salluſt. *corporis ſervitio magis utimur: alterum nobis cum Diis, alterum cum belluis commune eſt. Igitur niſi vitia adoleſcentis & pueri, prudentia Pædagogi rexerit, omnis conatus ejus & impetus ad laſciviam properant. Sine quatuor ſenſibus vivere poſſumus, id eſt, ſine aſpectu, auditu, odoratu atque complexu. Abſque guſtu autem & cibis impoſſibile eſt humanum corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergo debet ratio, ut tales ac tantas ſumamus eſcas, quibus non oneretur corpus, nec libertas animæ prægravetur; quia & comedendum eſt, & deambulandum, & dormiendum, & digerendum, & poſtea inflatis venis, incentiua libidinum ſuſtinenda.*

Luxurio

Digitized by Google

Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Omnis qui cum his miſcetur, non erit ſapiens. Prover. 20

MONITVM LXVIII.

Redde rationem villicationis tuæ. Luc. 16.

TRia ſunt bona, quorum uſum ac diſpenſationem à Deo accepimus; Animæ, ut eſt mens, voluntas, memoria, ſcientia, ars, eloquentia; Corporis, ut ſunt ſenſus, membra, robur, ſanitas. Denique ſunt bona externa, ut aurum, argentum, agri, &c. De quibus D. Leo; *Muneribus Dei juſtè & ſapienter vtendum; meritò enim rationem eorum quæſiturus eſt, quæ non magis poſſidenda tradidit, quàm diſpenſanda commiſit.* Ergo quiſque horum diſpenſator eſt. Diſpenſatoris autem eſt, non pro libitu diſpenſare, vel uti bonis domini ſui, ſed ſecundùm domini voluntatem, legeſque ab eo præſcriptas. Unde duobus modis peccare poteſt diſpenſator; aut non utendo, unde damnatur, qui abſcondit pecuniam domini ſui; aut malè utendo, unde damnatur, qui dicebat animæ ſuæ, Habes multa bona congregata in annos plurimos; comede, bibe, & epulare. Hinc ibidem D. Leo; *Sicut pereunt malè condita, ſic & inſipienter expenſa.* Serm. 4. de Collect. Matth. 25. Luc. 12.

Uſum autem rectum bonorum oſtendit Scriptura; *Omnia veſtra,* ait Apoſtolus, *in charitate fiant,* id eſt, ſtudio placendi Deo, & proximo conſulendi. *Meminerit homo,* inquit Diuus Leo, *omnes affectus ſuos hac lege dirigendos, ut nec à cultu recedat Domini, nec vtilitate conſerui. Omnia in gloriã Dei facite,* ait Paulus. Et, *Vnuſquiſque veſtrum, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut* 1. Cor. 16. Serm. 8. de Ieiun. 10. menſ. 1. Cor. 10.

1. Pet. 4. *ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei*, inquit Petrus. Dicebat David Domino, *Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Et Apoſtolus, *Mihi*
1. Par. 25. *vivere, Chriſtus eſt.* Et alios monet, *Qui viuunt, iam*
Philip. 1. *non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & re-*
2. Cor. 5. *ſurrexit.* Peccauit ergo filius Prodigus, qui voluit
Luc. 16. partem paternæ ſubſtantiæ habere in ſua poteſtate, & diſſipavit eam cum meretricibus, vivendo luxurioſè.

Lib. 4. Cōf. cap. vlt. Auguſtinus de ſe ante converſionem; *Intelligendi celeritas, & diſcendi acumen, Domine, donum tuum erat, ſed non inde ſacrificabam tibi. Itaque mihi non ad vſum, ſed ad pernitiem magis valebat, quia tam bonam partem ſubſtantiæ meæ ſategi habere in*
Pſal. 58. *poteſtate, & fortitudinem meam non ad te cuſto-*
Luc. 16. *ſtodiebam; ſed profectus ſum abs te in longinquam regionem, ut eam diſſiparem in meretriceas cupiditates. Nam quid mihi proderat bona res, non vtenti*
Epiſt. 39. *bene?* Idem Auguſt. ad Licentium; *Si calicem aureum*, inquit, *inueniſſes in terra, donares illum Eccleſiæ Dei: accepiſti à Deo ingenium ſpirilitater aureum, & miniſtras inde libidinibus? & in illo ſatanæ propinas teipſum?* Conqueritur Dominus per
Oſeæ 1. Prophetam; *Multiplicavi eis aurum & argentum*, id eſt, ornavi eos variis, iiſque pretioſis donis ac beneficiis; *quæ fecerunt Baal*, & obtulerunt ea diabolo; ſicut faciunt illi, qui bonis Domini abutuntur ad ſuas nequitias, ad voluptatem, ſuper-
In Pſal. 38. biam, luxum, vanam gloriam, &c. Notanda ſen-
Matth. 25. tentia D. Auſtugini, *Projicitur in tenebras exteriores ſeruus, non everſor ad perdendum, ſed piger ad erogandum. Quid exſpectare debent, qui cum luxuria conſumpſerunt, ſi damnantur qui cum pigritia ſervaverunt?*

Mouere

Movere autem nos debet ad rectè & fideliter diſpenſandum bona Domini: Primò ratio exactiſſimè reddenda de omnibus in iudicio, tum priuato, tum publico. Ait Chriſtus; *De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii.* Ex hoc uno, diſce, & cogita reliqua. *Cuncta quæ fiunt*, inquit Sapiens, *adducit Deus in judicium; omne abſconditum, ſive bonum, ſive malum. Facile eſt coram Deo, in die obitus, retribuere unicuique ſecundùm vias ſuas*, ait Eccleſiaſticus. Unde rectè V. Beda; *Meminerimus facta & cogitationes noſtras, non in ventum diffluere, ſed ad examen ſummi iudicis cuncta ſervari, in fine nobis oſtendenda, ſive per amicos Angelos, ſive per hoſtes.* Quod etiam ibi terribili exemplo demonſtrat. Et D. Auguſt. *Reatus peccatorum manet in occultis legibus Dei, quæ conſcriptæ ſunt quodammodo in mentibus Angelorum, ut nulla ſit iniquitas impunita, niſi quam ſanguis mediatoris expiaverit.*

Matth. 12.
Eccleſ. vlt.
Eccleſ. 18.
Li. 5. c. 15. hiſt. Angli.
Cont. Iul. lib. 6. c. 8.

Homo, inq. D. Baſil. *non eſt niſi anima carni alligata, qui à ſapientiſſimo artifice in maternis ſinibus formatur, ex tenebroſis illis thalamis in lucem partus tempore educitur, ordinaturque ut his quæ in terris ſunt, imperet. Lex ei datur, ut virtutem exerceat; plaſten imitetur, & probè diſpoſitam in cœlis diſciplinam, adumbret in terris. Hic dum hinc vocatur, diſcedit; ad Dei, qui ipſum miſit, tribunal ſiſtitur, eorum quæ in hac Republica geſſit, retributionem accipit. Illud*, inquit Auguſt. *rectiſſimè & valde ſalubriter creditur, iudicari animas cùm de corporibus exierint, antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari, atque in ipſa qua hic vixerunt, carne torqueri, ſive gloriari. Hæc*

Hom. 23.
De orig. animæ, lib. 2. cap. 4.

itane

itáne tandem ipſe neſciebas? Quis adversùs Evangelium tanta mentis obſtinatione obſurduit, ut in illo
Luc. 16. *paupere, qui poſt mortem oblatus eſt in ſinum Abrahæ, ut in illo divite, cujus internus cruciatus exponitur, iſta non audiat, vel audita non credat?*

Secundò ad idem movere nos debet ablatio
In Ench. villicationis: auferetur enim tunc omnis benè
cap. 116. merendi opportunitas. *Hic omne meritum comparatur,* ait D. Aug. *quo poſſit poſt hanc vitam relevari*
Ioan. 9. *quiſpiam, vel gravari. Nemo autem ſe ſperet, quod*
Galat. 6. *hìc neglexit, cùm obierit, apud Deum promereri.* Sicut Chriſtus dixit; *Venit nox, quando nemo po-*
2. Cor. 5. *teſt operari:* Et Apoſt. *Dum tempus habemus,* inq. *operemur bonum.* Quod tempus explicat, cùm dicit *unumquemque recepturum, provt geſſit, dum eſſet in*
Eccleſ. 9. *corpore.* Unde & Eccleſiaſtes admonet; *Quodcunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare;*
Eccleſ. 14. *quia nec opus,* i. actio meritoria, *nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Et alius; *Ante obitum tuum operare iuſtitiam; quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum,* i. non eſt locus bonorum operum & meritorum colligendorum, quibus ſe homo tunc reficiat.

Hiſce ergo verbis D. Auguſtini, quibus ad ſuos
Lib. 6. Cōf. ferè uſus in converſione, nos invicem excitemus;
cap. 11. *Pereant omnia, & dimittamus hac vana & inania: conferamus nos ad ſolam inquiſitionem veritatis,* ad ſolam operationem virtutis. *Vita hac miſera eſt, mors incerta. Si ſubitò obrepat* (ut frequenter fit) *quomodo hinc exibimus? Et ubi nobis diſcenda, & agenda ſunt quæ hìc neglleximus? An non potiùs hujus negligentiæ gravia ſupplicia luenda ſunt? Quid cunctamur igitur, relicta ſpe ſeculi, conferre nos to-*

tos

Digitized by Google

tos ad quærendum Deum, & vitam beatam? Deinde, perpendat quiſque ſecū prudenter & accuratè, ſi iam in mortis neceſſitate conſtitutus eſſet, quidnam in anteacta vita ſeſe vellet boni egiſſe, quidve mali cauiſſe? Id verò, ſi ſapit, nunc agat, nunc caveat, dum agendi & cavendi tempus ſuppetit. *O quàm felix & prudens*, ait quidam Sapiens, *qui talis nunc nititur eſſe in vita, qualis optat inueniri in morte. Veniet fortè quando unum diem ſeu horam pro emendatione deſiderabis, & neſcio an impetrabis.* Petebat Chryſorius, cùm à dæmonibus eius anima extraheretur de corpore, inducias uſque mane: non impetravit. Tho. Kēp. l. 1. de Imi. cap. 23.

Gregorius Nazianz. vitam ipſam tradit eſſe quaſi mercatum, cujus dies cùm abierit, tempus amplius non ſit emendi quæ velis. Clarum eſt in divite epulone, & fatuis virginibus, quibus negatum quod petebant. *Non igitur ita delinquentes peccata delectent, ut illos in ſuis actibus huius vitæ finis inveniat. Quoniam in inferno nulla eſt correctio, nec datur remedium ſatisfactionis, ubi iam non ſupereſt actio voluntatis*, inquit Diuus Leo. Et D. Cyprianus ad lapſos; *Confiteantur ſinguli delictum ſuum, dum adhuc qui deliquit in ſeculo eſt, dum admitti confeſſio eius poteſt, dum ſatisfactio & remiſſio per ſacerdotes facta, apud Dominum grata eſt. Multum utile ac neceſſarium eſt*, ait idem Leo, *ut peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali ſupplicatione ſoluatur. Quod autem manens in corpore non recepit, conſequi exutus corpore non potuit.*

Greg. in Dial. lib. 4. cap. 38. In ſentent. Luc. 16. Matth. 25. Serm. 5. de Epiph. Tract. de lapſ.

MONI

MONITUM LXIX.

Domine, ſalva nos; perimus.

Matth. 8.

PEriclitabatur navicula, in qua erant Apoſtoli; excitant Chriſtum dormientem, qui ſurgens, imperat mari & ventis, & fit tranquillitas magna. Mare hoc ſeculum ſignificat, plenum fluctibus & tempeſtatibus tentationum & tribulationum; ibi aquæ amaræ ſunt, odia, diſſenſiones, inimicitiæ, detractiones, calumniæ, &c. ibi homines ſe mutuò velut piſces devorant; major minorem; ibi à diabolo, modica eſca voluptatis, lucri, &c. velut piſces capiuntur. Hoc mare navigat Eccleſia, naviculæ comparata, quòd ex variis hominum generibus conſtet, ſicuti ex variis rebus fit una navicula; fluctuat interdum, & periclitatur; ſed non ſubmergitur, Domino illam dirigente & protegente.

Aug. in Pſ. 39. & 64.

Dicit S. Aug. quod *ab ipſo Abel, quem primũ iuſtum impius frater occidit, & deinceps uſque ad huius ſeculi finem inter perſecutiones mundi & conſolationes Dei peregrinando procurrit Eccleſia.* Perſecutiones ſunt à Diabolo, & miniſtris eius, ac propria concupiſcentia, quæ navem conantur ſubmergere. Conſolationes à Deo ſunt, de ſpe videlicet futuri præmii, & præſentis auxilii; illæ timorem injiciunt, hæ ſpem adferunt. Major autem eſt cauſa ſpei quàm timoris, quia *major eſt qui in nobis eſt, quã qui in mundo eſt.* Major eſt Chriſtus ad nos protegendum

De Civ. li. 18. cap. 51.

1. Ioan. 4.

tegendum, quàm Diabolus ad impugnandum. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* Idcirco D. Cypr. *In perſecutionibus,* inquit, *nemo cogitet, quod periculum Diabolus importet, ſed conſideret quod auxilium Deus praſtet; nec mentem labefactet humana infeſtatio, ſed corroboret per fidem Divina protectio. Dominus mihi adjutor;* ait Propheta, *non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos.*

Pſal. 92. De Exhor. Mart. c. 10. Pſal. 117.

Quod ergo Apoſtoli in navicula in periculo conſtituti fecerunt; id ab omnibus in Eccleſia Chriſtianis faciendum; quando in periculum aliquod vel tentationem veniunt; ut refugiant ad Chriſtum, excitent dormientem, clament; *Domine ſalva nos, perimus.* Alioqui; *quemadmodum Civitas,* ait Chryſoſt. *quæ muris cincta non eſt, facilè venit in poteſtatem hoſtium; propterea quod prorſus abſit id quo fuerat hoſtium incurſus arcendus; ſic & animam non munitam precibus; Diabolus facilè in ſuam redigit poteſtatem, nec multo negotio omni ſcelerum genere implet. Nam ad animam quidem precibus munitam non audet propiùs accedere, metuens robur ac fortitudinem, quam illi deprecatio ſubminiſtravit; magis vegetans animam, quàm cibus vegetat corpora.* Et rurſum; *Si quis dicat animæ nervos eſſe deprecationem, mea quidem ſententia videbitur verum dicere. Nimirum, quemadmodum corpus nervis cohæret, currit, ſtat, vivit, & compactum eſt; adeò ut ſi nervos incideris, univerſam corporis harmoniam diſſolveris; itidem animæ per ſanctas preces ſibi conſtant & compinguntur, ac pietatis curſum facilè peragunt.*

De orat. lib. 2. In eodem lib.

Homini ergo Chriſtiano valdè familiare debet eſſe orandi ſtudium, quia in eo adversùs Diabo-

lum, alioſque hoſtes præſidia nobis omnia ſita
1.Ioan. 5. ſunt. Dicit quidem D. Ioann. *Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra*; ſed non ſegnis, aut otioſa fides, victrix unquam futura eſt; ſed ea quæ humilis, quæ perſeverans, quæ firma & conſtans, quæ per dilectionem operans, ardenter implorat auxiliatorem Deum. Si enim ſine ejus adjutorio humana ſuccumbat infirmitas, quanta nobis neceſſitas indicta eſt, ut hoc frequenti precatione ambiamus? *Sicut oculus etiam pleniſſimè ſanus*, inq. S. Aug.

De nat. & grat. ca. 26. *niſi candore lucis adjutus, non poteſt cernere, ſic homo etiam perfectiſſimè juſtificatus, niſi æterna luce juſtitiæ divinitus adjuvetur, rectè non poteſt vivere.*

Epi. 1. ca. 6. Et Cœleſtinus Pontifex; *Nemo etiam baptiſmatis gratia renovatus, idoneus eſt ad ſuperandas Diaboli inſidias, & ad evincendas carnis concupiſcentias, niſi per quotidianum adjutorium Dei, perſeverantiam bonæ converſationis acceperit, ſicut docet Innocentius Primus, dicens: Nam quamvis hominem redemerit à præteritis ille peccatis, tamen ſciens illum poſſe peccare, ad reparationem ſibi, quemadmodum poſſet illum & poſt iſta corrigere, multa ſervavit, atque quotidiana præſtat ille remedia, quibus niſi freti confiſique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Neceſſe eſt enim, ut quo adjuvante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.* Ac nonnulla quidem miſericordi benignitate largitur Deus, nec petentibus, nec deſiderantibus, velut incredulis fidem, duris & impœnitentibus cordis contritionem, ipſumque ſpiritum orandi. Sed quos jacentes ſemel erexit captivoſque liberavit, niſi in oratione vigilantes, non ſuis communit præſidiis. Nec enim vigilare ſat eſt, cùm & habere ſuperbia

Epiſt. 91. inter epiſt. Auguſt.

ſuas

Digitized by Google

ſuas poſſit excubias; ſed oratione opus eſt, quemadmodum Domini habet præceptum; *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Matt. 26.

Quo fit ut hoc remiſſo & languente orandi ſtudio, facilè rurſus captivam pravis deſideriis animam, humanæ prædo ſalutis abducat. Neque verò accidere homini periculioſior tentatio poteſt, quàm ſi orare non delectet. Vide Aug. in pſ. 106. Etenim cùm in propinquo vigilet hoſtis; quonam modo non ab illo protinus rapiatur inermis repertus, & ipſo orandi faſtidio devorationi præparatus? Idcircò & quotidiana, & omnibus pſallendi horis frequens Eccleſiæ precatio eſt; *Deus in adjutorium meum intende.* Pſal. 34. 39. 6. Quæ quidem & illius pientiſſimi ac vigilantiſſimi Prophetæ eſſe ſolebat oratio. Uti & illa in eodem pſalmo; *Ego verò egenus, & pauper ſum, Deus adjuva me: adjutor meus, & liberator meus es tu, Domine, ne moreris.* Quamquam enim gratia Dei juſtificatus erat, tamen naturæ imbecillitatem, vitiumque inveteratum, & Diaboli circumcirca frementis conatus agnoſcens; ſeque in iis quæ propria ſunt, ante ſuos oculos conſtituens, egenum ſe & pauperem, atque adjutrice Dei manu egere, confitetur; & uſque adeò id quidem, ut nec differri patiatur auxilium, nullas videlicet, de hoſte ſuo ſperans inducias: *Domine*, inquit, *ne moreris.* Id epiſt. ad Demet. Et quia *nullum eſt tempus, nullúmque momentum*, inquit Divus Proſper, *quo homini pernitioſum non ſit, ſi ab eo defuerit auxilium Chriſti.*

Plus autem valet hæc oratio, quandò in navicula, id eſt, Eccleſia fit, in ſocietate Sanctorum. Poſſet enim quis etiam omni armorum genere in-

ſtructus, vinci, & ab hoſte capi, ſi ſe à reliquis ſejunxerit, ſoluſque reperiatur: ita poteſt quis minùs ad reſiſtendum valere, ſi ſocietatem Eccleſiæ reliquerit. Neque enim de nihilo dictum eſt à Propheta; *Urbs fortitudinis noſtra Sion. Salvator ponetur in ea murus & antemurale.* Quæ enim illa Sion, niſi Eccleſia eſt? quam ſicut ædificavit, ita ejus omne præſidium, firmamentum, munitioque, unus eſt Salvator, Chriſtus Dominus.

Iſai. 26.

In hac ergo munitiſſima civitate cuſtodit nos Dominus præſidiis firmiſſimis, ſi ad id fuerit frequenti & humili precatione invitatus. Tum fit illud quod alius Propheta dicit, *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël; Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua.* De qua Eccleſia iterum Propheta; *Tabernaculum erit in umbraculum diei, ab æſtu, & in ſecuritatem & in abſconſionem à turbine & pluvia.* Tabernaculum hoc Eccleſia eſt, quæ ubram illam nobis præbet, de qua alibi ex perſona fidelium: *Spiritus oris noſtri, Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus. Nobis enim* (ait D. Ambroſius) *expandit manus ſuas Ieſus, ut totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in umbra, qui crucis ejus protegimur velamento? quomodo non ſumus in umbra, quos Crucifixus à malignitate ſeculi, & corporis ardore defendit?*

Pſal. 129. Iſai. 4. Thren. 4. Lib. 7. in Luc.

Hoc veriſſimè dicit Ambroſius, fieri per Chriſtum, cujus protectione obumbramur; ſed in Eccleſiæ tabernaculo, quod ideo umbraculum ab æſtu nominari à Propheta cognoſcimus. Ibi ergo fit, quod aliàs propheta gratulabundus commemorat; *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Præ-

Pſal. 139.

ſens

ſens enim vita,quæ tota tentatio eſt, dies belli eſt, quia vel foris,vel intus nunquam deeſt adverſitas, cui debeat repugnari.Laborans igitur Chriſti miles in hoc bello, rectè ſibi obumbrationem petit gratiæ Dei, ne æſtu laborum debilitatus areſcat. Idcirco adjungit,*Ne tradas me à deſiderio meo peccatori*, ut eum propterea in die belli intelligeremus obumbratum eſſe,ne ureretur æſtu deſiderii,à quo vincitur,is traditur peccatori, & adverſæ poteſtati ſubjicitur.

Iob 7.

Vide Aug. & Proſp. in illum pſal.

MONITUM LXX.

Deus,propitius eſto mihi peccatori.

Luc. 18.

HÆc oratio Publicani, qua ex animo & cum dolore agnoſcit & confitetur peccata ſua, eorumque veniam precatur,brevis quidẽ, ſed pia admodum, humilis, ſalubris,ac efficax eſt: omnibus etiam juſtis communis, ac quotidie in uſu habenda.Nemo enim juſtorum ſine peccato hîc vivit,& *nullus in Eccleſia Dei fidelium reperitur*, inq. Aug. *in quolibet profectu,excellentia,atque juſtitia, qui ſibi audeat dicere non neceſſariam precationem Orationis Dominicæ, Dimitte nobis debita noſtra: & dicat ſe non habere peccatum,ne ſeipſum decipiat,& veritas in eo non ſit*.Et in lib.de Nat.& grat.Sanctiſſimos viros,fœminaſque proferens,omnes dicit fuiſſe peccatores, etiam tunc cùm benè viverent; excepta Sanctiſſima Virgine Maria,*de qua propter honorem*

Epiſt.95.
De perfect juſt.ſub fin.
Matth.6.
1.Ioan.1.
Cap.39.
Vid.lib.4. c.20. cõt.2. ep.Pelag.

Digitized by Google

L. 2. de pec. merit. c. 7. de ſpir. & lit. c. ult. *Domini*, inquit, *nullam prorſus cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit, ad vincendum omni ex parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum.*

De nat. & grat. c. 34. & ſeq. De Grat. Chriſti c. 48. Quod autem dicit Ambroſius, Zachariam & Eliſabeth vixiſſe ſine peccato, intelligendum id de grandi peccato: minuta non ſolent commemorari. Nam ipſe Ambroſius alio loco ait; *Si minutiùs excutias, nemo ſine peccato.* Si quis nihilominus aliquem juſtorum, aut eſſe, aut fuiſſe putaret, qui Dei gratia eò profeciſſet, ut hîc ſine omni peccato viveret; dicit Auguſtinus, hunc ejus errorem humanum eſſe ac tolerabilem, eumque elaboranda & optanda affirmare, etiamſi quod affirmat non poſſit oſtendere. Non autem dicimus juſtum ſemper peccare, quod hæreticum eſt, ſed peccatum habere. Aliud enim eſt peccare, aliud peccatum habere: quemadmodum longè aliud eſt, eſſe debitorem, ſeu debitum habere; aliud debitum contrahere. Peccare enim eſt aliquid pravi agere, unde reus fias, & Deo debitor ac obnoxius: habere autem peccatum, ut definit Auguſtinus, eſt reum eſſe propter pravum opus commiſſum. Dicimus igitur ſemper habere juſtum propter quod veniam à Deo petat, dicatque; *Dimitte nobis debita noſtra*, quia videlicet frequentiſſimè peccat, non quia ſemper peccat. Lib. 1. de nupt. c. 26.

Et quanquam ſtatim à baptiſmo peccato careat homo, non poteſt tamen notabili aliquo tempore ſine peccati reatu hîc vivere. Interim timere debent etiam recenter baptizati, ne fortè peccatum aliquod habeant, ob proprii cordis inſcrutabilita

tabilitatem. Unde D. Hieronym. *Quamvis ſit hominis perfecta converſio, & poſt vitia atque peccata virtutum plena poſſeſſio, nunquid poſſunt ſic eſſe ſine vitio, quomodo illi qui ſtatim de Chriſti fonte procedunt? Et tamen jubentur dicere, Dimitte nobis debita noſtra, non humilitatis mendacio* (ut Pelagius interpretatur,) *ſed pavore fragilitatis humanæ, ſuam conſcientiam formidantes.* Lib.3.cont. Pelag. in fine. Matth.6.

Dicebat Pelagius, ſanctos confiteri peccata humiliter, non veraciter; contra quod eſt Canon IV. Concil. Carthag. Vel quando dicunt hujuſmodi ſententias, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus,* &c. Et, *In multis offendimus omnes:* non dicunt in ſua ipſorum perſona, ſed eorũ qui ſunt in ipſorum populo peccatores, contra quod eſt Canon VII. ejuſdem Concil. Tertiò fingebat in ſcripturis, quandoque dici peccatum, quod ex conditione & natura noſtra habemus, quod utique remiſſione non indiget. Et hoc rejicit D. Hieron. *Donec,* inquit, *mortale hoc in immortalitatem mutetur, neceſſe eſt nos ſubjacere peccato; non naturæ & conditionis vitio (ut tu calumniaris) ſed fragilitate & commutatione humanæ voluntatis, quæ per momenta variatur: quia ſolus Deus eſt immutabilis.* A qua Pelagii explicatione nõ procul recedere videtur Gennadius, dicens; *Veraciter ſe omnes ſancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent, quod plangant, etſi non reprehenſione conſcientiæ, certè mobilitate & mutabilitate prævaricatricis naturæ.* Neque enim mutabilem eſſe, peccatum eſt. Idem refutat Maxentius Joannes: *Si quis dicit naturale eſſe peccatum, peccati cauſam naturarum conditori dementer adſcribens, anathema ſit.* 1.Ioan.1. Iac.3. Lib.2. cont. Pelag. in fine. De Eccleſ. dogmat. cap.86. In li. fidei, c.30 anathem.10.

Quærebat ab Auguſtino Pelagius, quodnam

Digitized by Google

De nat. & grat. c. 38. eſſet peccatum Abel? Cui reſpondet Auguſtinus: Peccata ejus, tametſi meritò juſtus appellatus ſit, fuiſſe, *ſi quoties paulò immoderatiùs riſit, vel animi remiſſione jocatus eſt, vel vidit aliquid ad concupiſcendum, vel immoderatiùs poma decerpſit, vel pluſculo cibo crudior fuit, vel cum oraret cogitavit aliquid, unde ejus in aliud avocaretur intentio, & ſimilia. Quoties illi iſta & ſimilia multa ſurrepſerint, an fortè peccata non ſunt, de quibus generaliter cavendis atque cohibendis admonemur præcepto Apoſtolico, ubi* Rom. 6. *dicit, Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ad obediendum deſideriis ejus? His quippe ne obediamus ad ea quæ non licent, vel minùs decent, quotidiana & perpetua conflictatione certandum eſt.*

Ut autem ab iis liberemur, exemplo Publicani, agnoſcere ea & confiteri debemus, quod eſt adverſùs quæcunque peccata ſeu parva ſeu magna præſens remedium. Unde & Joannes, poſtquam dixiſ- 1. Ioan. 1. ſet, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus*, &c. ne ob multitudinem peccatorum deſperaremus, ſubdit, *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus, ut remittat.* Loquitur autem de remiſſione peccatorum, qualis apud Moyſen, Prophetas, ac in Evãgelio deſcribitur. Hæc enim ex dolore & erubeſcentia ſuper peccatis proficiſcitur, & invocationẽ miſericordiæ Dei conjunctam habet. Talis fuit Luc. 18. Publicani, qui percutiens pectus ſuum, pœnas videlicet de ſeipſo exigens, nec oculos audens levare ad cœlum, implorabat humiliter miſericordiam 1. Eſd. 12. Dei. Talis fuit & Eſdræ, qui ait, *Sciſſo pallio & tu-* Eſd. 1. & 9. *nica, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum, & dixi; Deus meus confundor & erubeſco levare faciem meam ad te, quia multiplicatæ ſunt ini-*

quitates

quitates noſtræ ſuper caput noſtrum,&c. Talis & Danielis, in oratione ſua, pro ſuis & aliorum peccatis. *Tibi*, inq. *Domine, juſtitia; nobis autem confuſio faciei, & patribus noſtris qui peccaverunt*. De tali confeſſione ſcribitur in Levitico: *Tabeſcent in iniquitatibus ſuis in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum ſuorum, & ſua affligentur, donec confiteantur iniquitates ſuas, & majorum ſuorum, quibus prævaricati ſunt in me, & ambulaverunt ex adverſo mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incircunciſa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus ſuis*. Sic in pſalmo intellectus deſcribitur vir ſanctus contra ſeipſum iniquitatem ſuam Deo confiteri, & orare pro ea in tempore opportuno.

Dan. 3. Lev. 26. Pſal. 31.

Ex quibus intelligimus, quàm ſerium ſit his vitæ novæ concipiendum ac inſtituendum ſtudium, qui peccata ſua coram Deo verè confiteri volunt; nimirum conjungendum eſſe luctum, jejunia, eleemoſynas, quemadmodum Eſaias, Joël, ac Jonas admonent. Et ut ſummatim dicatur, de ea confeſſione loquitur Joannes, cui conjuncta ſunt ea, quæ Deus, prout ei placet, varia, variis temporibus, pœnitentibus præſcribit. Joannes Baptiſta, & aquæ ablutionem exigebat, & vocalem ac externam peccatorum confeſſionem, ſicut & Chriſtus. Unde Apoſt. Jacob. *Confitemini alterutrum peccata veſtra; levia fratri, gravia Sacerdoti*, inq. V. Beda. Uſus ejus monſtratur in Actis, ubi dicitur, quòd *multi credentium veniebant confitentes & annuntiãtes actus ſuos*. Confeſſionis autem meminit Joannes; quia primum omnium in ſanatione hominis, eſt peccati agnitio. *Quæ ſpes eſt*, ait Aug. *quotidie peccantibus nobis?*

Iſa. 58. Ioel. 2. Ion. 3. Matth. 3. Bed. in illũ loc. Iac. Tract. 1. in ep. Ioan.

nobis. Ante omnia confeſſio, ne quiſquam ſe dicat juſtum, & ante oculos Dei, qui videt quod eſt, erigat cervicem ſuā homo, qui nō erat, & eſt. Et eſt non alia ratio perveniendi ad pulchritudinem, quàm per confeſſionem. Unde David; *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.* Præcedit confeſſio, ſequitur pulchritudo. *Vis eſſe pulcher? confitere: fœdus eras, confitere, ut pulcher ſis: peccator eras, confitere, ut juſtus ſis: vome mala quæ avidè voraſti, & vide ne redeas ad vomitum.* Ante omnia ergo confeſſio. Deinde dilectio, quia *charitas operit multitudinem peccatorum.*

Pſal. 95. Aug. in pſ. 95. 1. Pet. 4.

Coram Deo autem facienda eſt, non tantum generalis Confeſſio, qua quis confiteatur ſe peccatorem; ſed & ſpecialis ac diſtincta, qua ſe hoc modo, vel illo peccaſſe agnoſcat, juxta quod dicit David: *Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Non enim novit peccatum ſuum, qui non novit id in particulari. Sic Apoſtol. Paulus, etiam poſt paptiſmum recenſet particulatim ſua ſcelera, ut gratiam ſibi factam agnoſcat, eamque aliis etiam manifeſtet. Quia verò multis etiā occultis peccatis laboramus, generali quoque confeſſione eſt opus. Unde David: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me, Domine.* Et, *Ignorātias meas ne memineris, Domine.* Hinc & in veteri teſtamento etiam pro ignorantiis offerebatur ſacrificium. *Ama ergo confeſſionem,* ait D. Bernard. *ob quam amaris; ama confeſſionem, ſi affectas decorem. Confeſſioni jungitur decor, jungitur pulchritudo. Habes utrumque: Confeſſionem & decorem induiſti.* Et, *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.* Ita Bern.

Pſal. 50. 1. Cor. 15. Galat. 1. 1. Tim. 1. Tit. 3. Pſal. 18. Pſal. 24. Levit. 4. Epiſt. 113. Pſal. 103. Pſal. 95.

MONI

MONITUM LXXI.

Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?

Luc. 10.

DIcunt hæretici, crede te habiturum vitã æternã, & habebis. Sed quid vanius, præſertim in Chriſtiana Religione, tam multa præſcribente iis qui ſalvi fieri volunt? Quid magis abſonum à verbo Salvatoris? *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam.* Quid apertius contradicit Scripturæ dicenti; *Iuſtificatur homo ex operibus, & non ex fide tantùm?* Et, *Non auditores legis ſunt apud Deũ, ſed factores legis juſtificabuntur?* Benè ergo interrogatur, *Quid faciendo?* Quia in die judicii, nõ quæretur ex nobis, quid legimus, ſed quid fecimus; nec quid diximus, ſed quã religioſè viximus. *Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui facit voluntatem patris mei.* Et, *Reddet filius hominis unicuique ſecundũ opera ejus.* Et, *Non eſt in ſermone regnũ Dei, ſed in virtute.* Et, *unuſquiſque beatus in facto ſuo erit.* Matth. 7. Iac. 2. Rom. 2. Tho. Kẽp. lib. 1. c. 3. Matth. 7. Matth. 16. 1. Cor. 4. Iac. 1.

Sunt multi, qui varios modos & rationes exquirunt, atque adhibent, ut honores, divitias, voluptates ac hujuſcemodi alia aſſequantur, quorum ut initium, ita & finis eſt, brevíque omnia dilabuntur, de vita ac ſalute æterna parum ſolliciti; cùm primùm & ante omnia juſſi ſimus, quærere regnum Dei, ejuſque juſtitiam, & propterea *Deus huic vitæ malè dulci miſceat amaritudines tribulationum, ut alia quæ ſalubriter dulcis eſt, requiratur: & per amaritudinem* Matth. 6.

nobis. Ante omnia confeſſio, ne quiſquam ſe dicat juſtum, & ante oculos Dei, qui videt quod eſt, erigat cervicem ſuā homo, qui nō erat, & eſt. Et eſt non alia ratio perveniendi ad pulchritudinem, quàm per confeſſionem. Unde David; *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.* Præcedit confeſſio, ſequitur pulchritudo. *Vis eſſe pulcher? confitere: fœdus eras, confitere, ut pulcher ſis: peccator eras, confitere, ut juſtus ſis: vome mala quæ avidè voraſti, & vide ne redeas ad vomitum.* Ante omnia ergo confeſſio. Deinde dilectio, quia *charitas operit multitudinem peccatorum.*

Pſal. 95.
Aug. in pſ. 95.
1. Pet. 4.

Coram Deo autem facienda eſt, non tantum generalis Confeſſio, qua quis confiteatur ſe peccatorem; ſed & ſpecialis ac diſtincta, qua ſe hoc modo, vel illo peccaſſe agnoſcat, juxta quod dicit David: *Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* Non enim novit peccatum ſuum, qui non novit id in particulari. Sic Apoſtol. Paulus, etiam poſt paptiſmum recenſet particulatim ſua ſcelera, ut gratiam ſibi factam agnoſcat, eamque aliis etiam manifeſtet. Quia verò multis etiā occultis peccatis laboramus, generali quoque confeſſione eſt opus. Unde David: *Delicta quis intelligit? ab occultis meis mūda me, Domine.* Et, *Ignorātias meas ne memineris, Domine.* Hinc & in veteri teſtamento etiam pro ignorantiis offerebatur ſacrificium. *Ama ergo confeſſionem,* ait D. Bernard. *ob quam amaris; ama confeſſionem, ſi affectas decorem. Confeſſioni jungitur decor, jungitur pulchritudo. Habes utrumque: Confeſſionem & decorem induiſti.* Et, *Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus.* Ita Bern.

Pſal. 50.
1. Cor. 15.
Galat. 1.
1. Tim. 1.
Tit. 3.
Pſal. 18.
Pſal. 24.
Levit. 4.
Epiſt. 113.
Pſal. 103.
Pſal. 95.

MONITUM LXXI.

Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?

Luc. 10.

DIcunt hæretici, crede te habiturum vitã æternã, & habebis. Sed quid vanius, præſertim in Chriſtiana Religione, tam multa præſcribente iis qui ſalvi fieri volunt? Quid magis abſonum à verbo Salvatoris? *Arcta eſt via quæ ducit ad vitam.* Quid apertius contradicit Scripturæ dicenti; *Iuſtificatur homo ex operibus, & non ex fide tantùm?* Et, *Non auditores legis ſunt apud Deũ, ſed factores legis juſtificabuntur?* Benè ergo interrogatur, *Quid faciendo?* Quia in die judicii, nõ quæretur ex nobis, quid legimus, ſed quid fecimus; nec quid diximus, ſed quã religiosè viximus. *Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui facit voluntatem patris mei.* Et, *Reddet filius hominis unicuique ſecundũ opera ejus.* Et, *Non eſt in ſermone regnũ Dei, ſed in virtute.* Et, *unuſquiſque beatus in facto ſuo erit.*

Matth. 7. Iac. 2. Rom. 2. Tho. Kẽp. lib. 1. c. 3. Matth. 7. Matth. 16. 1. Cor. 4. Iac. 1.

Sunt multi, qui varios modos & rationes exquirunt, atque adhibent, ut honores, divitias, voluptates ac hujuſcemodi alia aſſequantur, quorum ut initium, ita & finis eſt, brevíque omnia dilabuntur, de vita ac ſalute æterna parum ſolliciti; cùm primùm & ante omnia juſſi ſimus, quærere regnum Dei, ejuſque juſtitiam, & propterea *Deus huic vitæ malè dulci miſceat amaritudines tribulationum, ut alia quæ ſalubriter dulcis eſt, requiratur: & per amaritudinem*

Matth. 6.

tudinem inferiorum doceatur homo amare meliora, ne viator tendens ad patriam, ſtabulum pro domo eligat, ut inq. S. Aug. *Quod ſi hominibus bonarum rerum tãta cura eſſet, quanto ſtudio aliena, ac nihil profutura, multumque etiam periculoſa petunt, eò magnitudinis procederent*, ait Salluſt. *ubi pro mortalibus gloriâ æterni fierent*. Non illa gloria quam toto corde expetit mundana vanitas, ſed illa quam in altera vita æternam ac jucundam laborantibus & perſeverantibus promittit ac ſervat æterna Veritas.

In pſal. 41. Sent. 186. apud Proſp

Initio belli Iugurt.

Interrogatio ergo eſt, *Quid faciendo vitam æternam poſſidebo?* Reſponſio datur; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; & proximum tuum ſicut teipſum. Animi noſtri motus*, inquit D. Proſper, *non poteſt eſſe ſine aliquo amore: etiam corruptus peccato, non perdidit appetitum, ſed mutavit affectum, id recipiens deſiderio, quod refutare debuit judicio.* Priùs Deum amabat, nunc mundum; priùs veritatem, nunc vanitatem; priùs juſtitiam, nunc iniquitatem. Sed éſtne hæc idonea ſatis & commoda reſponſio? cùm interrogatio fiat de opere, & reſpondeatur de dilectione? Optima reſponſio: *Ipſa enim dilectio*, ait S. Aug. *vacare non poteſt. Quid enim de quoque homine etiam malè operatur, niſi amor? Da mihi vacantem amorem & nihil operantem. Furta, adulteria, homicidia,* &c. *nónne operatur amor? Non nobis dicitur, nihil ametis, abſit: pigri eſtis, mortui, miſeri, deteſtandi, ſi non ametis. Amate, ſed quid ametis, videte: purgate amorem veſtrum, & quales impetus habebatis ad mundum, tales habeatis ad artificem mũdi. Amor Dei, amor proximi, charitas dicitur. Amor mundi, amor hujus ſeculi, cupiditas dicitur. Cupiditas refrenetur, charitas excitetur.* Et alibi: *Habet*, inquit, *omnis*

Lib. 1. de vocat. gent. cap. 7.

In pſ. 31. in præfat.

In pſ. 121. Vide & Greg. hom. 30. in Evan.

Digitized by Google

omnis amor vim ſuam, nec poteſt vacare amor in anima amantis: neceſſe eſt, ut ducat. Sed vis noſſe qualis amor ſit? Vide quò ducat. Non enim monemus, ut nil ametis; ſed monemus, ne mundum ametis, ut eum qui fecit mundum, liberè ametis. Obligata enim anima amore terreno, quaſi viſcum habet in pennis, volare non poteſt. Mundata verò ab affectibus ſordidiſſimis ſeculi, tanquam extenſis pennis, & duabus alis reſolutis ab omni impedimento ſeculi, id eſt, duobus præceptis dilectionis Dei, & proximi, volat. Quò? niſi ad Deum aſcendit volando, qui aſcendit amando?

Duos ergo rivulos habet charitas: unus ad Deum currit, alter ad proximum, qui deinde ulteriùs ad Deum pergere debet. *Dilectio enim Dei,* inq. Aug. *nullum à ſe rivulum duci extra patitur, cujus derivatione minuatur; ſed quicquid aliud diligendum occurrerit, eò rapi debet, quò totius impetus dilectionis currit,* id eſt, ad Deum. Deum autem diligere debet ex toto corde, &c. id eſt, ait S. Aug. *ut omnes cogitationes, omnem vitam, & omnem intellectum, in illum conferat, à quo habet ea ipſa quæ conferat; nullã enim vitæ noſtræ partem reliquit, quæ vacare debeat, & quaſi locũ dare, ut alia re frui velit, ſed* (ſed ut jam dixi) *quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quò totius dilectionis impetus currit.* Proximũ verò ſicut ſeipſum. Exemplar ergo proximi diligendi eſt dilectio ſuiipſius, quæ etſi inconcuſſa lege naturæ homini indita ſit, tamen ut recta ſit, & talis ut ad eam rectè effingatur proximi dilectio, præcepto de diligendo Deo dirigi debet. *Hic eſt autem rectus modus diligendi ſeipſum, ſi homo mente & corpore ſerviat atque adhæreat Deo, qui bonum eſt rationalis creaturæ, quod dilectione ſibi acquirit. Quiſquis*

De doct. Chriſt. li. 1. cap. 22.

De doct. Chriſt li. 1. cap. 22.

De doct. Chriſt. li. 1. cap. 26.

Digitized by Google

quis ergo rectè proximum diligit, hoc cum eo agere debet, ut etiam mente & corpore Deo ſerviat, atque adhæreat, quo & ipſe bonum ſuum diligendo conſequi poſſit.

Hæc autem duo præcepta charitatis, difficultatem non habere oſtendit D. Auguſt. cùm dicit: *Quî quæſo impoſſibile eſſe dicitur homini amare? amare, inquam, Creatorem, beneficum, Patrem amantiſſimum? Deinde etiam & carnem ſuam in fratribus ſuis? At verò qui diligit, legem implevit.* Utriuſque etiam dilectionis in ſe ſemina habet homo. Dei quidem, quia natura rerum pulchrarum appetentes ſumus; & natura nobis conjunctis, itemque benè de nobis meritis charitatem omnem præſtare conſuevimus, ſine prævia doctrina. Verùm quid eſt pulchritudine Divina admirabilius? quis nobis conjunctior, quàm qui nos creavit? quis plura nobis beneficia præſtitit? Proximi autem, quia *anima noſtra germinat opera miſericordiæ, habens in ſe ſemen ſecundùm ſimilitudinem: quoniam ex noſtra infirmitate compatimur ad ſubveniendum indigentibus; ſimiliter opitulantes, quomodo vellemus nobis opem ferri, ſi eo modo indigeremus.*

Rom. 13. D. Baſil. in reg. fuſ. diſput. cap. 2. Aug. in pſ. 144. Li. 13. conf. cap. 13.

Exercitium hujus geminæ charitatis ſignificatur in ſcala Jacob, quæ erecta erat à terra uſque ad cœlum, per quam vidit aſcendentes Angelos & deſcendentes: aſcendunt enim homines ſancti Angelis ſimiles ad Deum, per ejus dilectionem piis cogitationibus & deſideriis ſanctis, cupientes ei in omnibus placere: deſcendunt ad proximum per ejuſdem dilectionem, operibus miſericordiæ & charitatis, cupientes ei in omnibus ſubvenire. Dicitur de muliere forti, quæ Eccleſiam ſigni-

Geneſ. 28. Vide Aug. in pſal. 44.

ſignificat, quam non vincunt inferorum portæ, quod *omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus*; quia gemina charitate (quæ veſtis nuptialis eſt, operiens multitudinem peccatorum) Dei videlicet & proximi, ornati. Hi duo ſunt pedes, quibus itur ad Deum; de quibus D. Aug. *Pes tuus charitas tua eſt; duos pedes habeto, noli eſſe claudus. Duo pedes ſunt duo amores, Dei & proximi.* Hæ ſunt duæ alæ, quibus volatur in cœlum; alimento ſanæ fidei nutriendæ, de quibus idem Auguſt. in illud Pſalm. *Si habitavero in extremis maris, &c. Quid eſt extremum*, inquit, *maris, niſi finis ſeculi? Iam volemus ſpe & deſiderio, habentes alas geminæ charitatis. Non ſit nobis requies niſi in extremis maris. Nam ſi alibi requiem habere voluerimus, in mare præcipitabimur. Volemus quouſque finiatur mare, ſuſpendamus nos pennis geminæ dilectionis. Ad Deum interim ſpe volemus, & illum finem maris fidelis ſpe præmeditemur*, &c. ita Aug.

Prov. 31.
Matth. 22.
In pſal. 33.
Lib. 4. conf. cap. ult.
Pſalm. 138.
Auguſt. in hunc pſal.

Dicit etiam Spiritus S. in Canticis de ovibus, per quas intellige, inquit Auguſtinus, *innocentes & manſuetas animas*; quòd *nulla ſit inter eas ſterilis, ſed omnes gemellis fœtibus*. Sed nónne multi ſunt in matrimonio conſtituti, qui fidem ſibi mutuò ſervantes, Domino Deo & piè, & fideliter ſerviunt; & tamen ſunt infœcundi? nonne multæ ſunt Virgines, quæ *humanis nuptiis ſpiritalem illius ſponſi amplexum præferunt, cui ſpecioſo præ filiis hominum, ad habendam ſpiritus uberiorem fœcunditatem, nec ad amittendam carnis integritatem, nubunt?* Ita. Tamen nulla inter Dominicas oves ſterilis, ſed omnes gemellis fœtibus; quia *conceptione Spiritus ſancti*, ait D. Auguſtinus, *omnes dant fructum geminæ charitatis*, Dei videlicet, & proximi.

Cant. 4.
De doct. Chriſt. li. 2. cap. 6.
Aug. epiſt. 143.
Pſalm 44.
Ibidem.

Quæ

Quæ quos deinde, quamque multiplices edant fructus, quis explicet? Quid enim non boni facit, & mali patitur, qui Deum & proximum diligit, ut illi placeat, huic ſuccurrat? Attende ad amorem carnalem vel fœminæ, vel pecuniæ, vel ſimilium: quid non cogit hominem & facere & pati? *Amor modum neſcit, ſed ſuper omnem modum ferveſcit; Amor onus non ſentit, labores non reputat, plus affectat, quàm valet; de impoſſibilitate non cauſatur; quia cuncta ſibi poſſe & licere arbitratur. Valet igitur ad omnia, & multa implet, & effectui mancipat, ubi non amans deficit & jacet. Amor vigilat, & dormiens non dormitat, fatigatus non laſſatur, arctatus non coarctatur; territus non conturbatur.* Hæc & plura Kemp.

Virg. Æneid. 3. Vide Tho. Kempenſ. lib. 3. cap. 6. de Imitat.

MONITUM LXXII.

Ecce ego ipſe requiram oves meas, & viſitabo eas, & paſcam eas in montibus Iſraël.

Ezech. 34.

INdicatur hîc magna vigilantia & ſolicitudo ſummi Paſtoris erga oves ſuas: & magna ſecuritas ovium ſub tali Paſtore; quæ etſi deſerantur à ſuis Paſtoribus, aut quia occiduntur, aut quia fugantur, aut quia non curant oves, ſed ſeipſos paſcunt, non oves; ipſemet eas in ſuam curam ſuſcipit, ipſemet eas paſcit: ſi infeſtantur à lupis, ipſe defendit. *Nemo*, inq. *oves meas rapit de manu mea, & de manu patris mei, in æternum non peribunt.* Sic magna

Ioan. 10.

Digitized by Google

gna cum fiducia loquitur Propheta David: *Dominus regit me, ſive,* ut Auguſtinus vertit, *paſcit me,* eſt paſtor meus, *& nihil mihi deerit.* Non dicit, ait idem Auguſtinus; Quando deſunt boni paſtores, ego alios conſtituam, ſed ego ipſe paſcam eas; ſicut facit in terris hæreticorum, ubi Paſtorum miniſterio deſtituuntur oves, & tamen multas ibi adhuc eſſe, quis dubitat? Pſalm. 22. Tract. de Paſt. c. 11.

Electi in Scripturis frequenter vocantur, *Oves paſcuæ* Domini. Paſcit autem eas in montibus Iſraël, ubi abundè illis pabulum ſpirituale providit. *In loco paſcuæ,* inquit, *ibi me collocavit,* id eſt, in Eccleſia, ubi non deeſt ſolidus cibus fortibus, nec lac parvulis. Hæc paſtio variis fit modis, maximè verbo Dei, doctrina ſana, veritatis prædicatione, qua ſpiritus hominis paſcitur, nutritur, & ad æternam vitam roboratur: Quæ veritas in ſola Eccleſia Catholica reperitur. Unde D. Auguſtinus; *Noli decipi nomine veritatis; hanc ſola Eccleſia Catholica habet, & in lacte ſuo, & in pane ſuo: in hæreſi autem tantùm nomen ejus eſt, non ipſa.* Pſal. 22. Cõt. Fauſt. li. 15. ca. 3.

Sed ubi hanc paſturam inveniunt oves? *In montibus Iſraël,* id eſt, in authoribus ſanctarum Scripturarum, & earum ſacris expoſitoribus; in Eſaia, Jeremia, Petro, Paulo, Auguſtino, Hieronymo. Montes ergo ſunt Prophetæ: montes, Apoſtoli; montes, Doctores Eccleſiæ. Alti ſunt, humilitate, ſapientia, charitate: illi ſunt qui nobis tradiderunt ſanam doctrinam fidei & morum; illis credendum, illis adhærendum; ad quos etiam fugere, exſurgente hæreſi, monet Chriſtus. De quibus D. Auguſtinus, *Fidem ac doctrinam Catholicam in lacte ſuxerunt, in cibo ſumpſerunt; cujus lac & cibum* Matth. 24. Lib. 2. c. ult. in Iulian.

 parvis,

parvis, magniſque miniſtraverunt; quam contra inimicos etiam apertiſſimè ac fortiſſimè defenderunt, quibus
Pſal. 75. *Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus crevit.* Ita Auguſt. Dicit David Domino; *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.* Tu, Domine, illuminas; ſed per montes æternos. Primi montes exceperunt lucem Domini,
Epheſ. 4. hanc lucem non apud ſe retinent, ſed aliis, imò toti orbi communicant.

Hos conſtituit Dominus *Paſtores & Doctores,*
Hebr. 12. *in ædificationem corporis ſui, ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum.* De his Apoſtol. *Mementote Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem:* id eſt, cùm ex converſatione & perſeverantia in bono perceperitis eos qui vobis fidem annuntiarunt, fuiſſe verè Chriſti ſervos, manete conſtanter in ea fide, quam vobis prædicaverunt. Jeſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula, id eſt, non putandus Chriſtus, hodie aliud
Contr. velle docere, quàm quod olim per eos docuit;
Conſt. ideóque à peregrinis doctrinis cavete. Unde D. Hi-
Rom. 12. larius contra Conſtantium: *Apoſtolus ſanctorum*
Hebr. 13. *memoriis communicare nos docuit, tu eas damnare coëgiſti, cui nunc ſanctorum memoria communicabitur. Anathema tibi* CCCXVIII. *convenientes apud Nicæam Epiſcopi ſunt. Anathema deinde, qui variis expoſitionibus adfuerunt.* Scelerata etiam fuit Neſtorii præſumptio, quod ſacram Scripturam ſe primum & ſolum intelligere, & omnes eos ignoraſſe jactaret, quicunque ante ſe Magiſterii munere præditi, Divina eloquia tractaſſent. Totam etiam ſui temporis

poris Eccleſiam errare & ſemper erraſſe, aſſeveraret,quæ,ut ipſi videbatur,ignaros,erroneoſque doctores & ſequuta eſſet, & ſequeretur, ut teſtatur Vincent. Lirinenſis. Contr.Novat.

Sed audi D.Ambroſium præclarè diſſerentem: *Servemus præcepta majorum, nec hæreditaria ſignacula auſu rudis temeritatis violemus. Librum ſignatũ illum Propheticum,non ſeniores, non poteſtates; non Angeli,non Archangeli,aperire auſi ſunt: ſoli Chriſto explanandi ejus prærogativa ſervata eſt. Librum ſacerdotalem quis noſtrum reſignare audeat, ſignatum à confeſſoribus, & multorum jam martyrio conſecratum? Quem igitur reſignare conati ſunt,poſtea tamen damnata fraude ſignarunt: Qui violare auſi non ſunt, Confeſſores & Martyres exſtiterunt. Quomodo fidem eorum poſſumus denegare, quorum victoriam prædiximus?* Sic & D. Hier. *Scito*,inq.*nobis nihil eſſe antiquius quàm Chriſti jura ſervare,nec Patrum tranſire terminos, ſemperque meminiſſe, Romanam fidem Apoſtolico ore laudatam: cujus ſe eſſe participem, Alexandrina Eccleſia gloriatur.* Li. 3.de fide ad Gratian.cap.7. In epiſt.ad Theoph. Alexand. Epiſc. Prov.22. Rom.1.

Non quòd Majores noſtros hoc ſolo nomine, quòd majores noſtri ſint,ſequamur:quamvis enim non inſulſum ſit,quod apud Ciceronem dicit Cotta Lucullo;*Majoribus noſtris,etiã nulla ratione reddita,rationis eſſe credere*;id tamen intelligendum eſt ubi tales fuiſſe majores demõſtrari potuerit,quibus dignum ſit accommodari fidem. Alioqui tam falſæ ſæpè,quàm veræ Religiones ſuſciperentur,falſa majorum authoritate. Contra quam perſuaſionem ſcripſit Lactantius. Unde Timotheũ ſic admonuit Apoſt.*Tu verò permane in iis quæ didiciſti; ſciens à quo didiceris*.Quam admonitionem,ut ſibi quoque In libr.de Orig. errorib. 2. Tim.3.

Digitized by Google

factam, poſterioris Eccleſiæ Paſtores inſecuti, repudiata ſemper novitate,permanſerunt in iis, quæ didicerant : probè ſcientes,quales, quantíque fuerint viri,& quàm multi,diverſis terrarum partibus,
Matth.16. diverſiſque temporibus florentes Eccleſiæ Chriſti Paſtores,à quibus ea percepiſſent, qui omnes ſi erraſſent,viderentur portæ inferi prævaluiſſe contra Eccleſiam ; quod nunquam futurum, Chriſti promiſſione certi erant.

Conc. Eph. Sic in Conc.Epheſ.omnibus Sacerdotibus numero ferè ducentis,*hoc Catholiciſſimum, hoc rectiſſimum atque optimum factum viſum eſt , ut in medium ſanctorum Patrum ſententiæ proferrentur*; quorum idcircò major meritò habebatur authoritas, quòd eorum alios Martyres , alios Confeſſores , omnes
Cōc.Chal. verò Catholicos Sacerdotes fuiſſe conſtaret.Et in Concilio Chalcedonenſi , cùm dixiſſet aliquis; Vultis fidem ſanctorum Patrum innovare? omnes una voce reſponderunt : *Si quis innovat, anathema ſit* ; *Si quis diſcutiat , anathema ſit : ſanctorum Patrum fidem ſervemus oportet*.

Paſcit ergo Dominus oves ſuas in montibus æternis.Æterni ſunt;quia Dominus eos æternos fecit,& eorum doctrina in æternum ſtabit;& eam ſequentes , æternos ac immortales facit. *In his ergo montibus ſunt delitiæ cordis noſtri* ; *ibi nihil veneno-*
De Paſtorib.ut ſup. *ſum,nihil alienum*,inquit D.Auguſtinus. *Quicquid inde auditis,hoc benè vobis ſapiat*; *quicquid extra eſt reſpuite*.Sunt alii montes non Dei,ſed Diaboli, ut hæretici & ſchiſmatici : montes, ob tumorem ſuperbiæ,& præſumptionem cordis ſui. Talis mons Donatus, Arius,Calvinus , Lutherus, qui contempto mundo,tota Eccleſia,tot Patribus,qui doctri-

na,

Digitized by Google

na, pietate, miraculis claruerunt, ſequuntur altitudinem & præſumptionem cæci cordis ſui. Quem ſuperbiæ tumorem ſcribit S. Auguſtinus eſſe omnium hæreticornm, qui ſe à Chriſti unitate diſcindunt, ut ſolos ſe eſſe Chriſtianos jactent, damnentque cæteros. Ad quos & alibi idem Auguſt. *De quo tribunali dicis tu ſententiam in orbem terrarum? In quo foro mundus ante te ſtetit? Iudicas de tribunali, ſed ruinoſo, præſumptione, videlicet, cordis tui.* Cōt. Creſc li. 4. cap. 59 In pſal. 147

Hi montes non æterni, ſed temporanei ſunt. *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat. Multæ hæreſes,* inq. Aug. *emortuæ jam ſunt, cucurrerunt in rivis ſuis, quantum potuerunt: decurrerunt, ſiccati ſunt, vix eorum memoria reperitur, vel quid fuerint.* Hæreſum & ſchiſmatum eſt, inſtar torrentis ſubitò extolli, & ſedata tempeſtate, paulatim deficere. Sicut defecerunt Donatiſtæ, qui de ducentis ſeptuaginta Epiſcopis gloriabantur, & alii hæretici, quos Deus ad noſtram correptionem & purgationem permiſit exſurgere. Per hos montes non illuminantur, ſed excæcantur homines; in his montibus non paſcuntur, ut vivant, ſed corrumpuntur, ut pereant. Pſal. 36. In pſal. 57.

Hi montes cavendi. *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, tranſmigra in montem, ſicut paſſer?* Eſt reſponſio fidelis ad prava conſilia hæreticorum. Quid illi? Dicunt Eccleſiam aut periiſſe de terra, aut ſenio delirare, aut interruptam eſſe, Prælatos ejus peſſimè vivere, &c. ergo illos deſerite, migrate ad montes, hæreticis vos jungite, Luthero, Calvino, &c. Reſpondet fidelis: In Domino confido, quod etſi abundet iniquitas, & refrixit charitas, Eccleſiam tamen ſuam non deſe- Pſal. 10. & ibi D. Aug. Matth. 28. Matth. 16.

ret, cui ſe adfuturum uſque ad finem ſeculi promiſit, adversùs quam portæ inferi non prævalebunt. Dominus promiſſum ſuum implet, non obſtante malitia hominum, ideò in ea mihi manendum eſſe cenſeo uſque ad mortem. *Hæretici*, inquit Aug. in Pſal. 10. *commemorando & exaggerando multorum in Eccleſia peccata, quaſi apud ipſos juſti aut plures, aut omnes ſint, ab unius Eccleſiæ veræ matris uberibus nos avertere atque abripere moliuntur, affirmantes quod apud ipſos ſit Chriſtus, & quaſi piè ſtudioſeque monentes, ut ad eos tranſeundo, tranſmigremus ad Chriſtum, quem ſe habere mentiuntur.* Et epiſt. 137. *Hæretici non habendo quid in cauſa ſuæ diviſionis defendant, non niſi hominum crimina colligere affectant, & ea ipſi plura falſiſſimè jactant ut quia ipſam divinæ ſcripturæ veritatem criminari & obſcurare non poſſunt, homines per quos prædicatur, adducant in odium, de quibus & fingere quicquid in mentem venerit, poſſunt.* Sic & Hier. epiſt. 78. *Quid maledictorum pannos conſuitis hinc inde, & eorum carpitis vitam, quorum fidei reſiſtere non valetis? Num idcirco vos non eſtis hæretici, ſi nos quidam aſſertione veſtra cediderint peccatores; & os impietate fœdum non haberetis, niſi cicatricem potueritis in noſtra aure monſtrare? Quid juvat veſtram perfidiam, vel prodeſt pellis Æthiopica & pardi varietas, ſi in noſtro corpore nævus appareat?*

Non ergo paſcuntur oves in iſtis montibus. Habent ſuum panem hæretici, habent ſuum lac, quod porrigunt; ſed eſt panis mendacii, & lac erroris, cibus mortis. Unde Sapiens monet ab eo abſtinendum, dicens: *Ne deſideres de cibis illius, in quo eſt panis mendacii.* Et, *Fili, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis.* Precatur illis Oſeas *vulvam ſterilem,*

Prov. 23. Prov. 1. Oſeæ 9. Vide ibi D. Hier.

ſem, vel *ſine liberis*, & *ubera arentia*. Aliquando ventrem fœcundum habent, quando multos pariunt filios, quando multi eorum errores ſequuntur: habent aliquando ubera doloſo lacte tumida, quo etiam plurimos lactant, quando locum habet illud Apoſt. *Mali autem homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes*. Quod cum magno animi dolore Propheta conſiderans: *Da eis, Domine*, inquit, *vulvam ſine liberis, & ubera arentia*: ut homines non eos ſequantur, maneant in gremio Eccleſiæ: ſi exierint, eò ſe rurſum recipiant. Utque hoc faciant, maximè eos movere debet illa ſententia ejuſdem Prophetæ, quam ibidem habet. *Ephraim educet filios ſuos ad interfectorem*. Quod de hæreticis rectè intelligi, qui in multitudine populorum gloriantur, docet D. Hier. Educunt enim de Eccleſia filios ſuos, quos ipſi in errore pariunt, & decipiunt, ad interfectorem Diabolum. Tot enim Diabolus jugulat, quot illi in errore genuerunt: & de eo Abacuc Propheta; *Expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non ceſſat*. Et Dominus in Evang. *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit; quia non eſt veritas in eo, ſed mendax eſt, & pater ejus*.

2. Tim. 3.
Oſeæ 9.
In c. 9. Oſeę
Abac. 1.
Ioan. 8.

Digitized by Google

per Chriſtum impletur; *Ego faciam, ut in præceptis meis ambuletis.* Et, *Dabo leges meas in cordibus eorum.* Præmonet quoque ſuos; *Accedens ad ſervitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem.* Et; *Omnes qui piè volunt vivere, perſecutiones patientur.* Omnes ergo, etiam ſanctiſſimi, tenentur ſervare præcepta Domini, de quibus & David; *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*; & hoc facientes, nihilominus parare ſe ad multa patienda. *Qui enim nõ tollit crucem ſuam, & ſequitur me,* ait Chriſtus, *non eſt me dignus.* Sed charitas quam ſpiritus Chriſti diffundit in cordibus noſtris, efficit ut præcepta lubenter impleamus, & mala omnia æquanimiter portemus. Ac tales relevati ſunt, quantum huic vitæ expedit relevari. *In libertatem quidem vocati ſumus*, non eam quam jactant & volunt carnales & impii, ut ſinantur vivere ſuo modo, ſive ut ipſi volunt, *Libertatem in occaſionem dantes carnis*, ut ait Paulus, id eſt, ſub prætextu libertatis volẽtes carnẽ dominari: & ait Petrus, *velamen malitiæ habentes libertatem. Ubi ſpiritus Domini, ibi libertas,* inq. Apoſt. *quia ejus dono bene agere delectat, ubi libertas eſt, ſicut præter hũc peccare delectat, ubi ſervitus,* ait Aug. Imò gentilis Orator Cicero dicit, *in legibus Reipublicæ vinculum eſſe, & libertatis fundamentum.* Denique; *Omnes,* ait, *legum ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus.* Hoc ſi gentilis dixit, nõ erubeſcet dicere Chriſtianus: In libertatem vocatus ſum, faciam quod volo?

Ezech. 36. Ierem. 21. Eccl. 2. 2. Tim. 3. Pſalm. 118. Matth. 10. Rom. 5. Galat. 5. Galat. 5. 1. Pet. 2. 2. Cor. 3. Aug. de ſpi. & lit. c. 16. Pro Cluent.

Talis libertas eſt Religioni planè contraria, quæ à ligando dicitur, *quòd uni Deo,* ut inq. Auguſtinus, *religemus animas noſtras,* & quòd homines ad certum vivendi genus liget, & certis legibus ac ritibus aſtringat. Unde de ſapientia Religionis

De vera relig. cap. 55.

Digitized by Google

ergo quid ametur: quia in eo quod amatur, aut non laboratur, aut labor ipſe amatur. Et vide quàm pudendum & dolendum ſit, ſi delectat labor, ut fera capiatur, ſacculus impleatur, ut pila jaciatur; & non delectat, ut acquiratur Deus. Dicit Propheta David: *Labores manuum tuarum quia manducabis*, quia ipſi labores ſanctorum non ſunt ſine gaudio, quia ex charitate fiunt, & propter ſpem fructuum, quos inde exſpectant: *Bonorum enim laborum*, ut ait Sapiens, *glorioſus eſt fructus*. Hinc additur in Pſalmo: *Beatus es*, hic in ſpe, *& bene tibi erit*, in futuro ſeculo, in re. Pſal. 127. & ibi Aug.

Operæpretium eſt autem declarare quare charitas jugum dicatur, quod videlicet homines inter ſe & Deum unit & conjungit. Ad quam unitatem ſæpè hortatur Apoſtolus; *Solliciti*, inq. ad Epheſios, *ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis*. Et, *Id ipſum dicatis omnes, idem ſapiatis unanimes, idipſum ſentientes*, &c. Atque hujus unitatis afferens cauſam & fundamentum, & quæ à nobis eam exigunt; *Unum*, inquit, *corpus, & unus ſpiritus, una ſpes vocationis veſtræ. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, & Pater omnium.* De primis Chriſtianis dicitur, quod erat *illis anima una, & cor unũ.* Idem credebant, idem volebant, idem deſiderabant. Et hoc Chriſtus Dominus in cœna à Patre obnixè petiit; *ut ſint*, inq. *unum, ſicut & nos unum ſumus.* Atque ideo etiam mortuus eſt, *ut diſperſos*, fide, animo, religione, *congregaret in unum*, non locum, ſed corpus. Qui & ad hanc corporis unitatem ſervandam unum omnibus præfecit Paſtorem, ubi dixit, *Paſce oves meas*, quo ſic *capite conſtituto ſchiſmatis occaſio tolleretur*, ait D. Hier. Hanc unitatem etiam inſtituto ſacrificio non ſolùm declaravit, ſed & confirma

Epheſ. 4. 1. Cor. 1. Philip. 2. Epheſ. 4. Actor. 4. Ioan. 17. Ioan. 11. Ioan. ult. Cont. Iovin lib. 1. Vide Cyp. li. 1. epiſt. 8. 1. Cor. 10. 1. Cor. 12.

confirmavit, & perfecit, ut baptizati priùs in unũ corpus, poſtea magis unum eſſemus, omnes qui de uno pane participamus. Hanc unitatem ſcindunt hæretici, qui non idem credunt; eandem ſcindunt mali Catholici, qui non idem volunt; ſervant autem inter ſe boni, qui eadem fide & charitate inter ſe ſunt conjuncti.

Pſal. 132. & ibi Auguſt. *Ecce*, inq. Propheta, *quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum*, id eſt, habere cor unũ & animam unam, idem ſentire, idem deſiderare. In quem Pſalm. D. Aug. *Dulcis eſt ſonus, dulcis melodia, non ſolùm in cantu, ſed & in intellectu. Et hic ſonus etiam monaſteria peperit, ad hunc ſonum excitati ſunt fratres, qui habitare in unum concupierunt: iſte verſus fuit tuba ipſorum; ſonuit per orbem terrarum,*
Pſal. ult. *& qui diviſi erant, congregati ſunt in unum.* Ad quam unitatem adhortatur idem Propheta, dicens: *Lau-*
In Paſt. parte 3. adm. 23. *date Deum in tympano & choro In tympano, ſicca & percuſſa pellis reſonat*, ait D. Greg. *In choro autem voces ſociatæ concordant. Laudate ergo Deum in affli-*
Cant. 1. Bern. ſerm. 29. in Cant. *ctione corporis, & concordia mentis.* D. Bernardus tractans illud Cantic. *Filii matris meæ pugnaverunt contra me. Longè quæſo*, inquit, *à vobis facite ſemper hoc tam abominabile, & deteſtabile malum, vos qui*
Pſal. 132. *experti eſtis, & quotidie experimini, quàm bonum ſit, & quàm jucundum habitare fratres in unum, ſi tamen in unum, & non in ſcandalum, alioquin nec jucundum planè, nec bonum, ſed peſſimum ac moleſtiſſimum. Væ*
Galat. 5. *autem homini illi per quem unitatis vinculum jucun-*
Cant. 1. *dum turbatur. Iudicium profectò portabit quicunque eſt ille. Ante mihi contingat mori, quàm audire in vobis quempiam juſtè clamitantem; Filii matris meæ pugnaverunt contra me.*

MONI

MONITUM LXXIV.

Per unum hominem peccatum intravit in mundum.

Rom. 5.

VAria ſunt in Scripturis ac Patribus teſtimonia de originali peccato. *Nemo mundus à ſorde*, inq. Job, *nec infans, cuius eſt unius diei vita ſuper terram.* Sic D. Auguſt. legit, & Hier. ac de peccato originali interpretantur, ut videre eſt apud Auguſtinum epiſt. XXVIII. ad Hieron. ubi & ipſum commendat, quòd libro in Jonam dixerat, parvulos jejunare coactos propter peccatum originale. Rurſum Job; *Pereat*, inquit, *dies in qua natus ſum, non in qua conditus*, ut notat Gregorius, *ſed in qua natus ſum. In die quippe juſtitia homo conditus eſt; ſed in tempore culpa natus.* Et D. Ambroſius; *In tentatione*, ait, *loquitur myſteria, optat perire diem carnalem, ut ſuboriatur ſpiritalis.* Et Propheta David; *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis aluit me in utero mater mea.* Ita enim legit Auguſtin. Qui & in Confeſſ. recenſens peccata infantiæ & pueritiæ, deinde rediens ad tempus quo fuit in utero: Si, inquit, & in iniquitate conceptus ſum, & in peccatis me in utero aluit mater mea, ubi, aut quando innocens fui? Sic & Apoſtolus; *Per unum hominem peccatum intravit in mundum:* id eſt, inquit Auguſtinus, *in univerſum genus humanum.* Et; *Eramus & nos naturâ filii iræ*, id eſt ab ipſa nativitate; quia *vitium pro natura inolevit*, ait;

Ca. 25. juxta 70. Aug. ep. 28. Lib. 2. c. 9. Evag. c. 38. Iob 3. Greg. in illud Iob. Lib. 4. in Luc. Pſal. 50. Lib. 1. cap. 7 Rom. 5. Enchir. 27. Epheſ. 2. Tract. 4. in Ioan.

Digitized by Google

ait Aug. Denique Joannes Apoſtolus : *Mundus*, inquit, *totus in maligno poſitus eſt*, id eſt, totum genus humanum, quod mundum inhabitat, illique adhæreſcit, poſitum eſt in malitia, atque idcirco etiam in maligno, id eſt, ſub Diabolo.

1. Ioan. 5.

Peccatum originale etiam intelligitur ex neceſſitate renaſcendi, de qua Dominus : *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Et ex ipſa baptiſmi forma, id eſt, exteriori ſpecie actionum, quæ in baptiſmo exercentur, quam urget Auguſtinus de peccat. merit. Fortius adhuc argumentum ſumitur ex ipſo Chriſti Domini in mundum adventu, ut peccatores ſalvaret. Ad quam diſpenſationem parvuli non pertinent, ſi ſine peccato ſint; quò pertinent ſcripturæ, quas ibidem congerit D. Auguſtinus. Denique ex cruciatibus, quos patiuntur parvuli, de quibus idem ad D. Hieronymum.

Ioan. 3.

Lib. 1. c. 34.

1. Tim. 1.

Epiſt. 28.

De eodem peccato ſæpè etiam Patres : *Omnes homines*, inquit D. Ambr. *ſub peccato naſcuntur, quorum ipſe ortus in vitio eſt. Imò*, ut idem, *prius homo ſubit contagium delictorum, quàm vitalis ſpiritus munus hauriat.* Et, *Fuit Adam, in illo fuimus omnes : periit Adam, & in illo omnes perierunt. Sicut enim Adam*, ait Auguſtin. *ſi in innocentia perſtitiſſet, ſibi ſimiles filios procreaſſet : ita nunc non ſoli Adæ nocuit ejus prævaricatio, ſed & toti ejus propagini, quam totam in ſe tanquam in radice vitiavit.* Cypr. quoque in epiſt. ad Fidum, *non aliquod decretum condens novum, ſed Eccleſiæ fidem firmiſſimam ſervans*, ait Auguſt. *ad corrigendos eos qui putabant ante octavum diem Nativitatis non eſſe baptizandum parvulum,*

De Apol. David.
Aug. li. 2. in Iul. cap. 6.
Amb. in ca. 15. Luc.
De civit. li. 14. cap. 10.
conc. Arauſ. 2. c. 2. Enchir. c. 26.
Li. 3. ep. 8.
Epiſt. 28.

lum, non carnem, ſed animam, niſi baptizetur, ait, eſſe perdendam, ac mox natum ritè baptizari poſſe, cum quibuſdam Coëpiſcopis ſuis cenſuit; neque horrendum ab ejus oſculis & amplexibus, ſed in eo recentes adhuc Dei manus cogitandas. Prohiberi, inquit, *non debet infans à baptiſmo & gratia, qui recens natus nil peccavit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit.* Vide Aug. cont. 2. ep. Pelag. li. 4. cap. 8.

Hoc quod dictum eſt de perdenda anima parvuli ſine baptiſmo propter originale peccatum, intellexit mulier illa, de qua S. Aug. quæ amiſit infantem non baptizatum. *Quem amiſſum videns, & irreparabiliter perditum, plena affectu fiducia, tulit ad memoriam S. Stephani, ab illoque cœpit eum exigere. Vides*, inquit, *mihi nullum remanſiſſe ſolatium; non enim poſſum dicere, præceſſiſſe, quem noſti periiſſe: tu enim vides quare plangam, redde filium meum, ut habeam eum ante conſpectum coronatoris tui. Hoc cum lachrymis orans, revixit filius, baptizatus eſt, & ſtatim aſſumptus eſt.* Error contrarius, Pontificum, & Conciliorum authoritate damnatus eſt, & ſi quis plura Patrum requirat teſtimonia, legat Auguſtinum contra Julian. Ser. 69. in Nov. Vide epiſt. Zozim. PP. ad omnes. Epiſc. cont. Pelag. Et Leonem Pontif. in Côc. Arauſ ca. 1. & ſeq. Côc. Cart. & Milevit. c. 2. ab Innoc. 2. approb.

Sed cùm Propheta dicat, ſe in iniquitatibus & peccatis conceptum, quæri poteſt, utrum unum ſit Originale peccatum, an verò plura? Reſpondendum: Omnibus quidem hominibus nondum renatis, unum eſſe ſpecie; cùm hæreat in omnibus ejuſdem rationis corruptio; in ſingulis verò unum numero: ſicut ſua cuique natura eſt una, ſed una integritate totius, quamvis multiplex partium diverſitate. Itaque ex diverſis vitiis partialibus, quibus variæ unius naturæ facultates inquinantur,

nantur, unum conflatur ac abſolvitur peccatum originale, quod nihil aliud eſt, quàm unius naturæ humanæ, ſecundùm ſuas partes, ingenita cor-
Enchir.44. ruptio.

Deinde dicit Auguſtinus, in ſcriptura numeros ſæpè confundi, unumque poni pro alio, ut apud
Æneid.2. Poëtam:

Num.21. *Uterùmque armato milite complent:*

id eſt, multis armatis militibus. Et in Script. *Ora Dominum, ut auferat à nobis ſerpentem*; multi enim
Matth.2. erant. Sic contrà de Herode mortuo dictum eſt
Exod.32. in Evang. *Mortui ſunt enim qui quærebant animam pueri.* Et in Exodo; *Fecerunt ſibi Deos alienos,* cùm unum vitulum tantùm feciſſent, de quo dixerunt, *Hi ſunt Dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de ter-*
Enchir.45. *ra Ægypti.*

Gen.3. Tertiò, in illo uno Adæ peccato, (ob finem videlicet, & propoſitum unum, nempe ut eſſet ſicut Deus) poſſunt intelligi plura, ſi unum ipſum quaſi in ſua membra dividatur ſingula. Nam & ſuperbia eſt illic, quia homo in ſua potiùs eſſe, quàm in Dei poteſtate, dilexit: Et ſacrilegium, quia Deo non credidit: Et homicidium, quia ſeipſum præcipitavit in mortem: Et fornicatio ſpiritalis, quia integritas mentis humanæ ſerpentina ſuaſione corrupta eſt: Et furtum, quia cibus prohibitus uſurpatus eſt: Et avaritia, quia plus, quàm illi ſufficere debuit, appetivit, &c. Quæ ſic referenda ſunt ad primi hominis peccatum, ut tamen & parvulorum peccatis originalibus, ad quendam modum debeant ineſſe cogitari, ob ſimilem depravationem, ex origine tamen tranſfuſam, non voluntate contractam, *ob quam,* ut ait

Aug.

Aug. *paruuli baptizantur*. Hiſce autem vitiis homines, etiam ex quo concepti & nati ſunt, magis minuſque laborant, provt ſe judicium habet, vel miſericordia conditoris: qui nonnullis quibus voluerit, quantumqne voluerit, parcens, indolem iis meliorem indulget, cæteros deteriores naſci ſumma æquitate ſinit. Ser 49. in Nou. Sapien. 8. Iob 31.

Denique in illo uno originali, tanquam in ſemine & radice, omnia peccata actualia continentur; concupiſcentia enim quæ eſt peccatum orig. iuxta ſententiam D. Aug. illa, videlicet, quæ eſt aver ſæ à Deo mentis ad terrena converſio, & manet in renatis, ita tamen deſtructa & extenuata, ac imminuta, vt peccati ratio non perduret; ſicut everſo ædificio ſolæ apparent ruinæ, ubi quidem natura lapidis, ſed ædificij ratio non perſiſtit; hæc, inquam, concupiſcentia, ſoluto eius reatu in baptiſmo, ad omnia peccata incitat; & peccatum, ſi vincit, facit. Unde & ab Apoſtolo etiam in baptizatis peccatum vocatur. Li. 1. de pec. merit. c. 9. & 39. lib. 2. cap. 4. De Nupt. lib. 1. c. 23. 25. li. 6. cont. Iulian. cap. 6. Rom. 5. 6. & 7.

Quæri etiam poteſt. Quomodo hoc peccatum tranſeat in poſteros à parentibus? Nónne conjugium honeſtum eſt? Nonne actus matrimonij licitus! nonne membra generationi deſtinata bona ſunt? Per quam ergo rimam, rogabat Julianus, inter tot innocentiæ præſidia, intrat hoc peccatum in animam pueri? Cui reſpondet D. Auguſt. *Quid quæris rimam, cùm tibi Apoſtolus oſtendat apertiſſimam januam? Per unum hominem peccatum intravit in mundum. Quid quæris humana ratione evertere, quod in Dei ſapientia nequis comprehendere? Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit, ſed priùs authoritatibus ſcripturarum colla ſubdenda ſunt, ut ad* Li. 3. c 24. cont. Iulian. Rom. 5. Rom. 11. Li. 5. cont. Iulian. c. 3.

 intelle

Digitized by Google

intellectum per fidem quiſque perveniat. Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit; ſed inſcrutabilia ſunt judicia Dei, & inveſtigabiles viæ eius.

Quomodo autem hoc fiat, *an* videlicet *utrumque* (id eſt anima & corpus) *trahatur à parentibus, an verò alterum in altero tanquam in vitiato vaſe*

Epiſt. 29. *corrumpatur,* ait Auguſt. *libentiùs diſco, quàm dico, ne audeam dicere quod neſcio. Hoc autem ſcio, id eſſe verum, quod fides vera, antiqua, Catholica, quæ aſſeritur peccatum originale, non eſſe convicerit falſum. Satis eſt,* inquit idem Aug. *quod modum, quo ſalva ſit anima infantis à reatu peccati, nouerimus, etiamſi nunquam, quomodo in malum illud deuenerit, nouerimus.* Habet exemplum de eo, qui inciderat in puteum. *Qui quærenti, Quomodo huc cecidiſti? Obſecro, inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non*

Cōt. Iulian. *quomodo huc ceciderim, quæras.* Et alibi; *Hoc quod*

Ibid. *de anima latet, aut ex otio diſcitur, aut ſicut alia multa, in hac vita ſine ſalutis labe neſcitur. Magis enim curandum eſt ſiue in paruulis, ſiue in grandibus, quo anima ſanetur auxilio, quàm quo vitiata ſit merito.*

MONITUM LXXV.

Beati mundo corde.

Matth. 5.

CReatus eſt homo à Deo corde mundo, Deo ſoli per amorem adhærente (quod bonum

Pſal. 72. hominis eſſe teſtatur Pſalmiſta) ſine ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxiarum, quæ magnæ ſunt cordis maculæ. Peccato fœda-

tum

tum eſt, ignorat agenda, concupiſcit noxia: nova ergo creatione opus eſt, quam petit David, dicens, *Cor mundum crea in me Deus.* De qua & D. Proſper; *Alia,* inquit, *creatione, alioque principio renovari egemus in Chriſto, in quo ſumus noua creatura, nouúmque figmentum.* Sicuti autem cor hominis coinquinat cupiditas, ita mundat ac purificat charitas. *Sed charitas*, ut ait Apoſtolus, *de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. De corde puro, ut nihil aliud,* inquit Auguſt. *quàm quod diligendum eſt, diligatur. Conſcientiam autem bonam ſubjungit, propter ſpem. Ille ad id quod credit & diligit, ſe peruenturum deſperat, cui mala conſcientia ſcrupulus ineſt: ſpem autem gerit bona conſcientia.* Et *fide non ficta*, id eſt, quæ careat hypocriſi. *Si enim,* ait Auguſt. *fides noſtra mendacio caruerit, tunc & non diligimus, quod non eſt diligendum, & rectè vivendo id ſperamus, ut nullo modo ſpes noſtra fallatur.* De qua charitate idem Auguſt. pulchrè ait: *Ille tenet & quod patet, & quod latet in Divinis ſermonibus, qui charitatem tenet in moribus.*

Pſal. 50. Ad cap. 8. Gal. & cõt. collat. c. 10. Galat. 6. Epheſ. 2. De doctr. Chriſt. lib. 1. cap. 40. Ibid. & in pſ. 31. in præfat. De doct. Chriſt. ibidem. In Ser. de laud. charit.

Prima ergo ſollicitudo debet eſſe cordis, quia ejus mundities ad multa utilis eſt ac neceſſaria. Primò, cordis mundities efficit ut intellectus rectè videat, non erret. Quod pulvis oculis, hoc animo cupiditas. *Supercecidit ignis*, videlicet cupitatis, *& non viderunt ſolem* juſtitiæ. *Qui enim affectum in terra habent, tenebroſum oculum animi gerunt*, inq. Auguſt. *Beati autem mundo corde, quoniã ipſi Deum videbunt. Volentes ergo videre Deum,* ait idem, *oculum quo Deus videri poteſt, purgemus. Quemadmodum ſi ſolẽ iſtum videre vellemus, oculum corporis purgaremus, unde videri lux poteſt. Et ubi*

Pſal. 57. & ibi Aug. Matth. 5. Tract. 7. in canõ. Ioan.

Matth. 5. *eſt iſte oculus, quo Deus videri poteſt? Audi Evan-*
Serm. de omnib. Sanct. *gelium, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Splendorē enim veri luminis ſordens acies videre non poteſt*, inquit D. Leo, *& quod eſt iucunditas mentibus nitidis, hoc eſt pœna maculoſis. Declinentur igitur terrenarum caligines vanitatum, & ab omni ſqualore iniquitatis oculi tergantur interiores, ut ſerenus intuitus tantùm Dei viſione paſcatur.* Et D.
Li. 1. c. 18. Auguſt. in Confeſſ. *lege*, inquit, *infatigabili ſpargit Deus pœnales cæcitates ſuper illicitas cupiditates.*

Amore ergo vitiorum, quo fœdatur cor hominis,
Li. 3. offic. maximè excæcatur homo. Sic de Iulio Cæſare tradit Cicero, quod libidine dominandi excæcatus dixerit; *Si ius violandum eſt, regnandi gratia violandum eſt, in aliis rebus pietatem colas.* Quid avarus
Sap. 15. apud Sapientem? *Vitam noſtram compoſitam eſſe ad lucrum, & oportere undecunque, etiam ex malo acqui-*
1. Reg. 24. *rere.* Sic Saul odio excæcatus, dixit; *Quis enim cùm invenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?* judicans non eſſe ignoſcendum inimico, ſed vin-
D. Aug. ſer. 4. de verb. Apoſt. dicandum quando opportunum. Alij delitiis, voluptatibus, comeſſationibus, ebrietatibus deditі, non ſolùm non putant ea eſſe peccata, ſed vel Dei do-
Theod. li. 9. & 10. de Græc. affec. na, vel certè ſuavia, blanda, & licita bona. Ipſi Philoſophi, qui cæteris ſcientia præſtare videbantur, non nominandam turpitudinem, tanquam honeſtam; & liberos, non ſervos decentė, exercere do-
Auguſt. De ſpir. & lit. ca. 26. cuerunt. Amor quoque vitiorum hoc efficit, ut nolit homo intelligere quomodo benè agat; atque iſto vitio lex Dei deleta eſt de cordibus, non ſolùm ut non ametur, ſed ut nec ſciatur: ſicut di-
Cōt. Creſc li. 4. cap. 17. cit Sapiens, *Excæcavit eos malitia eorum.* Et ipſe Dominus; *Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit*

Digitized by Google

venit ad lucem. Illudque locum habeat, quod veteri proverbio dicitur; *Quod volumus ſanctum eſt.* Imò ut dicat *inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Fit enim frequenter,* inquit Hilarius, *ut cùm veri neceſſitas ad confeſſionem Dei nos cogat, oblectatio tamen vitiorum Deum nobis non eſſe perſuadeat.* Pſal. 13. In Pſal. 52

Deinde qualitatem cordis ſeu voluntatis, ſequuntur reliqui omnes motus & affectiones animi. Si enim voluntas recta eſt, ſeu boni amatrix, erunt laudabiles, contra autem ſi perverſa. *Quia enim amor juſtorum rectus eſt, omnes affectiones rectas habent,* inq. D. Aug. ut ſunt cupiditas & lætitia, metus & triſtitia. *Timebat Apoſtolus, ne ſenſus Corinthiorum corrumperetur à caſtitate fidei, quæ eſt in Chriſto. Cupiebat diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Triſtitia magna illi erat, & continuus dolor pro fratribus. Gaudebat de obedientia Romanorum. Sic omnes iuſti,* ait D. Proſp. *metuunt hæreditatem regni cœleſtis amittere, cupiunt ad cœleſtem patriam pervenire; dolent tentati, gaudent de tentatione liberati. Ac per hoc recta mens rectos habet hos affectus, perverſos perverſa.* Sanctus Aug. quoque; *Metuunt,* inq. *iuſti pœnã æternam, cupiunt vitam æternam; dolent in re, propter corruptionem quam ſentiunt; gaudent ſpe, ob redemptionis exſpectationem. Item, metuunt peccare, cupiũt perſeverare: dolẽt in peccatis, gaudent in operibus bonis. Ut enim metuant peccare, audiunt; Quoniã abundavit iniquitas, refrigeſcit charitas. Ut cupiant perſeverare, audiunt quod ſcriptum eſt; Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſaluus erit. Ut doleant in peccatis, audiunt; Si dixerimus quia peccatũ non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Ut gaudeãt in bonis operibus, audiunt; Hilarẽ datorẽ diligit Deus.* Aug. li. 14. ciu. ca. 6. & 9. 2. Cor. 11. Philip. 1. Rom. 9. Rom. 16. Li. 3. de vit. cont. ca. 31. Sentent. 151. De ciu. Dei ibid. Matt. 24. 1. Ioan. 1. Eccl. 35. 2 Cor. 9.

Digitized by Google

Denique prima debet eſſe cura cordis, ut illud ſit mundum, juxta admonitionem Sapientis: *Fili omni cuſtodia ſerva cor tuũ.* Unde & David ſollicitè orat, *Cor mundum crea in me Deus*; & rationem addit Sapiens, *quoniam ex ipſo procedit vita.* Volens ſignificare, quod quemadmodum in corpore hominis, cordis maxima cura eſt habenda; & quemadmodum illud ipſa natura diligenter cuſtodit, utpote ex quo maximè hominis vita pendet, & ex quo vita ad alias corporis partes promanat; ita prima & præcipua cura eſt habenda mentis, ne ſcilicet vel erroribus, vel pravis affectionibus vitietur, Diabolo, mundo, & carne illud variis modis oppugnante, quia ex ipſa mentis bona conſtitutione pendet omnium aliarum virium animæ, omniumque actionum humanarum rectitudo, adeò ut niſi mens ſit recta & ſana, actiones externæ, etiam quæ bonæ videntur, pravæ ſint; quia, ut inquit Dominus; *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Unde benè quoque dicitur in Deuteron. *Cuſtodi temetipſum, & animam tuam ſollicitè.* Et Dominus dicit, *De corde exeunt cogitationes malæ.* Et Phariſæis; *Munda priùs, quod intus eſt, calicis & paropſidis, ut fiat id quod de foris eſt, mundum.* Et rurſum; *Arbor bona bonos fructus facit; mala malos*: intelligens per arborem, *voluntatem,* inquit Auguſtin. *ſeu bonam, ſeu malam*; *fructus autem opera, quæ nec bona voluntatis malæ, nec mala poſſunt eſſe voluntatis bonæ.*

Prov. 4. Ibidem. Matth. 6. Deut. 4. Matth. 15. Matth. 23. Matth. 7. Cõt. Iulian. lib. 1. cap. 8.

Unde & Dominus maximè petit hominis cor. *Præbe mihi cor tuum,* quod ſi habeat, & reliqua habebit. *Bonus enim homo de bono theſauro cordis ſui profert bona. Neque enim facta,* ait idem Aug. *niſi de*

Prov. 23. Matth. 12. Ser. 45. in Nou.

de cordis radice procedunt; ubi ſi plantaveris cupiditatem, ſpinæ procedunt; ſi charitatem, dulces fructus. *Sicut enim omnium malorum radix eſt cupiditas, ita omnium bonorum radix eſt charitas.* Et alibi: *Non poteſt fieri, ut habeat mala facta, qui habet cogitationes bonas. Facta enim de cogitatione procedunt: nec quiſquam poteſt facere aliquid, aut ad aliquid agendum membra mouere, niſi primò præceſſerit juſſio cogitationis. Quomodo de interiori palatio, quicquid juſſerit Imperator, per Imperium Romanorum emanat, quicquid videtis agi per Prouincias, quantus motus fit ad unam iuſſionem intus ſedentis: Sic eſt in unoquoque noſtrum Imperator, intus in corde ſedet: ſi bonus, bona jubet, & bona ſunt; ſi malus, mala jubet, & mala fiunt. Cùm ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt jubere niſi bona? cùm poſſidet Diabolus, quid poteſt jubere, niſi mala? In tuo autem arbitrio te Deus eſſe voluit, cui pares locum, Deo, an diabolo. Cùm paraveris, qui poſſidebit, ipſe imperabit.* Proſp. Sent. 112 In Pſ. 148.

MONITUM LXXVI.

Laudabuntur omnes recti corde.

Pſalm. 63.

IMò dicit Propheta Domino; *habitabunt recti corde cum vultu tuo*, id eſt, æterna vultus tui viſione potientur. Quiſque ergo operam dare debet, ut rectus ſit, & rectum cor habeat. Rectus autem eſt, qui regulæ ſuæ, quæ eſt Dei voluntas, per omnia benè conſentit, ejus implens mandata, approbans judicia. Spiritus hominis, natura ſua per peccatum corrupta, perverſus ac diſtortus eſt. Unde D. Auguſt. Domino; *Vivit apud apud te ſemper bo-* Pſal. 139.

Digitized by Google

num noſtrũ, & quia inde averſi ſumus, perverſi ſumus.

Lib 4 conf. cap. vlt. Orare ergo cum Propheta debet homo; *Spiritum*
Pſalm. 50. *rectum innova in viſceribus meis*, id eſt, in omnibus Divinæ tuæ voluntati benè conſentientem.

Duæ ſunt voluntates, Tua, & Dei, inq. Aug. *Sed voluntas tua corrigatur ad voluntatẽ Dei, non voluntas*
In Pſal. 31. *Dei detorqueatur ad tuam: Prava eſt enim tua, regula eſt illa; ſtet regula, & quod pravum eſt, ad regulam corrigatur.* Et rurſum; *Voluntas Dei eſt aliquando, ut ſanus ſis, aliquando ut ægrotes. Si quando ſanus es,*
In Pſal. 43. *dulcis eſt voluntas Dei, & quando ægrotas, amara eſt voluntas Dei, non es rectus. Quare? quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, ſed Dei vis curvare ad tuã. Illa recta eſt, ſed tu es curvus. Voluntas tua corrigenda eſt ad illam, non illa curvanda*
In Pſal. 31. *ad tuam, & rectum habebis cor.* Et alibi; *Qui labores & afflictiones quas patitur, non tribuit niſi voluntati Dei juſtæ, non illi dans inſipientiã, quòd quaſi neſciat quid agat, quia talẽ flagellat, & talibus parcit, ipſe eſt rectus. Qui autem quæ patitur mala, iniquè ſe pati dicit, dans illi iniquitatẽ, per cujus voluntatẽ patitur, aut quia non ei dare audet iniquitatẽ, aufert ei gubernationẽ; Quia, inquit, ipſe non poteſt facere iniquum, iniquum autem eſt, ut ego patiar, & ille non. Concedo enim ut ſim peccator; certè ſunt peiores qui lætantur, & ego tribulor: quod cùm ſit iniuſtũ, non gubernat res humanas: perverſus ille eſt, & pravus, & diſtortus. Er-*
Pſal. 13. *go tales tres habent ſententias, Aut non eſt Deus. Dixit enim inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus; aut injuſtus eſt; aut non gubernat res humanas. In quibus ſanè ſententiis impietas magna, aut negare Deum, aut dicere injuſtũ, aut auferre ei gubernationem. Quare hoc? quia diſtortus eſt corde. Rectus autẽ eſt Deus; & ideo*

diſtor

Digitized by Google

diſtortum cor illi non acquieſcit; quod in alio pſalmo dicitur, Quàm bonus Iſraël Deus rectis corde? Pſal. 72.

Quæritur, an ſemper nos Divinæ voluntati conformare debeamus? Reſpond. Si præceptum intelligatur, voluntas Dei, ſemper nos ei conformare debemus: ſi voluntas beneplaciti, quoniam nobis ignota eſt, nec eam ſcrutari debemus, juxta Sapientem, ſæpè aliquid diverſum ab ea petimus, Eccleſ. 3. ut fieri ſalvos, quos ipſe reprobat. Simul atque tamen nobis hæc voluntas innotuerit, probanda nobis, ac laudanda eſt, ne videamur ejus voluntatem improbare. Unde ſi nobis eſſet alicujus divinitus revelata reprobatio, ait D. Auguſt. non De ciu. lib pro illius ſalute orare liceret, quòd hoc eſſet ſuam 21. cap. 24 voluntatem ad Divinam non ſatis accommodare. Mandavit nobis Dominus petere in oratione, *Fiat voluntas tua*. Sciens enim quàm ex primi Matth. 6. parentis noſtri peccato proni, imò addicti ſimus ad faciendam *voluntatem carnis & cogitationum*, & Epheſ. 2. voluntati noſtræ depravatæ obſequendum; quòd naſcimur ſub poteſtate diaboli, tenebrarum Principis, qui nos ad opera tenebrarum inſtigat, *& in* Epheſ. 6. *filiis diffidentiæ operatur*; ab omnibus his revocans Epheſ. 2. nos, & eis abrenuntiare jubens, cœleſtis Patris voluntatem attendere docet; & ut ea fiat, humiliter Matth. 6. ſupplicare. Nomine voluntatis Dei, intelligens præcepta & conſilia Dei; ſicut & Paulus, inquiens. *Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra*; plenâ obe- 1. Theſſ 4. dientiam erga Dei mandata nobis commendans.

Imò & voluntas Dei rectè intelligitur in judiciis ejus, quibus nos juſtè affligit. Quando igitur juſto ejus judicio mala atque adverſa nobis accidunt vel imminent, rectè dicimus, *Fiat voluntas* Matth. 6. *tua*;

tua; non quidem rogantes, ut nos puniat, ſed ne contra beneplacitum ſuum nos murmurare permittat, & *tam iudicium, quàm miſericordiam ſibi cantare* faciat. Sicut nos ipſe Salvator facto ſuo docuit, dicens; *Pater tranſeat à me calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Sic in Actis cũ audirent fratres, Paulum multa paſſurum, dixerunt; *Fiat voluntas Domini.* Quid ergo, optaverunt Apoſtolo, ut talia pateretur? minimè. *Sed potiùs mentem ſuam*, inq. D. Aug. *ſublimi & divino ſtatuto devotiſſimè ſubdiderunt. Sic tanquam optans videtur dicere Propheta; Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. Videt hoc certiſſimè peccatoribus imminere, & placet ei, quod Deus ſtatuit, ne Deo ipſe diſpliceat. Nihil aliud oſtendens, niſi nobis non debere diſplicere cognitam ſententiam Dei, quam fixam & immobilem conſtituit.*

Pſal. 100. Matth. 26. Actor. 20. Ser. 28. in Nov. Pſalm. 67.

1. Reg. 3. Id ante Evangelium fecit Heli; cognita enim calamitate ſua, & filiorum ex Dei voluntate futura, dixit; *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis eius, faciat.* Et Ezechias pius Rex; *Bonus*, inquit, *ſermo Domini, tantùm ſit pax in diebus meis*: cùm audiſſet aſportationem theſaurorum domus Dei, & alia impendentia mala. Similis erat ſermo Joab; *Dominus faciet, quod bonum eſt in conſpectu ſuo.* Et Judæ Machabæi; *Sicut fuerit voluntas in cœlo, ita fiat* cùm uterque prælium initurus eſſet contra hoſtes Domini. Petrus verò graviter reprehenſus eſt, quòd cognita ſatis voluntate Dei de Chriſti futuris afflictionibus, contradixerit. Unde D. Aug. tractans illud Davidis; *Adhæſit anima poſt te. Naſcatur*, inq. *in vobis etiam iſte affectus; ſi iam germinat, compluatur*

4. Reg. 20. 2. Reg. 10. 1. Mach. 3. Matth. 16. Pſalm. 62. Aug. in illũ pſalm.

Digitized by Google

pluatur, ut creſcat, perveniat ad tale robur, ut & vos dicatis ex toto corde, Adhæſit anima mea poſt Deum; non cum Deo, ſed poſt Deum, ut ille præcedat, tu ſequaris. Qui enim voluerit Deum antecedere, conſilio ſuo vult vivere, & nõ vult ſequi præcepta Dei. Ideo & Petrus repulſus eſt, volens conſilium dare Chriſto paſſuro. Cui Dominus, Abi poſt me Sathana, nõ enim ſapis quæ Dei, ſed quæ hominum. Quare, quæ hominum? quia antecedere me vis, abi poſt me, ut ſequaris me. Ita Aug. Matth. 16.

Quod autem hoſtibus oppugnantibus reſiſtamus, non facimus contra ejus cognitam voluntatem, quia etſi conſtet, Deum nos velle oppugnari, non tamen conſtat eum nos velle expugnari. Quod ſi conſtaret, dedere nos deberemus, ſicut Judæi dedere ſe debebant Regi Babylonis, ut eſt apud Jerem. Sic graſſante morbo, non conſtat, Deum nos velle ex eo mori, ideo remedia adhibemus, ut ſanetur. Hoc argumento abuſus Lutherus, ut eſt apud Roffenſem. Sic in malis irrogatis, Divinæ æquitatis contemplatio approbationem ac laudem à nobis poſtulat; conſideratio verò humanæ miſeriæ commiſerationem, & compaſſionis affectum. Sic Chriſtus flevit Jeruſalem, & imminentes pœnas; flevit & Lazarum mortuum quatriduanum, jam fœtentem. Ierem. 38. Artic. 21. Luc. 21. Ioan. 11.

Qui autem Philoſophi ſeu hæretici, iſtos affectus excludendos putant, negantque ad perfectionem pertinere, hi contra ſe accuſantem Apoſtolum audiant, *Qui ſine affectione ſunt, &c.* Contra quos & D. Auguſt. de Civitate Dei. Rectum cor petebat, qui dicebat; *Tua voluntas, Domine, mea ſit, & mea voluntas tuam ſequatur ſemper, & ei optimè concordet. Sit mihi unũ velle, & unum nolle tecũ.* Rom. 1. 2. Tim. 3. Li. 14 ca. 9. Tho. Kemp. li. 3. ca. 17.

nec

Lib. 9. conf. cap. 1. *nec aliud poſſe, velle & nolle, niſi quod tu vis.* Et D. Auguſt. agnoſcens & confitens miſericordiam Domini ſuper ſe; *Tu Domine,* ait, *bonus & miſericors, reſpiciebas profunditatem mortis meæ, & à fundo cordis mei exhauriebas abyſſum corruptionis. Et hoc erat totum, nolle quod volebas, & velle quod nolebas. Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis* Li. 10. c. 26. *nititur hoc à te audire, quod ipſe voluerit, ſed potiùs hoc velle quod à te audierit.*

MONITUM LXXVII.

Dives induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.

Luc. 16.

Iob 7. In epiſt. ad Demetr. QVamvis tota vita hominis tentatio ſit ſuper terram, & *tam abundantia, quàm inopia, materia ſoleant eſſe peccati,* ait D. Proſper, *cùm vel dives extollitur ad ſuperbiam, vel pauper proſilit ad querelam, extiterunt tamen in omni tempore, & in noſtra quoque ætate non deſunt, ſicut & boni pauperes, ita & boni divites.* Non igitur divitiæ aut paupertas ſalutis perditioniſve ſunt cauſæ, ſed utriuſque legitimus uſus, vel abuſus. Ep. 3. in fin. Unde & D. Aug. dicit, *duplex eſſe genus hominum, qui ex fide Chriſti viuunt, eũque piè colunt. Quidã enim mala huius vitæ patienter, fortiterque experiuntur, alii bonis miſericorditer temperanterque utuntur, æternum pro utroque præmium recepturi, ſed ibi moleſtè toleranda calamitas, hîc laborioſè frenanda cupiditas.* Dicit Comicus:

Terent. in Heaut.
Hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit, ei bona: illi qui non utitur rectè, mala.

Nec

Digitized by Google

Nec diviti ergo obſunt opes, inq. Hier. *ſi eis benè vtatur, nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiã peccata non caveat. Ad utriuſque nobis rei teſtimonium, & Abraham Patriarcha, & quotidiana exempla ſuppeditant; quorum alter in ſummis divitiis amicus Dei fuit; alii quotidie in ſceleribus deprehenſi, pœnas legibus ſoluunt. Scio abundare, ſcio & penuriam pati*, dicebat Apoſtolus. Talis eſt, qui nec proſperitate corrumpitur, nec adverſitate frangitur. Quod monet idem Apoſtolus, *Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris.* Act. 1. ſcen. 2. In vita Nabudii. Philip. 4. 2. Cor. 6.

Verùm hic dives nec temperanter, nec miſericorditer uſus eſt bonis ſuis. Non temperanter, quia *induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè*: ergo abuſus eſt iis ad ſuperbiã vitæ, quam quærebat ex luxu veſtium, & ad concupiſcentiam carnis, in comeſſationibus, ebrietatibus & aliis vitiis, quæ inde ſequi ſolent. Nõ miſericorditer, quia *Lazarus mendicus jacebat ante januam eius ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat. Locupletem te dicis & divitem*, ait D. Cypr. *& utendum putas iis quæ Deus te poſſidere voluit. Utere, ſed ad res ſalutares; ſed ad illa, quæ Deus præcepit, quæ Dominus oſtendit. Divitem te ſentiant pauperes, locupletem ſentiant indigentes. Patrimonium tuum Deo fœnera, Chriſtum ciba, &c. Non injuſtus eſt Deus*, ait D. Baſil. *qui ea quæ ſunt ad victum, inæqualiter nobis diviſerit. Cur tu dives es, ille pauper? Profectò non ob aliam cauſam, niſi ut tu benignitatis ac fidelis adminiſtrationis mercedem accipias, ille verò patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu verò inſatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot homines* De habit. Virg. Hom. 6. in ditesc. avaros.

illis

illis priuans, neminem te lædere putas? Eſurientis eſt panis, quem tu retines; nudi eſt veſtis, quam tu in arca cuſtodis; diſcalceati calceus, qui apud te marceſſit; egentis argentum, quod tu terra infoſſum poſſides. Quare tot injurius es hominibus, quot poteras opem conferre. Ita Baſil.

Epiſt. 75. Sed quid de ornatu & veſte pretioſa cenſendum? D. Auguſt. Poſſidio ſcribens: *Nolo*, inquit, *de ornamentis auri vel veſtis præproperam habeas in prohibendo ſententiam, niſi in eos, qui neque conjugati, neque conjugari volentes, cogitare debeant, quomodo placeant Deo.* 1. Cor. 7. *Illi autem cogitant quæ ſunt mundi, quomodo placeant vel viri uxoribus, vel mulieres maritis: niſi quod capillos nudare fœminas (quas etiam caput velare, Apoſtolus jubet) nec maritatas decet.* 1. Timot. 2. 1. Pet. 3. Vide D. Baſil. in Moral. c. 5. *Fucari autem pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia eſt, qua non dubito etiam ipſos maritos nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari, ſecundùm veniam, non ſecundùm imperium. Nam verus ornatus maximè Chriſtianorum & Chriſtianarum, non tantùm nullus fucus mendax, verùm ne auri quidem veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt.*

Ex quibus verbis primùm patet, quod Sacerdotibus & Virginibus & viduis nolentibus nubere, illicitum ſit ornatus ſtudium; quibus tamen munda, & decens veſtis permittitur, ut D. Hieron. Li. 1. cont. Pelag. contra Pelag. *Ubique, ô Pelagi*, inquit, *mediocria hyperbolicôs tranſis, & magna ſectaris: unde adjungis, gloriam veſtium & ornamentorum, Deo eſſe contrariam. Quæ ſunt ergo inimicitiæ contra Deum, ſi tunicam habuero mundiorem? Si Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, & reliquus ordo Eccleſiaſticus in adminiſtratione*

miniſtratione Sacramentorũ candida veſte proceſſerint? Cauete clerici, cauete monachi, viduæ & virgines; periclitamini, niſi ſordidas atque pannoſas vos vulgus aſpexerit. Taceo de hominibus ſeculi, quibus apertè bellum indicitur, & inimicitia contra Deum, ſi pretioſis atque nitentibus utantur veſtibus.

Secundò diſcimus, quod fucus mendax omnibus ſit illicitus. Nam faciem ſuam fucantes, Jeſabelem imitantur & Prophetiſſas Montani, de quibus Euſebius: *Quid faciat in facie Chriſtiana purpuriſſus & ceruſſa? quorum alterum ruborem genarum, labiorumque mentitur; alterum candorem oris & colli? Ignis juvenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indicia*, ait idem Hieronymus. Non eſt tamen exiſtimandus ſeſe fucare, qui inſignem aliquam deformitatem ſuam, maculam, uſtionem, tegit; aut anhelitus vitio aromate occurrit. 4. Reg. 9. Li 5. hiſt. c. 18. Ad Furiam.

Tertiò, docemur, quod ſolis maritorum oculis ornari fœminis liceat. Ergo qui ornant ſe, ut aliorum in ſe concupiſcentiam excitent, graviter peccant, de quibus Eſaias, Tertull. & Cyprianus. Apud Valer. Maximum, ita quidam ad vxorem, quam capite aperto foris verſatam cognoverat *Lex*, inquit, *tibi meos tantùm præfinit oculos, quibus & formam tuam approbes, & placere deſideres: his decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa.* Eſai. 3. Tertull. de cultu fœminar. Cypr. de hab. Virg. Val. lib 6. cap. 3.

Quartò, quod ornamenta conjugum moderata ac honeſta eſſe debeant, quemadmodum & cæterorum non conjugatorum. Si quæras quis hic ſit dicendus exceſſus? Reſpondet Auguſtinus, attendendam eſſe cauſam, & quid conveniat perſonis, temporibus & locis. *In conuiuiis*, inquit, *veſtitu, cæteroque humano victu atque cultu*, Lib. 3. de doct. Chri. cap. 11. 13. 14. ſparſim.

non

non ex earum rerum natura, quibus utimur; ſed ex cauſa utendi,& modo appetendi; vel probandum eſt, vel improbandum, quod facimus. Quid igitur locis, temporibuſque ac perſonis conveniat, diligenter attendendum eſt, ne temerè ſtagitia reprehendamus. Quiſquis autem rebus prætereuntibus reſtrictiùs utitur, quàm ſe habent mores eorum cum quibus vivit, aut temperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis autem ſic utitur, ut metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat; aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. In omnibus enim talibus, non uſus rerum, ſed libido utentis in vitio eſt.

Rom. 13. 1. Cor. 6. Galat. 5. Luc. 21. Comeſſationes autem & ebrietates, ad quas etiam dives bonis ſuis abutebatur, inter ſcelera recenſet Apoſtolus, quæ hominem excludent à regno Dei. Secutus eſt in hoc Dominum Salvatorem, qui apud Lucam; *Attendite*, inq. *ne fortè graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & superveniat in vos repentina dies illa.* Notat autem S. Auguſt. quæſt. 144. in Geneſ. verbum inebriandi pro ſatietate poni ſæpè in Script. Sicut dicitur: *Biberunt fratres Ioſeph, & inebriati ſunt:* cum etiã idem dicitur de Simone Machabæo, ſignificatur ſatietas, quia nihil eis defuit vini, idque largiter biberunt, ſine propriè dicta ebrietate, ne hic ebrioſi ad patrocinium ſuæ ebrietatis aliquid aſciſcant: quod eos feciſſe ſcribit ibi Auguſt.

Li. 10. conf. cap. 31. Quomodo autem ſumenda ſint alimenta, oſtendit D. Aug. in Confeſſ. *Hoc me, Domine, docuiſti; ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu inſidiatur mihi laqueus concupiſcentiæ: ipſe enim tranſitus*

voluptas

voluptas eſt,& non eſt alius quo tranſeatur,quàm quo tranſire cogit neceſſitas. Et cùm ſalus ſit cauſa edendi & bibendi,adjungit ſeſe tanquam pediſſequa periculoſa jucunditas,& plerumque præire conatur,ut eius cauſa fiat,quod ſalutis cauſa me facere,vel dico,vel volo: nec idem modus utriuſque eſt; nam quod ſaluti ſatis eſt,delectationi parum eſt.Et ſæpè incertum fit,utrum adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia miniſteriũ ſuppetat. Ad hoc incertum bilareſcit infelix anima,& in eo præparat excuſationis patrocinium, gaudens non apparere, quid ſatis ſit moderationi valetudinis, ut obtentu ſalutis obumbret negotium voluptatis. Ita Auguſt.

Notandum verò quod idem Aug.dicit de doct. Chriſt. *Fieri poteſt, ut ſine aliquo vitio cupidinis,vel voracitatis,pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur, inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat. Et ſanius quiſque maluerit more Domini,piſce veſci, quam lenticula,more Eſau,aut hordeo more jumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ,quia vilioribus aluntur cibis,*&c.Et in Conf. *Non ego immunditiam obſonii timeò, ſed immunditiam cupiditatis. Scio Noë omne carnis genus, quod cibo eſſet uſui,manducare permiſſum,Heliam cibo carnis refectum,Ioannem mirabili abſtinentia præditum,animalibus,hoc eſt locuſtis,in eſcam cedentibus, non fuiſſe pollutum. Et ſcio Eſau lenticulæ concupiſcentia fuiſſe deceptum,& David propter aquæ deſiderium à ſeipſo reprehenſum, & regem noſtrum non de carne,ſed de pane eſſe tentatum.Ideoque & populus in eremo,non quia carnes deſideravit,ſed quia eſcæ deſiderio adverſus Dominũ murmuravit,meruit improbari.*

Li 3.ca.12.
Lib.10. cap.31.
Gen.9.
3.Reg.19.
Matth.3.
Gen.25.
Matth 4.
Num.11.

Ex comeſſationibus autem & ebrietatibus in-

in 1.cap.ad Tit. numera alia peccata oriuntur. In primis libido. Unde D. Hier. *Ubicunque ſaturitas atque ebrietas fuerint, ibi libido dominatur: ſpecta ventrem & genitalia; pro qualitate vitiorum, ordo membrorum. Vicina ſunt membra loco, ſicut & vitio.* Et alibi; *Eſus carnium, & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt. Unde & Comicus; Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Hinc & Jerem. Propheta utrumque conjungens: *Saturati ſunt*, inquit, *& mœchati ſunt. Dum enim venter ſatietate extenditur, aculei libidinis excitantur*; ait Greg. *& venter mero æſtuans, citò deſpumat in libidines,* inquit Hier.

Li.2. in Iovinian. Ierem.5. Part.3. Paſt. admon.20. In epiſt.ad Oceanum.

Aug. ſerm. 63. in Nov. *Deinde inexplebilis avaritia*; duplex eſt enim avaritia, ut docet Aug. una eorum qui nimis cupidè ſervant ſua, altera eorum qui rapiunt aliena. Undè Chriſtus monet, *Cavete ab omni avaritia.* Superbi & voluptuoſi ſtudent undecunque, etiam ex malo acquirere, ut habeant, quo ſuas cupiditates expleant. Unde & Ariſt. docet, omnem prodigum eſſe avarum, & de Catilina dicit Salluſtius: *Sui profuſus, alieni appetens.* D. Ambr. ait, *luxum avaritiæ matrem, quum enim exhauſerit quis luxuriando proprias facultates, quærit poſtea avara compendia. Tolle epularum, & libidinis luxuriam,* inq. D. Hier. *nemo quærit divitias, quarum uſus aut in ventre, aut ſub ventre eſt.*

Luc.12. In Ethicis. In bello Catil. De Helia, & jejunio, cap.19. Li.2. in Iovinian.

Tertiò, ex iis oritur cæcitas mentis & oblivio Dei. Sunt enim ſpinæ Evangelicæ, maximè ſuffocantes verbum Dei (ſicut Dominus docet) adeò ut per eas non vacet conſiderare opera Domini, quemadmodum ait Eſaias, exclamans adversùs voluptatum ſectatores: *Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, ad potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis. Cythara, & lyra, & tympanum,*

Luc. 8. Luc.21. Eſai. 5.

Digitized by Google

& tibia,& vinum in conviviis veſtris;& opus Domini non reſpicitis,nec opera manuum ejus conſideratis. Potus enim ſatietate acies mentis obtunditur, ciborum nimietate vigor mentis hebetatur, ac craſſos dicuntur efficere,vel gravare ſenſus congeſtæ delitiæ, uſum rationis obfuſcant & impediunt ; & ſic totam vitam hominis indiſponunt. Leo Ser. de jejun.10 menſ. Proſp.lib. 1.ca.23.de vit.cont.

Denique ex iis oriuntur rixæ, pugnæ, homicidia,& alia innumera mala. Unde Sap. *Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera? Nonne his qui commorantur in vino,& ſtudent calicibus epotandis?* Imò, Prov.23.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, Horat.
Spes jubet eſſe ratas,in prælia trudit inermem;

ait Horat. Juſtinus refert de Philippo patre & Alexandro Magno filio,quod *uterque vini nimis avidus fuit,ſed ebrietatis diverſa vitia. Patri mos erat,etiam de convivio in hoſtem procurrere, periculis ſe temerè offerre. Alexander non in hoſtem,ſed in ſuos ſæviebat; quamobrem Philippum ſæpe vulneratum prælia remiſere;hic amicorum interfector convivio frequenter exceſſit.* Narratur & ab alio,de quodam juvene ebrio, qui matrem prægnantem oppreſſit,occidit patrem, unam ſororem violare voluit,duas vulneravit. Cavenda ergo comeſſatio atque ebrietas, *per quam crimina cavere non poſſumus*, ait D. Ambroſ. Lib.9.hiſt. Ser.33 ad F.in E. De Abr. Patr.cap.6. lib.1.

Quod deplorandum,experimur hodie in comeſſationibus & ebrietatibus locum habere verba illa D. Auguſtini; *Væ peccatis hominum,quæ ſola inuſitata perhorreſcimus: uſitata verò (pro quibus abluendis ſanguis filii Dei effuſus eſt) quamvis tam magna ſint, ut omnino claudi contra ſeſe faciant regnum cœlorum,ſæpè videndo omnia tolerare, ſæpè tolerando,* Ench.80.& in epiſt.ad Galat.

nonnulla etiam facere cogimur. Atque utinam, ô Domine, non omnia quæ non poterimus prohibere, faciamus. Cauſæ autem cur hæc parva, aut nulla peccata putentur, ſunt variæ. Una eſt, vehemens amor & inclinatio ad iſta. Cui afficimur, id malum difficulter judicamus. Quæ cauſa jam ſecundò confirmatur per conſuetudinem, qua fit ut *peccata, quamvis magna & horrenda, aut parva, aut nulla eſſe putentur, uſque adeo ut non ſolum non occultanda, verum etiam iam prædicanda, ac diffamanda videantur,* ut inquit Aug. Hinc ſequuntur aliæ duæ cauſæ, quod judicentur eſſe neceſſitatis aut virtutis. Neceſſitatis quidem, dum etiam qui judicant malam ebrietatem, judicant ſe alios offenſuros, niſi eam admittant: & dum ſtudent placere hominibus, offenditur Deus. Virtutis putatur, dum multi judicant inepta & ſumptuoſa convivia pertinere ad amicitiam. Alii, quod peius eſt, putant ſanctos patronos ſuos, & eorum feſta his modis coli, contra quos Aug. Accedit alia cauſa, quod his vitiis obnoxii ſint homines in aliquibus *ſpeciem pietatis habentes, virtutem tamen eius abnegantes,* ut Religioſi, Sacerdotes. Denique quia multi vident alios majoribus laborare peccatis, hinc iſta levia putantur.

Ench. ibid.

Epiſt. 64.

MONITUM LXXVIII.

Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. Cor. 11.

In epiſt. ad Demetriad.

OMnes *Chriſtiani,* inquit D. Proſp. *in quolibet vocationis genere Sacramentum nuptiale ſuſceperunt,* in baptiſmo videlicet, promittẽtes ſoli Deo per fidem & charitatem inhærere, Diabolo ejuſque

que operibus renuntiantes. *In die baptiſmatis*, ait D.Greg. *omnibus antiqui hoſtis operibus abrenuntiare promiſimus.* Verbum enim, Abrenuntio, promiſſionem ſignificat; opera autem diaboli infidelitas, & omnis iniquitas. *In hoc apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera Diaboli*, inquit Joannes, id eſt, peccata, quæ diabolus ſuadendo, ſuggerendo, & captivos trahendo, in hominibus operatur. Quamdiu autem animæ Chriſtianæ fidem ac charitatem integram & inviolatam conſervant, tamdiu virgines caſtæ, ac pudicæ permanent. De qua re Apoſtolus: *Deſpondi vos uni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto.* Et D. Aug. *Paucorum eſt Virginitas in carne, omnium debet eſſe in corde. Virginitas carnis, corpus intactum: virginitas cordis, fides incorrupta.*

Hom. 24. in Evang.

1. Ioan. 3.

2. Cor. 6.

In Pſal. 147

Matrimonium ergo ſpirituale conſiſtit cum corporali. Univerſa enim Eccleſia virgo eſt, deſponſata uni viro Chriſto, ſicut dicit Apoſtolus. Conſiſtit autem in integritate fidei & charitatis. *Tametſi digniora ſunt membra Eccleſiæ*, inq. Aug. *quæ hoc cuſtodiunt etiam in carne, quod tota cuſtodit in fide.* De hac promiſſione agens idem Aug. *Renuntiate*, ait, *non ſolùm vocibus, ſed & moribus: non tantùm ſono linguæ, ſed & actu vitæ: alioqui facimus, quod de lapſis Cyprianus ingemuit, dicens, Seculo verbis ſolis renuntiantes, & non factis. Deprehenderis & detegeris, Chriſtiane, quando aliud agis, & aliud profiteris, fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere, non tenens promiſſionis tuæ fidem.* Hanc promiſſionem in baptiſmo à nobis factam, ſæpè in memoriam revocare debemus, uti D. Ambr. nos admonet: *Ingreſſus es*, inq. *regenerationis ſacrarium, repete quid interrogatus ſis, recognoſce quid reſponderis. Renuntiaſti Diabolo,*

De S. Virg. cap. 2.

De Symb. ad Catech. lib. 4. cap. 1. Aug. epiſt. 89.

De civit. myſt. c. 2.

Lib.1.de Sacr.c.2. In epiſt.ad Heliod. Apolog.1. in fine.

bolo,& operibus ejus, mundo & luxuria ejus,ac voluptatibus. Et rurſum, *Memor eſto ſermonis tui,& nunquam tibi excidat tua ſeries cautionis.* Et D.Hier. ita ad Heliodor. *Recordare tyrocinii tui diem, quo Chriſto in baptiſmate conſepultus,in Sacramenti verba juraſti.* Et Ruffinum Rogat: *Feciſti omnia,quæ in baptiſmate promiſiſti?* Admonens eum, ut promiſſi ſui recordaretur,videretque an ei ſatisfaceret.

Pſal.72. Pſal.5.

Duobus autem modis violatur hæc promiſſio. primò,quando quis fidem deſerit, ut hæretici; ſecundò,quando juſtitiam, ſeu charitatem, ut mali Catholici. De quibus omnibus terribiliter Propheta David: *Perdes omnes, qui fornicantur abs te.* Et, *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hinc ſe vocat *Deum zeloten*,ducta metaphora à zelo maritali,quia non fert,quod aliud præter ipſum,amemus:amat caſtitatem animæ Chriſtianæ,ſibi conjugio ſpiritali conjunctæ,cuſtodit eam, & diligenter obſervat,& ſi deprehendat,quod ſeipſam infidelitate, vel mala cupiditate corrumpi ſinat, caſtigat ac punit eam. Huc pertinet, quod narrat V. Beda de viſione Sancti Furſei, qua vidit quatuor ignes in aëre, qui mundum ſuccendentes, eum eſſent conſumpturi; & interrogans Angelos, qui eſſent hi ignes? Reſponderunt, *primum eſſe ignem mendacii, cùm hoc quod in baptiſmate, abrenuntiare nos Sathanæ, & omnibus operibus ejus promiſimus, minimè implemus.* Nec dicendum cum quibuſdam,quaſi verè non teneri nos, ex his quæ circa nos, parvulos adhuc, facta ſunt per Eccleſiam. Convenire parvulis baptizatis cùm ad ætatem adultam venerint, liberum fiat, baptiſmum & fidem tenere, vel non (fuit is error Eraſmi) ſed

Lib.3.hiſt. Angl.c.19.

Vide Petrũ à Voto,de inſtit.Sacerd.

ſed facilè ſubverteret totam Eccleſiam. Certum eſt ex illis quæ noſtro nomine, & in ſalutem noſtram geſta ſunt, obligari nos etiam in humano judicio.

Sed quia plures ſunt qui innocentiam in baptiſmo acceptam facilè amittunt, fidem Chriſto ibi datam violant, miſericors Dominus poſt baptiſmum relapſis Sacramentum Pœnitentiæ reliquit, quo ſpiritale conjugium violatum renovare, ac cum ſponſo cœleſti in gratiam redire poſſint. Tanta eſt Dei bonitas, ut animam Chriſtianam etiam *quæ fornicata eſt cum amatoribus multis*, vixit in variis erroribus aliiſque ſceleribus (ſi iſtos deſerat, & ſe ad ſponſum ex animo convertat) in gratiam recipiat. Sed quid boni invenit, aut amat in anima ſponſus ille cœleſtis, quando eam in ſponſam eligit, aut recipit? In carnali conjugio ſolent eligi & amari formoſæ, divites, benè moratæ, &c. Verùm hîc nihil boni in anima invenit, ſed eſt *gratuita electio*. Quid enim ſecum adfert homo ad baptiſmum, ubi Chriſto conſecratur, & conjungitur? quid, niſi peccata? ſi infans, ſaltem originale, propter quod unicum etiam damnatione dignus eſt: ſi adultus, præter hoc, multa alia ſcelera, quæ ſua voluntate adjecit. Conſidera etiam quid ſecum portet, ſi relapſus & pœnitens, ad pœnitentiæ Sacramentum, quo ſponſo reconciliatur, ut viro adultera? Quid, inquam, ex ſua parte, niſi varia peccata, ob quæ toties infernum meruit?

Ierem. 3. Pſal. 50. Rom. 5.

Ergo anima quando aut eligitur, aut recipitur, turpis & fœda invenitur, non habens quicquam

Digitized by Google

ex ſe & in ſe,ob quod mereatur eligi aut recipi,& tamen à Chriſto diligitur,quia eam bonam facere, & beneficia conferre decrevit. Ideóque Eccleſia,& quælibet anima,benè in Canticis dicit, *Nigra ſum,ſed formoſa:* nigra ex me,formoſa ex Deo; ante electionem, turpis & fœda; pòſt, munda & formoſa. Ita Apoſtolus: *Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem*; non quia eramus,ſed *ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ejus in charitate,* ut inquit Auguſt.

Cant.1. Aug.ſer. 81.in Nov. Epheſ.1. Aug. de prædeſt.c. 17.ep.105.

Jam dicendum, quomodo anima Chriſtiana debeat ſe Chriſto ſponſo ſuo conjungere, ut fructus ſpiritales producat: Primò,per ſedulas & devotas orationes. Quando oramus, cum Deo loquimur: quid enim aliud eſt oratio, quàm colloquium cum Deo? hoc ſeriò cogitandum, & ideo officium hoc orandi cum magna reverentia & diligentia obeundum eſt, quod cum tanta Majeſtate peragitur. Rectè D. Bern. *In omnibus operibus noſtris vigiles eſſe debemus,cùm omnia in oculis Domini Dei faciamus. Sed præcipuè in orationibus, quia cùm ad eas accedimus, noſipſos oculis Divinæ Majeſtatis exhibemus & præſentamus,quaſi facie ad faciem cum eo colloquentes.* Unde monet Paulus; *Orationi inſtate,vigilantes in ea.*

Coloſſ.4.

Deinde per lectionem ſacram & auditionem Verbi Dei. Ita enim loquitur nobis Deus, idque variis modis: primò, per ſcripturas ſacras, quæ ſunt veluti *epiſtolæ ad nos à Deo è cœlo miſſæ, quibus nobis ſuam aperit voluntatem.* Deinde, per ſermocinationes fratrum, hominum videlicet, qui nos docent, & exhortantur ad bona: *Qui vos audit, me audit.* Etiam per reliquas creaturas, per quas

Aug. in Pſalm.64. & 90.conc. 2. Matth.10.

Digitized by Google

quas oſtendit nobis ſuam potentiam, ſapientiam, bonitatem; *per quas nobis multimoda dona ac beneficia exhibens, excitat ad ſui cultum & dilectionem.* Deinde per internas inſpirationes, quibus ſecretò & ſuaviter loquitur in cordibus hominum, *& eò ſuaviùs quo ſecretiùs. Audiam,* inquit David, *quid loquatur in me Dominus Deus.* Et Job; *Quaſi furtivè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri ejus.* Proſp. lib. 1. de voc. gent. c. 1. Fulgent. li. 1. c. 4. ad Monim. Pſal. 84. Iob 4.

Tertiò conjungimus nos Deo, per meditationes ſanctas de beneficiis Dei communibus & particularibus, de Nativitate, vita, paſſione Chriſti, conſiderantes in iis exempla virtutum omnium: de promiſſis & præmiis, ſi fidem ei datam fideliter ſervemus; de minis, & pœnis paratis, ſi violemus. De meditationibus Sanctorum infrà. Mon. 111.

Poſtremò per pium uſum Sacramentorum, maximè Euchariſtiæ, ubi non ſolùm ſpiritaliter ejus efficimur participes, ſed etiam corporaliter ipſum ſumimus, ipſi unimur. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Caro,* inquit Tertull. *corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & anima de Deo ſaginetur. Nos,* inquit Chryſoſt. *in unam cum Chriſto maſſam reducimur, Chriſti corpus unum & una caro.* His, ſimilibuſque modis cœleſti ſponſo anima Chriſtiana conjungitur. Ioan. 6. Lib. de car. reſurr. Hom. 83. in Matth.

Sed ex tali conjunctione qui fructus naſcuntur? Sicut ex carnali commixtione viri & feminæ naſcuntur liberi, ſic ex ſpiritali conjunctione Chriſti & animæ, fructus ſpiritales bonorum operum: anima enim Chriſtiana per iſta ſpiritalia exercitia concipit in ſe ſemen ſpiritale, id eſt, Dei gratiam,

gratiam, ex qua omnium virtutum fœtus generantur, charitatis videlicet, caſtitatis, patientiæ, miſericordiæ, &c. atque ipſius etiam ſalutis æternæ.
In Pſal. 55. *Deus*, inquit Auguſt. *verus eſt animæ maritus ad prolem vitæ ſempiternæ fœcundans, & ſteriles nos non eſſe permittens.* Videmus quotidie, quàm fœcundi fiant in operibus bonis, quia ita ſe exercent; contrà, quàm ſteriles, inanes, & vacui ſemper remaneant, qui rarò aut nunquam orant, legunt meditantur, confitentur, communicant. Atque hæc ſpiritalis fœcunditas etiam durat in ſenſibus: unde dicitur; *Adhuc multiplicabuntur*, id eſt, in juſtitia creſcent, *in ſenecta uberi*; *ſi enim is qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is qui intus eſt, renovatur de die in diem. Quomodo in eo qui caneſcit ordine ſuo vix aliquando invenitur capillus niger; ſic cùm abeſt ab ſenibus nigredo peccatorum, ſenectus iſta juvenilis eſt, viridis eſt, cana eſt capillis, candida ſit rectè factis.*

Pſal. 91. & ibi Auguſt. 1. Cor. 4.

Pſal. 123. & Aug. in illum Pſal.

Pulchrè David alloquens ſponſum Eccleſiæ, animæ Chriſtianæ: *Uxor tua ſicut vitis abundans.* Hoc, inquam, dicit Chriſto de Eccleſia, quæ ejus eſt ſponſa & uxor, fœcunda ut vitis, non quidem in omnibus membris: quàm multi enim ſunt in Eccleſia, qui non niſi labruſcas proferunt, fructus amaros odij, invidiæ, luxuriæ, &c. ſed fœcunda *in lateribus domus*, id eſt, iis qui vocantur ejus latera, qui ei firmiter adhærent per preces, & alios modos prædictos. Tam fœcundi ſunt tales, ut videant filios ſuos, & filios filiorum ſuorum, uti ſequitur in pſalmo. Sed quid ſibi vult Propheta illis verbis? *Filii tui*, inquit Auguſtin. *ſunt opera tua bona, quæ hic facis: filii filiorum ſunt fructus bonorum operum*

Ibidem.

rum. Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, ait Sap. *Verbi gratia, eleemoſynas facis, ſunt filii tui: propter eleemoſynas accipis vitam æternam, ſunt filii filiorum.* Hinc ſubjungit, *Pacem ſuper Iſraël: intelligit autem pacem æternæ beatitudinis, non illam quam inter ſe habent homines, infidam, inſtabilem, incertam: ſed pacem, quam non vidit oculus, nec auris audivit, quæ exſuperat omnem ſenſum, quæ in hac vita perſeveranter laborantibus, in futuro ſeculo promittitur & reſervatur.*

Sap. 3. August. ibid. Philip. 4.

MONITUM LXXIX.

Quis aſcendet in montem Domini?

Pſalm. 23.

MOns Thabor, in quem Dominus duxit diſcipulos, & in quo illis manifeſtavit gloriam ſuam, cœlum ſignificat. De quo monte David Proph. *Quis requieſcet in monte ſancto tuo? Quis aſcendet in montem Domini?* Idem enim eſt Thabor, quod electio, puritas. Cœlum autem ſedes electorum eſt. Omnes ibi erunt & ſoli electi. Dicit Apoſt. in perſona electorum; *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?* Et ipſe Chriſtus de ovibus ſuis; *Nemo rapiet eas de manu mea. Et qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnũ ignis.* Deinde omnes qui ibi ſunt, omnino puri ſunt. *Nihil enim coinquinatum intrabit in regnum cœlorum.* Et; *Niſi efficiamini ſicut parvuli,* id eſt, innocentes, *non intrabitis*

Matth. 17. Pſal. 14. 23. Rom. 8. Ioan. 10. Apoc. 20. Apoc. 21. Matth. 18.

Digitized by Google

trabitis in regnum cœlorum. Hinc D. Bern. ait non eſſe vilipendenda etiam minima peccata. Primò, *quia*
1. Ioan. 1. *non emundantur niſi ſanguine Chriſti*. Secundò, *quia impoſſibile eſt cum illis ſalvari*. Quomodo autem poſſit homo ſine peccato mori, etiamſi ſine peccato non vixerit, vide Mon. 9. & 57.

Quinque autem perſonæ, quæ cum Chriſto Domino in hoc monte fuerunt, ſignificant eos qui ad montem Dei aſcenſuri ſunt, quales nempe ii eſſe debeant ſecundùm nominum interpretationem: qua ratione docendi ipſe D. Aug. ſæpe utitur. Petrus, petram ſeu ſaxum interpretatur, & ſignificat homines conſtantes & immobiles à fide, charitate, patientia, &c. etiam in perſecutione: ſicuti petræ immobiles manent, etiamſi proterantur pedibus,
1. Cor. 15. fluctibus quatiantur. Hortatur Apoſt. Corinthios:
Eccleſ. 10. *Stabiles eſtote, & immobiles*. Et Sapiens: *Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcenderit, locum tuum ne*
Euſeb. li. 4. *dimiſeris*. De conſtantia Martyrum canitur: *Ceſſit*
cap. 15. *his lacerans fortiter ungula, nec carpſit penetralia*. Ta-
D. Nazian. lis erat cõſtantia D. Polycarpi. *Nobis*, inq. ad Judi-
in orat. de ejus obitu. cem, *immobilis ſtat ſententia, nec poſſemus de bono in malum per pœnitudinem commutari*. Sic & D. Baſil. cùm ei daretur à Præſide tempus uſque ad diem craſtinum deliberandi: *Cras*, inquit, *idem revertar, qui jam ſum*. Et de D. Chryſoſtomo, cùm ei Eudoxia Imperatrix per legatos minaretur, ab eiſdem ei reſponſum eſt; *Fruſtra illum hominem terres, nihil ille, niſi peccatum timet*. Talis erat & conſtantia D. Ambroſii, de quo ipſe Theodoſius Imper. teſta-
Theodoretus lib. 5. hiſt. c. 18. tus eſt, *Novi ego conſtantiam Ambroſii, & quòd nullo regiæ Majeſtatis terrore Divinam legem tranſgredietur*.

Jacobus

Digitized by Google

Jacobus ſupplantatorem ſignificat, & illi ſignificantur, qui Satanam ſub pedibus conterunt, id eſt, ejus pravis ſuggeſtionibus non conſentiunt. De Chriſto & homine juſto dicitur, *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*. Quod Romanis optabat Apoſtolus, dicens: *Deus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter*. Et de Eccleſia, ejuſque membris dicitur ſerpenti; *Ipſa conteret caput tuum*, id eſt, primam tuam malignam ſuggeſtionem interficiet. Quod Euſtochio ſuadet D. Hier. *Dum parvus eſt hoſtis interfice, nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine*. Non ſic conteritur, ut planè tentare aliquando deſinat, ſed ut non vincat, non prævaleat. Vigilandum præcipuè eſt circa initium tentationis. Nam primò occurrit menti ſimplex cogitatio, deinde fortis imaginatio, poſtea delectatio, & motus pravus & aſſenſio. Sicque paulatim ingreditur hoſtis malignus ex toto, dum illi non reſiſtitur in principio. Capite autem ejus calcato, ſerpere non poterit.

Pſalm. 90. Rom. 16. Gen. 3. In epiſt. ad Euſtoch. Monito 14.

Joannes gratiam Dei ſignificat, & illi ſignificantur, qui ſuam infirmitatem & Dei gratiam agnoſcunt & confitentur. Sicut agnovit D. Virgo, dicens: *Magnificat anima mea Dominum*. Et Paulus; *Gratia Dei ſum id quod ſum*. Et ad alios; *Quid habes, quod non accepiſti?* Et Propheta, *Omnia opera noſtra operatus es nobis*. Præcipua humilitas, *eſt in confeſſione gratiæ Dei*, inquit D. Proſper, & nihil ita diſplicet Deo, quàm ſibi, id eſt, ſuis viribus vel meritis tribuere, quod Dei eſt. *Plenè autem & veraciter confitenda eſt gratia Dei, non quaſi in quadam parte actionum ſuarum egeat, in quadam non egeat; aut quaſi*

Luc. 1. 1. Cor. 15. 1. Cor. 4. Eſaiæ 26. In epiſt. ad Demetr.

quaſi ullum tempus, imò ullum momentum ſit, quo non
In epiſt. *ſit ei pernitioſum eſſe ſine gratia Dei.* Et S.Cœleſt.
cap. ult. *Sic confiteri debemus gratiam Dei, ut ejus operi ac*
De pec. *dignationi nihil penitus ſubtrahamus.* Et, *Laborant*
mer.lib.2. *homines invenire in noſtra voluntate, quid boni ſit no-*
cap.18. *ſtrum, quod nobis non ſit ex Deo, & invenire non poſ-*
Pſalm.69. *ſunt,* inquit Aug. Hinc David; *Deus in adjutorium*
Pſalm.26. *meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina;*
De grat.& ſignificans infirmitatem naturæ, & neceſſitatem
lib.arb.c.6. gratiæ. Et iterum; *Adjutor meus eſto, ne derelinquas*
Proſp.Sen- tent.312. *me:* oſtendens, *quia ſi derelictus fuerit, nihil boni va-*
Conc. A- *let ipſe per ſe. Multa bona facit Deus in homine, quæ*
rauſ.can.20 *non facit homo; nulla autem facit homo, quæ non fa-*
Ibidem *cit Deus, ut faciat homo,* inquit Aug. Et rurſum: *Ad*
ſent.31. *cœleſtis Ieruſalem conſortium non aſcendunt, niſi qui*
toto corde profitentur, non proprii operis, ſed Divini
muneris eſſe, quod aſcendunt.

In eodem monte ab Apoſtolis viſi ſunt etiam
Exod.2. Moyſes & Elias in majeſtate. Moyſes, idem eſt,
quod attractus, aſſumptus, videlicet de aquis. Aquæ
populi, à quibus electi ſe ſeparant, & à Deo ſe-
Lucæ 12. parantur. Venit Chriſtus dare in terram *ſepara-*
Cypr.de *tionem,* ut eſt apud Lucam. *Quamdiu in hoc ſeculo*
Mortal. *ſumus,* inq. Cypr. *cum genere humano carnis æqualita-*
Pſalm.62. *te conjungimur, ſpiritu ſeparamur. Beatus quem elegi-*
Ierem.31. *ſti & aſſumpſiſti, inhabitabit in atriis tuis,* ait David.
Et ipſe Dominus; *In charitate perpetua dilexi te,*
ideo attraxi te, miſerans. Separantur igitur electi à
reliquis, ſi non corporibus, quibus reprobis ſunt
permiſti, tamen voluntatibus & actionibus: aliud
volunt, aliud agunt; hi appetunt vanitatem, illi
veritatem; hi mundum, illi Deum ſectantur. Di-
Epheſ.4. cuntur ab Apoſtolo: *Signati ſpiritu promiſſionis*
ſancto.

Digitized by Google

ſancto, id eſt, à reliquis diſcreti, ſicut ſignantur oves & boves, ut internoſcantur. *Quis enim te diſcernit?* fide, juſtitia, moribus & converſatione, ab aliis qui in infidelitate, injuſtitia, mala vita permanent, niſi Deus? *Quid enim habes quod non accepiſti? Qui me ſegregavit ex utero matris meæ*, inq. Apoſt. id eſt, à Synagoga rebelli & incredula, ait S. Auguſtin. in Pſalm. 137. Aug. epiſt. 46. 1. Cor 4. Gal. 1.

Elias fortem Dominum ſignificat. Atque illi intelliguntur, qui inferiora ſua, etſi repugnantia, potenter regunt & ſubjugant. Multa habemus, quibus animus ſeu mens & ratio imperare debet, corpus ejuſque membra, appetitus ſeu concupiſcentias, ſenſus. Qui his benè imperat, dominus eſt: & fortis dominus, quia hoc eſt fortis animi, & magna vi opus eſt, ut hoc benè fiat: ſicut fortis rex & princeps, qui ſubditos ſibi rebelles ſubjicit, & continet. Unde ait Dominus, quod *violenti rapiunt regnum cælorum*. Et Sapiens ait, *eum qui dominatur animo ſuo, fortiorem eſſe expugnatore urbium*. Unde & Poëta: Matth. 11. Prov. 16.

Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit.
Oppida, nec virtus altiùs ire poteſt. Et alius, Mantanus Boëth. de Conſol. li. 3. met. 5.

Qui ſe volet eſſe potentẽ,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis ſubmittat habenis,
Etenim licèt Indica longè
Tellus tua jura tremiſcat,
Et ſerviat ultima Thule;
Tamẽ atras pellere curas
Miſeraſque fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

Magna eſt ſpiritalis animæ ruina & vaſtatio, quando locum habet illud Hieremiæ; *ſervi dominati ſunt noſtri*. Dicit Aug. animæ ſuæ: *Ut quid perverſa ſequeris carnem tuam? ipſa te ſequatur converſa.* Thren. 5. & ibi Hieron. Li 4. Conf. cap. 11.

Magna

Bernard. *Magna abuſio, & nimis magna abuſio, dominum ancillari, & ancillam dominari :* id eſt, rationem, quæ in homine ut domina à Deo conſtituta eſt, duci & regi à ſuis concupiſcentiis, quas moderari ipſa ac regere debebat. Dicit etiam Cicero; *Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini, iracundiaque & cæteris vitioſis ejuſdem animi partibus. Sed & imperandi & ſerviendi ſunt diſſimilitudines cognoſcendæ. Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiã libidini. Sed corpori, ut rex civibus ſuis, aut parens liberis: libidini autem, ut ſervis dominus, quo eã coërcet & frangit. Sic Regum, ſic Imperatorũ, ſic magiſtratuũ, ſic patrum, ſic populorum imperia civibus ſociiſque præſunt, ut corporibus animus. Domini autem ſervos ita fatigant, ut optima pars animi, id eſt, ſapientia, ejuſdem animi vitioſas imbecillaſque partes, ut libidines, ut iracũdias, ut perturbationes cæteras.* Ita Cicero.

Lib. 3. de Repub. citatus ab Aug. lib. 4. in Iulia. cap. 12.

Pulchrè S. Chryſ. *Quid juvat integris gentibus dominari, ſi ſervi perturbationum ſumus? Quid nocet nulli hominum principari, ſi vitiorum tyrannide celſiores ſumus? Iſtud ſumma libertas, iſtud imperium, iſtud regnum atque poteſtas: illa verò omnia, miſera ſervitus, quantumvis coronas innumeras quis habeat. Quomodo enim illi intus dominorum multitudo imperat, avaritia ſcilicet, ira, libido, & perturbationes reliquæ, diadema quid prodeſt? acriore tutior tyrannide premitur, quando illum quominus ſubditus ſit, corona nequit eripere. Quemadmodum ſi apud Barbaros detinetur ſervus quiſpiam rex, & illi ad majoris ſervitutis indicium, neque purpuram, neque diadema auferant; ſed cum illis inſignibus & aquas ferre, & coquere, & alia miniſteria inferre jubeant, ad majorem & ſui honorem, & ignominiam illius: Ita Barbaris omnibus*

Hom. 16. in cap. 6. 1. ad Timoth.

imma

immanius vitia iſta imminent nobis. Nam qui iſta contemnit, Barbaros quoque irridebit: qui verò ſuccũbit, longè duriora ab his quàm à barbaris patietur: Quippe Barbari cũ prævalent viribus, concidunt corpus, hæc verò animam cruciant, & omni ex parte dilaniant. Barbarus victor temporali tradit neci, hæc autem in æternam præcipitant mortem. Solus ergo liber eſt ille, qui libertatem intrinſecus habet; ille ſervus eſt, qui irrationabilibus cedit vitiis. Ita Chryſoſt.

MONITUM LXXX.

Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.

Matth. 11.

QVamvis mihi multorum ſim conſcius peccatorum, inquit S. Hieron. *& quotidie in oratione flexis genibus loquar; Delicta iuventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, Domine. Tamen ſciens ſcriptum eſſe ab Apoſtolo; Ne inflatus ſuperbia in judicium incidat Diaboli: Et in alio loco; Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã: nihil ita à pueritia conatus ſum vitare, quàm tumentem animum & cervicem erectam, Dei contra ſe odium provocantem. Novi enim Magiſtrum & Dominum & Deum meum in carnis humilitate dixiſſe, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & antè per os David ceciniſſe; Memento David, & omnis manſuetudinis ejus. Et in alio loco legimus, Ante gloriam humiliabitur cor viri, & ante ruinam elevatur.* Ita Hieron.

D. quoque Auguſt. tractans hanc ſententiam; *Diſcite*

In epiſt. ad Abigaum.
Pſalm. 24.
1. Tim. 3.
Iac. 4.
1. Pet. 5.
Matth. 11.
Pſal. 131.
Prov. 16.
De S. Virg. cap. 35. &

Digitized by Google

Ser. 10. de verb. Domini. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Non dicit,* inquit, *Diſcite à me mundum fabricare, aut mortuos ſuſcitare; ſed, quia mitis ſum & humilis corde. O doctrinam ſalutarem! ô Magiſtrum Dominumque mortalium, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata eſt atque transfuſa! noluit docere quod ipſe non eſſet: noluit jubere, quod ipſe non faceret. Video te, bone Ieſu,* Ioan. 1. *oculis fidei, quos aperuiſti mihi, tanquam in concione generis humani, clamantem atque dicentem: Venite ad* Rom. 1. *me, &; Diſcite à me. Quid, obſecro te, per quem facta ſunt omnia, Fili Dei, & idem qui factus es inter omnia, fili hominis: quid, ut diſcamus à te, venimus ad te?* Coloſſ. 2. *Quoniam mitis ſum, & humilis corde. Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi in te, ut hoc pro magno diſcamus à te, quoniam mitis es & humilis corde? Itáne magnum eſt eſſe parvum, ut niſi à te, qui tam magnus es, fieret, diſci non poſſet? Ita planè. Non enim aliter invenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat.* Sic Aug.

Humilis ſtatum humanæ miſeriæ agnoſcit, imò ex hac cognitione ipſa humilitas naſcitur; hinc enim ſibi vileſcit, ſe deſpicit, demiſſe de ſe ſentit, & vilis etiam ab aliis haberi ac reputari vult. *Sicut* Greg. lib. 1. Dial. cap. 5. *ſuperbi honoribus, ſic plerumque humiles ſua deſpectione gratulantur,* ait Gregor. *cumque ſe viles in oculis alienis aſpiciunt, idcirco gaudent, quia hoc judicio confirmari intelligunt, quod de ſe & ipſi apud ſe habuerunt.* Sicut ibi refert de S. Conſtantio, qui ruſtico ſe contemnenti ob exilem & deſpectam formam: *Tu ſolus,* inquit, *in me oculos apertos habuiſti;* Ser. 16. in Cant. cùm ab aliis magnus haberetur ac prædicaretur. Ita & D. Bernardus: *Humilis vilis vult reputari, non*

Digitized by Google

non humilis prædicari; gaudet de contemptu ſui; hoc ſolo ſanè ſuperbus, quod laudes contemnit.

Sed audiamus paucis miſerum humanæ conditionis ſtatum, & humiles ſimus. *Omnes*, inquit D. Proſp. *in primo homine ſine vitio conditi ſumus, & omnes naturæ noſtræ incolumitatem ejuſdem hominis prævaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animæque corruptio, inde ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, ſacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injuſta gaudia, pœnitenda conſilia, & non minor miſeriarum quàm criminum multitudo.* Et rurſum; *Humana natura in primi hominis prævaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in deteriorem proclivior eſt voluntatem, cui committi, non eſt aliud quàm dimitti. Hæc itaque voluntas vaga, incerta, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, ſuſpicionibus inquieta, gloriæ quàm virtutum avidior, famæ quàm conſcientiæ diligentior, & per omnem ſui experientiam miſerior fruendo his quæ concupierit, quàm carendo; nihil in ſuis habet viribus, niſi periculi facilitatem: Quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tantò citiùs propinquat iniquitati, quantò acriùs intenditur actioni.* Sic Divus Proſper.

De vocat. gent. lib. 1. cap. 7.

Ibidem cap. 6.

Et ante eum S. Aug. *Quod ad primam originem pertinet*, inq. *omnium mortalium progeniem fuiſſe dãnatam, hæc ipſa vita, ſi vita dicenda eſt, tot & tantis malis plena teſtatur. Quid enim aliud indicat horrẽda quædam profunditas ignorantiæ, ex qua omnis error exiſtit, qui omnes filios Adam tenebroſo quodam ſinu*

De civit. lib 22. cap. 22.

ſuſcipit, ut homo ab illo liberari ſine dolore, labore, timore non poſſit? Quid amor ipſe rerum vanarum, atque noxiarum, & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſævitia, nequitia, luxuria, petulātia, impudētia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & cōtra naturā utriuſque ſexus tot ſtupra atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, perjuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumventiones, prævaricationes, falſa teſtimonia, iniqua judicia, violētiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita iſta hominum non recedit? Verùm hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris, & perverſi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam naſcitur. Hactenus Auguſt.

Vide Mon. 118.

Mitis autem adverſa quælibet patienter tolerat, non facilè turbatur, non iraſcitur, non irritatur, non vindictam expetit. Sed unde iſta manſuetudo naſcitur? ex cogitatione & conſideratione juſtorum judiciorum Dei. *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliaſti me,* dicebat David. Et, *Priuſquam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum,* videlicet de ſervanda patientia, *cuſtodivi.* Et alius Propheta: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei. Cùm enim ſis juſtus,* inquit Sapiens Deo, *juſtè omnia diſponis; ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute. Bonum eſt,* inquit D. Auguſtinus, *ut conſideremus nos peccatores eſſe, & ſic toleremus impoſitos ſuper capita noſtra, ut & nos*

Pſalm. 118. Ibidem. Micheæ 7. Sap. 12. Geneſ. 18. In Pſal. 65.

Digitized by Google

nos confiteamur Deo, quia digna patimur. Quid enim indignè pateris, quod facit qui juſtus eſt? Et in Conf. *Liberum voluntatis arbitrium cauſa eſt ut malum faciamus: rectum Dei judicium, ut patiamur. Sublevabat me in lucem tuam*, ait ad Dominum, *quod tam ſciebam me habere voluntatem quàm vivere. Itaque cùm aliquid vellem aut nollem, non aliud quàm me velle, ac nolle, certiſſimus eram, & ibi eſſe cauſam peccati mei jam jamque animadvertebam. Quod autem invitus facerem, pati me potiùs quàm facere videbam, & id non culpam, ſed pœnam eſſe judicabam, qua me non injuſtè plecti, te juſtum cogitans, citò fatebar.* Ita Aug. Lib. 7. Conf. cap 3.

Omnes peccato originis, cum quo naſcimur, has miſerias hujus vitæ meremur. Unde idem Auguſtinus: *Si falſum eſſet*, inquit, *peccata parentum eſſe noſtra, contagione propaginis, profectò grave jugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum uſque in diem ſepulturæ, nullo modo juſtum eſſet. Licèt autem etiam filii novi teſtamenti adhuc in hoc ſeculo pro ſuis & parentum peccatis pœnis viſibilibus, quæ prodeſſe poſſunt, temporaliter affligantur, id tamen agit gratia redemptoris, ut & paternum chirographum deleat cum propriis peccatis, ut in futuro judicio damnationem æternam timere non debeant.* Et rurſum: *Parvulos intuere, quot & quanta mala patiantur, in quibus vanitatibus, cruciatibus, erroribus, terroribus creſcant. Deinde iam grandes etiam Deo ſervientes tentat error, ut decipiat: tentat labor aut dolor, ut frangat: tentat libido, ut accendat: tentat mœror, ut ſternat: tentat typhus, ut extollat. Quod grave iugum ſuper filios Adam non fuiſſet, niſi delicti originalis meritũ præceſſiſſet. Nos ergo*, dicebat Judith, *non ulciſcamur nos pro his quæ patimur; ſed reputan-*

Lib. 6. cont. Iulia. cap 4. Eccleſ. 40. Lib. eodem, cap. 12. Lib. 4. cap. ultimo. Iudith 8.

tes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe; flagella Domini, quibus quaſi ſervi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionom noſtram eveniſſe credamus.

Poſſid. in vita.

Sic D. Aug. in vaſtatione illa Africana, & qui cum illo erant, tempore obſidionis civitatis Hipponenſis, Dei tremenda judicia præ oculis ſuis poſita conſiderantes, dicebant illud Pſalmiſtæ: *Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum.* Et Mauritius Imp. cùm à Phoca ante oculos ejus necarentur filii, alta Philoſophia dixiſſe fertur illud Davidicum; *Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum. Conſideremus,* inq. D. Hier. *quid Ethicus ille pſalmus ſonet. Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum. Hoc non poteſt dicere, niſi ille qui ad univerſa quæ patitur magnificat Dominum, & ſuo merito imputans, in adverſis de ejus clementia gloriatur. Bonus eſt Deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt.* Et D. Aug. ad quendam ſcribens; *Secundum ſpiritum,* ait, *rectè ſumus; corpore autem in lecto ſum: nec ambulare enim, nec ſtare, nec ſedere poſſum. Sed etiam ſic, quoniam id Domino placet, quid aliud dicendum eſt, niſi quia rectè ſumus? nihil enim non rectè vel facere, vel ſinere exiſtimandus eſt.*

Pſal. 118.

De obitu Bleſillæ.

Epiſt. 149.

MONITUM LXXXI.

Fides tua te ſalvam fecit. Lucæ 7.

De Catech. rudib. ca. 5. Tract 9. in Canon. Ioan.

NUnquam ferè, imò verò nunquam accidit, ut aliquis velit inchoare vitam Chriſtianam, qui non fuerit aliquo Dei timore perculſus, inquit Aug. *Nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari,* ait Sapiens.

Digitized by Google

piens. Hunc autem timorem fides incutit. Audiens enim peccator legem Dei, & ſempiterna ſupplicia prævaricantibus eam parata, haſque Dei minas occulta Spiritus S. inſpiratione veras eſſe credens, terretur, & vehementem gehennæ metum concipit, cùm videat ſe talibus ſceleribus obnoxium, propter quæ Dei judicium, qui ſecundùm veritatem judicat, evadere non poteſt. Et quanquam ita deditus ſit amori hujus mundi, ut mallet in ſceleribus permanere, ſi poſſet impunè, metu tamen pœnarum incipit pravam conſuetudinem deſerere, & ſecum cogitare quomodo pœnam, quam jam promeruit, poſſit evadere. De hoc timore ſcriptum eſt; *Timor Domini expellit peccatum.* Et, *Initium ſapientiæ timor Domini. Vera ſapientia eſt, noſſe & diligere Deum, ſed ad hunc gradum de timore conſcenditur, quia ſicut deſideranda ſunt ejus munera, ſic metuenda judicia,* inquit Divus Proſper. *Sicut ſeta introducit linum, quando aliquid ſuitur, ita timor introducit charitatem: ergo incipiat timor, & præparet locum charitati,* ait Aug. Qui & ante converſionem: *Nihil ita me revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, quàm metus mortis & futuri judicii Dei.*

Eccleſ. 1. Rom. 2. De Spir. & lit. cap. 10. & 32. Ser. 15. de verb. Apoſt. tract. 25. in Pſal. 118. Eccleſ. 1. Prov. 1. In Pſalm. 110. Tract. 9. in Can. Ioan. Lib. 6. Conf. cap. 16.

Deinde illuſtratione fidei, Spiritus proponit homini non tantùm pœnam, ſed etiam peccatum, quia legi Dei & juſtitiæ contrarium eſt, dignum eſſe odio & abominatione: Juſtitiam autem, quam præcepit Deus, verè eſſe amabilem & omni proſecutione dignam. Et majori gratia affectum ejus, quo amabat iniquitatem, Spiritus S. mutare incipit; ita ut jam incipiat deſiderare juſtitiam, oriaturque in eo bona voluntas,

De grat. Chriſt, cap 13.

Digitized by Google

2.Cor.7. qua ſua peccata deteſtari & odiſſe, & ſecundùm Deum de illis contriſtari incipit, proponitque vitam inſtituere ſecundùm mandata Dei, & pravas ſuas concupiſcentias oppugnare. Vera & ſincera cordis ex fide ad Deum converſio poteſt conſiſtere ſine charitate, quæ cum Deo habet amicitiam; ſine dilectione certè non eſt vera contritio, cùm non ſatis ſit pœnam odiſſe, niſi & juſtitia diligatur.

Seſſ. 6. cap. 6. Unde Conc. Trident. ante juſtificationem, quæ per baptiſmum fit, requirit in Catechumeno ad præparationem, non ſolùm ut credat, ſperetque Deum ſibi per Chriſtum fore propitium, verumetiam, ut eum tanquam juſtitiæ fontem incipiat diligere, proptereáque moveatur adverſus peccatum per odium aliquod & deteſtationem, id eſt, per eam pœnitentiam quam ante baptiſmum agi oportet. De hoc juſtitiæ deſiderio ſcriptum eſt:

Pſalm. 118. *Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me*. Et, *Fiat manus tua, ut ſalvet me, quoniam mandata tua elegi*. Et;

Matth. 5. *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam*.

1. Ioan. 3. De hac dilectione dicit Auguſtinus: *Cur dictum eſt, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo eſt? niſi quia & præcepto admonitum eſt liberum arbitrium, ut quæreret Dei donum. Quod quidem prorſus ſine ſuo fructu admoneretur, niſi priùs acciperet aliquid dilectionis, ut addi ſibi quæreret, unde quod jubebatur, impleret*.

Aug. de grat. & lib. arb. cap. 18

Tunc verò cùm homo deſiderat juſtitiam, oditque peccatum, tamen à prava concupiſcentia ſe ſæpe ſuperari experitur: perſuadet ei fides, impoſſibile eſſe per vires proprias, etiam habita quantacunque legis divinæ ſcientia, aut

implere

implere divina mandata, aut placare Deum ſuper peccatis jam commiſſis, ut evadatur pœna æterna, quam homo timet. *Quantum eſt enim*, ait Aug. *quod valet voluntas ſub dominante cupiditate, niſi fortè, ſi pia eſt, ut oret auxilium?* In hoc ergo eſt vera agnitio propriæ malitiæ & infirmitatis ſummopere neceſſaria, *ne homo quærens ſtatuere & fabricare ſibi ſuo ſolius libero arbitrio juſtitiam, juſtitia & gloria, quæ à ſolo Deo eſt, particeps non fiat; ſed potiùs cùm ſe videt mandatis Dei implendis imparem, non ſe extollat ſuperbiâ tumidus, ſed ad gratiam confugiat fatigatus, ac ſic lex terrendo, ad Chriſtum diligendum, pædagogi perducat officio.* De hac humilitate ſcriptum eſt; *Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et ob hanc deſcendit Publicanus juſtificatus in domum ſuam. Lib. 1. Retract. c. 15. Rom. 10. De perf. juſtitiæ, ratioc. 11. Lucæ 18.

In hac autem humilitate ſiſtendum non eſt, ne ex conſideratione propriorum peccatorum & infirmitatis, in barathrum deſperationis incidat peccator, ſed fides ulteriùs facit illum exigere mentis oculum in Dei omnipotentiam & miſericordiam; cujus bonitas tanta eſt, & potentia tanta, ut nulla peccata tam magna ſint & numeroſa, quæ non poſſit & velit pœnitentibus & invocantibus ſe ignoſcere; nullius ad benè vivendum imbecillitas tanta, quam non poſſit & paratus ſit ſedulò invocatus ſublevare, & erigere, ut homo vitam ſuam rectè inſtituat. *Nolo*, inquit, *mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Ecce non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare nequeat, neque aggravata eſt auris ejus, ut non exaudiat.* Ezech. 33. Iſai. 59.

Neque enim impium Calvinum ſequimur, qui ut metas immenſæ Dei potentiæ conſtituere conatur, dicens Deum non poſſe efficere, ut corpus

pus Chriſti ſit verè ac realiter in diverſis locis;ita etiam infinitæ ejus miſericordiæ limites præfigere; negans eos, qui ſcienter veritatem Evangelij cognitam oppugnare pergunt, poſſe ad pœnitentiam reſurgere, quòd ſcilicet æterna cæcitate ob ſuam ingratitudinem juſto Dei judicio percuſſi ſunt.Cui errori manifeſtiſſimè adverſantur Chri-

Matth.5. ſtus & Apoſtoli, jubentes nos *orare pro omnibus*
1.Tim.2. *perſecutoribus*, nullo habito diſcrimine perſecutorum.Quod ſanè ex ipſo Chriſti & Sanctorum facto intelligitur.

Oravit enim Chriſtus etiam pro iis, qui non
Lucæ 23. tantùm agnitam veritatem(quod ſcilicet ipſe eſſet
Vide Aug. Chriſtus,& vineæ Synagogæ hæres)oppugnarunt;
ſer.8.& 9. ſed etiam per malitiam circa priùs agnitam veri-
de verb. tatem excæcati erant; longè peiores per volunta-
Apoſt. riam cæcitatem effecti,quàm cùm veritatem ſcien-
Leo ſer.15. tiæ oppugnarent. Sic & Stephanus oravit pro iis,
de paſſ. quos dicit *ſemper Spiritui ſancto reſtitiſſe, & Chriſti*
Actor.7. *proditores & homicidas fuiſſe*: quibus Saulus ſimilis erat.Peior enim eſt is qui tantæ malitiæ eſt, ut veritatem clarè ſibi propoſitam ex malitia judicet eſſe mendacium, quàm ille, qui ex pravo affectu jam agnitam perſequitur, quando pravitati ſuæ non eò uſque indulget, ut veritatem in corde ſuo extinguat per malitiam.

Hanc autem miſericordiam qua ignoſcit peccata,& hominem benè vivere facit, ſicut & initia præcedentia,non temerè præſtat Deus, quaſi nullam juſtitiæ rationem haberet, nec quaſi peccator ea dignus eſſet,& non daretur ei hæc miſericorditer & gratis; ſed per filium ſuum Dominum no-
Actor.3. ſtrum Jeſum Chriſtum. De quo Scriptura: *Hunc principem*

principem & ſalvatorem exaltavit Deus dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum. Et, *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ut pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.* Orto igitur per fidem deſiderio juſtitiæ in mente hominis, cognitoque per fidem quod à Deo per Chriſtum Salvatorem obtineri poſſit juſtitia, concipitur ſpes obtinendæ ſalutis, de qua ſcriptum eſt; *Sperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.* Et, *Sperate in eo omnis congregatio populi.* Et ex hac ſpe oritur invocatio Dei per eundem Chriſtum, de qua ſubditur in pſalmo; *Effundite coram illo corda veſtra.* De qua & Paulus; *Idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Galat. 3. Pſal. 31. Pſal. 61. Rom. 10.

Tametſi autem hiſce præcedentibus mediis præparatus ſit peccator, & capax, ac idoneus juſtitiæ factus, fides tamen ei demonſtrat, ſe non exaudiri à Deo, nec juſtificari (communi videlicet lege) niſi adhibito ſacramento vel baptiſmi vel pœnitentiæ. *Fides enim & Sacramentum*, ait D. Baſil. *duo ſunt modi parandæ ſalutis inter ſe cognati & inſeparabiles.* Et D. Aug. *fidem & cæteras præparationes conceptioni comparat, Sacramentum verò nativitati. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum eſt de infirmitate noſtra & virtute Divina, habet quidem in ſe, ut omnibus proſit; ſed ſi non bibitur, non medetur.* Bibitur autem maximè uſu Sacramentorum, quæ tanquam vaſcula vivificæ medicinæ plena ex ſua paſſione Dominus nobis reliquit. De Spir. S. cap. 11. Quæſt. 2. ad Simplic. Proſp. ar. 1. falsò impol. Aug.

Fides ergo & invocatio ſunt ea, quibus homo agnoſcit & ſeriò petit medicinam: at Sacramen-

tum

tum eſt quaſi poculum, quo bibitur potio medica, virtus ſcilicet ſanguinis Chriſti à peccatis li-
Lib 4.qq.in Levit. berans. *Contemptor autem viſibilis Sacramenti, ſanctificari inviſibiliter nullo modo poteſt*, inquit Aug. Iuſtificatur autem ex fide homo, non ſolùm ideo, quia omnia peccata ei dimittuntur, ſed etiam quia ſimul cum remiſſione peccatorum, in eum abundè
Tit. 3. effunditur Spiritus Sanctus, qui facit eum novam creaturam; eumque reparat, & ſanat, ac ſanctificat, & verè juſtum facit, ut jam ſit hæres ſecun-
Rom. 7. dùm ſpem vitæ æternæ. *Soluti ſumus à lege mortis*,
Matth. 9. ait Apoſtolus, *ita ut ſerviamus in novitate Spiritus, & non in vetuſtate litteræ*. Et Dominus; *Malè ha-*
De nat. & grat. c 70. *bentibus opus eſt medico. Charitas provecta, provecta juſtitia eſt; charitas perfecta, perfecta juſtitia eſt; ſed charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta*, ait D. Auguſtinus.

Obtenta autem juſtificatione in Sacramentis,
In Pſal. 118. conc. 26. quid impetrat perſeverantiam & ſalutem, niſi fides? *Fides impetrat, quod lex imperat*, ait Aug. Sicut & de remiſſione peccatorum, & juſtificatione alibi
Epiſt. 105. ait; *Nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito*
Epiſt. 106. *eſt, ſi fides hanc impetrat*. Et, *Si quis dixerit, quod gratiam benè operandi fides mereatur, negare non poſſu-*
De bon. perſ. c. 6. *mus, imò verò gratiſſimè confitemur*. Sic & petit fides ac impetrat donum perſeverantiæ in operibus bonis, quibus ex immutabili Dei oratione vita ac ſalus æterna debetur, quæ Sanctis poſt reſurrectionem promittitur, & ſecundùm animam, & ſecun-
1. Ioan. 4. dùm corpus. Vita animæ in hoc conſiſtit, quod
Pſal. 16. Sancti videbunt Deum ſicuti eſt, plenè ſatiati ab immenſa ejus bonitate, ſecuri ſe nunquam ab illa felicitate eſſe caſuros. Corporibus etiam omni robore

Digitized by Google

bore ac ſanitate immortaliter firmatis, aderunt convenientia bona. Ecce quomodo fides ſanet ac ſalvet hominem : non illa ſpecialis, mortua, nuda, dormiens, quam prætendunt hæretici ; ſed exercita, vigens, ac viva, quæ in omnibus ardenter implorat Deum, iuſtitiæ ac ſalutis authorem.

Monitvm LXXXII.

Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo?

Pſalm. 54.

Mundus hic, lubricus eſt locus, in quo difficile eſt ſe ſuſtinere à lapſu, ob innumeras illecebras & incitamenta peccandi, quæ ad tria capita reduci poſſunt. Primò, habet mundus ſuas leges Deo contrarias, leges enim Chriſti : *Beati* Matth. 5.
pauperes, beati qui lugent, beati qui patiuntur, &c. Mundi autem leges ; Divitiis nihil beatius, amplectendas eſſe voluptates, pulchrum evehi ac honorari. Quis eſt, qui cùm eam totius ferè mundi opinionem videt, non ſequatur ? aut ſi ita à Deo illuſtratus ſit, ut videat meliora, reſtat tamen pugna in his exequendis, ob repugnantes, contradicentes, irridentes, &c.

Secundò, mundus abundat exemplis omnium vitiorum, quæ magnam vim habent ad ſeducendum, etiamſi peccata eſſe ſciamus. *Cùm mens hominis*, inquit Cyprian. *ad vitia ipſa ducatur, ſibi quid*

Digitized by Google

Cypr. de ſpectac. *quid faciet ſi habuerit exempla? Natura corporis lubrica, quæ ſponte corruit: quid faciet, ſi fuerit impulſa?* Lib. 2 in Iovinian. *Proclivis eſt malorum imitatio,* ait Hieron. *& quorum virtutes aſſequi nequeas, facilè imitaris vitia.*

Dociles imitandis

Iuvenal. Sat. 14. *Turpibus ac pravis omnes ſumus,* ait Poëta. Et; *Pravi docilis Romana iuventus.* Et Seneca; Sen. ep. 7. *Subducendus eſt populo tener animus, & parum tenax recti. Facilè tranſitur ad plures. Unum exemplum luxuriæ aut avaritiæ multùm mali facit.*

Tertiò habet occaſiones infinitas peccandi, quæ ſemper nos circumſiſtunt, neque potes effugere, quia conjunctæ ſunt cum rebus, quæ tractantur, & quibus interes. Ne in ſicco quidem ſatis firmiter ſtamus, quid fiet in lubrico? *Cùm procul ab his remoti ſæpe capiamur naturæ illecebris,* ait Hieronym. *quantò magis circumdati retibus cupiditatum?* Sic & Lib. 2. in Iovinian. Ser. 11. de Quadr. Leo: *Plena omnia laqueis, plena periculis. Inſidiæ in divitiarum amplitudine, inſidiæ in paupertatis anguſtiis: illa elevant ad ſuperbiam, hæ incitant ad querelam. Tentat ſanitas, tentat infirmitas, dum & illa materia eſt negligentiæ, & hæc cauſa triſtitiæ.* Cum his conſidera hominis infirmitatem, & proclivitatem ad malum, de qua dicitur; *Senſus & cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Gen. 8. Rom. 7. Et, *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ:* quæ lex membrorum eſt concupiſcentia prava cum qua naſcimur, radix malorum omnium, à qua non niſi in morte liberamur.

Ex horum itaque conſideratione anima Chriſtiana de ſalute ſollicita, cogitat de fuga ſeculi. *Nullus enim*, juxta Martyrem Cyprianum, ait

D. Hier.

D.Hier.*diu tutus eſt,periculo proximus. Liberanda eſt ergo de periculoſis locis diligenter navis, ne inter ſcopulos,& ſaxa frangatur*, ait idem Cypr. *eruenda de incendio ſarcina, priuſquam flammis ſupervenientibus concremetur.* Hoc fecit Joannes Baptiſta, qui à puero in deſertis erat,de quo Hier. *Sanctam quidem habuit matrem, Pontificiſque filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret caſtitatis.* Dicit itaque anima Chriſtiana: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo?* ut videlicet quàm longiſſimè abſit. Ad hunc volatum nullius avis magis aptæ ſunt alæ,niſi columbæ, cui propria & naturalis eſt,tum ſimplicitas,tum timiditas.In iſto autem conflictu cum vitiis, nullum firmius præſidium quàm timendi, nulla melior ratio vincendi, quàm fugiendo,elongando ſe à turba,populo, ab oculis hominum,converſatione,terrenis negotiis, ſtrepitu & ſimilibus.

Ad Pammach. Lib.1. epiſt.11. Luc.1. Ad Ruſtic. Pſalm.54. Ad Ruſtic.

Sed nonne turpis omnis fuga eſt? Apud homines quidem hoc ignominioſum eſt, quòd is qui fugit, imparem ſe victumque fateatur. Verùm in conflictu cum vitiis,hoc ipſum fugere,vincere eſt.*Fugite fornicationem,* ait Apoſtolus, non ſolùm ipſum peccatum,ſed etiam quicquid ad illud hominem ducere ſolet. Dictum eſt Arſenio in aula Imperatoris verſanti: *Fuge tumultus,& ſalvaberis.* Vitia enim quæque materiam ſuam quaſi illecebras ac fomenta habent; quæ qui à ſe removet,eo ipſo jam vincit.De hac fuga ſic D.Ambr.*Non erubeſcamus fugere,glorioſa enim fuga eſt, fugere à facie peccati.*Et D. Auguſtinus; *Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam. Nec ſit*

1.Cor.6. In vita Arſen. De fuga ſæculi. De honeſt. mulier.

tibi

Digitized by Google

ſuſcipit, ut homo ab illo liberari ſine dolore, labore, timore non poſſit? Quid amor ipſe rerum vanarum, atque noxiarum, & ex hoc mordaces curæ, perturbationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites, bella, inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſævitia, nequitia, luxuria, petulātia, impudētia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & cōtra naturā utriuſque ſexus tot ſtupra atque immunditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, perjuria, oppreſſiones innocentium, calumniæ, circumventiones, prævaricationes, falſa teſtimonia, iniqua judicia, violētia, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita iſta hominum non recedit? Verùm hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris, & perverſi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam naſcitur. Hactenus Auguſt.

Vide Mon. 118.

Mitis autem adverſa quælibet patienter tolerat, non facilè turbatur, non iraſcitur, non irritatur, non vindictam expetit. Sed unde iſta manſuetudo naſcitur? ex cogitatione & conſideratione juſtorum judiciorum Dei. *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua, & in veritate tua humiliaſti me,* dicebat David. Et, *Priuſquam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum*, videlicet de ſervanda patientia, *cuſtodivi.* Et alius Propheta: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei. Cùm enim ſis juſtus*, inquit Sapiens Deo, *juſtè omnia diſponis; ipſum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute. Bonum eſt*, inquit D. Auguſtinus, *ut conſideremus nos peccatores eſſe, & ſic toleremus impoſitos ſuper capita noſtra, ut & nos*

Pſalm. 118. Ibidem. Micheæ 7. Sap. 12. Geneſ. 18. In Pſal. 65.

nos confiteamur Deo, quia digna patimur. Quid enim indignè pateris, quod facit qui juſtus eſt? Et in Conf. *Liberum voluntatis arbitrium cauſa eſt ut malum faciamus: rectum Dei judicium, ut patiamur. Sublevabat me in lucem tuam,* ait ad Dominum, *quod tam ſciebam me habere voluntatem quàm vivere. Itaque cùm aliquid vellem aut nollem, non aliud quàm me velle, ac nolle, certiſſimus eram, & ibi eſſe cauſam peccati mei jam jamque animadvertebam. Quod autem invitus facerem, pati me potiùs quàm facere videbam, & id non culpam, ſed pœnam eſſe judicabam, qua me non injuſtè plecti, te juſtum cogitans, citò fatebar.* Ita Aug. Lib. 7. Conf. cap 3.

Omnes peccato originis, cum quo naſcimur, has miſerias hujus vitæ meremur. Unde idem Auguſtinus: *Si falſum eſſet,* inquit, *peccata parentum eſſe noſtra, contagione propaginis, profectò grave jugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum uſque in diem ſepulturæ, nullo modo juſtum eſſet. Licèt autem etiam filii novi teſtamenti adhuc in hoc ſeculo pro ſuis & parentum peccatis pœnis viſibilibus, quæ prodeſſe poſſunt, temporaliter affligantur, id tamen agit gratia redemptoris, ut & paternum chirographum deleat cum propriis peccatis, ut in futuro judicio damnationem æternam timere non debeant.* Et rurſum: *Parvulos intuere, quot & quanta mala patiantur, in quibus vanitatibus, cruciatibus, erroribus, terroribus creſcant. Deinde iam grandes etiam Deo ſervientes tentat error, ut decipiat: tentat labor aut dolor, ut frangat: tentat libido, ut accendat: tentat mœror, ut ſternat: tentat typhus, ut extollat. Quod grave iugum ſuper filios Adam non fuiſſet, niſi delicti originalis meritũ præceſſiſſet. Nos ergo,* dicebat Judith, *non ulciſcamur nos pro his quæ patimur; ſed reputan-*

Lib. 6. cont. Iulia. cap 4. Eccleſ. 40. Lib. eodem, cap. 12. Lib. 4. cap. ultimo. Iudith 8.

Digitized by Google

tes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe; flagella Domini, quibus quaſi ſervi corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eveniſſe credamus.

Poſſid. in vita.

Sic D. Aug. in vaſtatione illa Africana, & qui cum illo erant, tempore obſidionis civitatis Hipponenſis, Dei tremenda judicia præ oculis ſuis poſita conſiderantes, dicebant illud Pſalmiſtæ: *Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum.* Et Mauritius Imp. cùm à Phoca ante oculos ejus necarentur filii, alta Philoſophia dixiſſe fertur illud Davidicum; *Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum. Conſideremus*, inq. D. Hier. *quid Ethicus ille pſalmus ſonet. Iuſtus es, Domine, & rectum judicium tuum. Hoc non poteſt dicere, niſi ille qui ad univerſa quæ patitur magnificat Dominum, & ſuo merito imputans, in adverſis de ejus clementia gloriatur. Bonus eſt Deus, & omnia quæ bonus facit, bona ſint neceſſe eſt.* Et D. Aug. ad quendam ſcribens; *Secundum ſpiritum*, ait, *rectè ſumus; corpore autem in lecto ſum: nec ambulare enim, nec ſtare, nec ſedere poſſum. Sed etiam ſic, quoniam id Domino placet, quid aliud dicendum eſt, niſi quia rectè ſumus? nihil enim non rectè vel facere, vel ſinere exiſtimandus eſt.*

Pſal. 118.

De obitu Bleſillæ.

Epiſt. 149.

MONITUM LXXXI.

Fides tua te ſalvam fecit. Lucæ 7.

De Catech. rudib. ca. 5. Tract. 9. in Canon. Ioan.

N*Unquam ferè, imò verò nunquam accidit, ut aliquis velit inchoare vitam Chriſtianam, qui non fuerit aliquo Dei timore perculſus*, inquit Aug. *Nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari*, ait Sapiens.

Digitized by Google

piens. Hunc autem timorem fides incutit. Audiens Eccleſ.1.
enim peccator legem Dei, & ſempiterna ſupplicia
prævaricantibus eam parata, haſque Dei minas
occulta Spiritus S. inſpiratione veras eſſe credens,
terretur, & vehementem gehennæ metum concipit,
cùm videat ſe talibus ſceleribus obnoxium,
propter quæ Dei judicium, qui ſecundùm verita- Rom.2.
tem judicat, evadere non poteſt. Et quanquam ita De Spir.&
deditus ſit amori hujus mundi, ut mallet in ſcele- lit. cap. 10.
ribus permanere, ſi poſſet impunè, metu tamen pœ- & 32. Ser.
narum incipit pravam conſuetudinem deſerere, & 15. de verb.
ſecum cogitare quomodo pœnam, quam jam pro- Apoſt.
meruit, poſſit evadere. De hoc timore ſcriptum tract. 25. in
eſt; *Timor Domini expellit peccatum*. Et, *Initium* Pſal. 118.
ſapientiæ timor Domini. Vera ſapientia eſt, noſſe &
diligere Deum, ſed ad hunc gradum de timore con- Eccleſ.1.
ſcenditur, quia ſicut deſideranda ſunt ejus munera, Prov.1.
ſic metuenda judicia, inquit Divus Proſper. *Sicut*
ſeta introducit linum, quando aliquid ſuitur, ita timor In Pſalm.
introducit charitatem: ergo incipiat timor, & præpa- 110.
ret locum charitati, ait Aug. Qui & ante converſionem:
Nihil ita me revocabat à profundiore volupta- Tract. 9. in
tum carnalium gurgite, quàm metus mortis & futuri Can. Ioan.
judicii Dei. Lib. 6.

Deinde illuſtratione fidei, Spiritus proponit Conf. cap. 16.
homini non tantùm pœnam, ſed etiam peccatum,
quia legi Dei & juſtitiæ contrarium eſt, dignum
eſſe odio & abominatione: Juſtitiam autem,
quam præcepit Deus, verè eſſe amabilem &
omni proſecutione dignam. Et majori gratia affectum
ejus, quo amabat iniquitatem, Spiritus De grat.
S. mutare incipit; ita ut jam incipiat deſiderare Chriſt,
juſtitiam, oriaturque in eo bona voluntas, cap 13.

Digitized by Google

2.Cor.7. qua ſua peccata deteſtari & odiſſe, & ſecundùm Deum de illis contriſtari incipit, proponitque vitam inſtituere ſecundùm mandata Dei, & pravas ſuas concupiſcentias oppugnare. Vera & ſincera cordis ex fide ad Deum converſio poteſt conſiſtere ſine charitate, quæ cum Deo habet amicitiam; ſine dilectione certè non eſt vera contritio, cùm non ſatis ſit pœnam odiſſe, niſi & juſtitia diligatur.

Seſſ. 6. cap. 6. Unde Conc. Trident. ante juſtificationem, quæ per baptiſmum fit, requirit in Catechumeno ad præparationem, non ſolùm ut credat, ſperetque Deum ſibi per Chriſtum fore propitium, verumetiam, ut eum tanquam juſtitiæ fontem incipiat diligere, proptereáque moveatur adverſus peccatum per odium aliquod & deteſtationem, id eſt, per eam pœnitentiam quam ante baptiſmum agi oportet. De hoc juſtitiæ deſiderio ſcriptum eſt: *Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me*. Et, *Fiat manus tua, ut ſalvet me, quoniam mandata tua elegi*. Et; *Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam*. De hac dilectione dicit Auguſtinus: *Cur dictum eſt, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo eſt? niſi quia & præcepto admonitum eſt liberum arbitrium, ut quæreret Dei donum. Quod quidem prorſus ſine ſuo fructu admoneretur, niſi priùs acciperet aliquid dilectionis, ut addi ſibi quæreret, unde quod jubebatur, impleret*.

Pſalm. 118. Matth. 5. 1. Ioan. 3. Aug. de grat. & lib. arb. cap. 18

Tunc verò cùm homo deſiderat juſtitiam, oditque peccatum, tamen à prava concupiſcentia ſe ſæpe ſuperari experitur: perſuadet ei fides, impoſſibile eſſe per vires proprias, etiam habita quantacunque legis divinæ ſcientia, aut implere

implere divina mandata, aut placare Deum ſuper peccatis jam commiſſis, ut evadatur pœna æterna, quam homo timet. *Quantum eſt enim,* ait Aug. *quod valet voluntas ſub dominante cupiditate, niſi fortè, ſi pia eſt, ut oret auxilium?* In hoc ergo eſt vera agnitio propriæ malitiæ & infirmitatis ſummopere neceſſaria, *ne homo quærens ſtatuere & fabricare ſibi ſuo ſolius libero arbitrio juſtitiam, juſtitiæ & gloriæ, quæ à ſolo Deo eſt, particeps non fiat; ſed potiùs cùm ſe videt mandatis Dei implendis imparem, non ſe extollat ſuperbiâ tumidus, ſed ad gratiam confugiat fatigatus, ac ſic lex terrendo, ad Chriſtum diligendum, pædagogi perducat officio.* De hac humilitate ſcriptum eſt; *Omnis qui ſe humiliat, exaltabitur.* Et ob hanc deſcendit Publicanus juſtificatus in domum ſuam. Lib. 1. Retract. c. 15. Rom. 10. De perf. juſtitiæ, ratioc. 11. Lucæ 18.

In hac autem humilitate ſiſtendum non eſt, ne ex conſideratione propriorum peccatorum & infirmitatis, in barathrum deſperationis incidat peccator, ſed fides ulteriùs facit illum exigere mentis oculum in Dei omnipotentiam & miſericordiam; cujus bonitas tanta eſt, & potentia tanta, ut nulla peccata tam magna ſint & numeroſa, quæ non poſſit & velit pœnitentibus & invocantibus ſe ignoſcere; nullius ad benè vivendum imbecillitas tanta, quam non poſſit & paratus ſit ſedulò invocatus ſublevare, & erigere, ut homo vitam ſuam rectè inſtituat. *Nolo,* inquit, *mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Ecce non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare nequeat, neque aggravata eſt auris ejus, ut non exaudiat.* Ezech. 33. Iſai. 59.

Neque enim impium Calvinum ſequimur, qui ut metas immenſæ Dei potentiæ conſtituere conatur, dicens Deum non poſſe efficere, ut corpus

pus Chriſti ſit verè ac realiter in diverſis locis;ita etiam infinitæ ejus miſericordiæ limites præfigere; negans eos, qui ſcienter veritatem Evangelij cognitam oppugnare pergunt, poſſe ad pœnitentiam reſurgere, quòd ſcilicet æterna cæcitate ob ſuam ingratitudinem juſto Dei judicio percuſſi ſunt. Cui errori manifeſtiſſimè adverſantur Chri-
Matth. 5. ſtus & Apoſtoli, jubentes nos *orare pro omnibus*
1. Tim. 2. *perſecutoribus*, nullo habito diſcrimine perſecutorum. Quod ſanè ex ipſo Chriſti & Sanctorum facto intelligitur.

Oravit enim Chriſtus etiam pro iis, qui non
Lucæ 23. tantùm agnitam veritatem (quod ſcilicet ipſe eſſet
Vide Aug. ſer. 8. & 9. de verb. Apoſt. Leo ſer. 15. de paſſ. Chriſtus, & vineæ Synagogæ hæres) oppugnarunt; ſed etiam per malitiam circa priùs agnitam veritatem excæcati erant; longè peiores per voluntariam cæcitatem effecti, quàm cùm veritatem ſcientiæ oppugnarent. Sic & Stephanus oravit pro iis,
Actor. 7. quos dicit *ſemper Spiritui ſancto reſtitiſſe, & Chriſti proditores & homicidas fuiſſe*: quibus Saulus ſimilis erat. Peior enim eſt is qui tantæ malitiæ eſt, ut veritatem clarè ſibi propoſitam ex malitia judicet eſſe mendacium, quàm ille, qui ex pravo affectu jam agnitam perſequitur, quando pravitati ſuæ non eò uſque indulget, ut veritatem in corde ſuo extinguat per malitiam.

Hanc autem miſericordiam qua ignoſcit peccata, & hominem benè vivere facit, ſicut & initia præcedentia, non temerè præſtat Deus, quaſi nullam juſtitiæ rationem haberet, nec quaſi peccator ea dignus eſſet, & non daretur ei hæc miſericorditer & gratis; ſed per filium ſuum Dominum no-
Actor. 3. ſtrum Jeſum Chriſtum. De quo Scriptura: *Hunc principem*

principem & ſalvatorem exaltavit Deus dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum. Et, *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ut pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.* Orto igitur per fidem deſiderio juſtitiæ in mente hominis, cognitoque per fidem quod à Deo per Chriſtum Salvatorem obtineri poſſit juſtitia, concipitur ſpes obtinendæ ſalutis, de qua ſcriptum eſt; *Sperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.* Et, *Sperate in eo omnis congregatio populi.* Et ex hac ſpe oritur invocatio Dei per eundem Chriſtum, de qua ſubditur in pſalmo; *Effundite coram illo corda veſtra.* De qua & Paulus; *Idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.*

Galat. 3. Pſal. 31. Pſal. 61. Rom. 10.

Tametſi autem hiſce præcedentibus mediis præparatus ſit peccator, & capax, ac idoneus juſtitiæ factus, fides tamen ei demonſtrat, ſe non exaudiri à Deo, nec juſtificari (communi videlicet lege) niſi adhibito ſacramento vel baptiſmi vel pœnitentiæ. *Fides enim & Sacramentum*, ait D. Baſil. *duo ſunt modi parandæ ſalutis inter ſe cognati & inſeparabiles.* Et D. Aug. *fidem & cæteras præparationes conceptioni comparat, Sacramentum verò nativitati. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum eſt de infirmitate noſtra & virtute Divina, habet quidem in ſe, ut omnibus proſit; ſed ſi non bibitur, non medetur.* Bibitur autem maximè uſu Sacramentorum, quæ tanquam vaſcula vivificæ medicinæ plena ex ſua paſſione Dominus nobis reliquit.

De Spir. S. cap. 11. Quæſt. 2. ad Simplic. Proſp. ar. 1. falsò impoſ. Aug.

Fides ergo & invocatio ſunt ea, quibus homo agnoſcit & ſeriò petit medicinam: at Sacramen-

tum

Digitized by Google

tum eſt quaſi poculum, quo bibitur potio medica, virtus ſcilicet ſanguinis Chriſti à peccatis liberans. *Contemptor autem viſibilis Sacramenti, ſanctificari inviſibiliter nullo modo poteſt*, inquit Aug. Iuſtificatur autem ex fide homo, non ſolùm ideo, quia omnia peccata ei dimittuntur, ſed etiam quia ſimul cum remiſſione peccatorum, in eum abundè effunditur Spiritus Sanctus, qui facit eum novam creaturam; eumque reparat, & ſanat, ac ſanctificat, & verè juſtum facit, ut jam ſit hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ. *Soluti ſumus à lege mortis*, ait Apoſtolus, *ita ut ſerviamus in novitate Spiritus, & non in vetuſtate litteræ.* Et Dominus; *Malè habentibus opus eſt medico. Charitas provecta, provecta juſtitia eſt; charitas perfecta, perfecta juſtitia eſt; ſed charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta*, ait D. Auguſtinus.

Lib 4. qq. in Levit. — Tit. 3. — Rom. 7. — Matth. 9. — De nat. & grat. c 70.

Obtenta autem juſtificatione in Sacramentis, quid impetrat perſeverantiam & ſalutem, niſi fides? *Fides impetrat, quod lex imperat*, ait Aug. Sicut & de remiſſione peccatorum, & juſtificatione alibi ait; *Nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fides hanc impetrat.* Et, *Si quis dixerit, quod gratiam benè operandi fides mereatur, negare non poſſumus, imò verò gratiſſimè confitemur.* Sic & petit fides ac impetrat donum perſeverantiæ in operibus bonis, quibus ex immutabili Dei oratione vita ac ſalus æterna debetur, quæ Sanctis poſt reſurrectionem promittitur, & ſecundùm animam, & ſecundùm corpus. Vita animæ in hoc conſiſtit, quod Sancti videbunt Deum ſicuti eſt, plenè ſatiati ab immenſa ejus bonitate, ſecuri ſe nunquam ab illa felicitate eſſe caſuros. Corporibus etiam omni robore

In Pſal. 118. conc. 26. — Epiſt. 105. — Epiſt. 106. — De bon. perſ. c. 6. — 1. Ioan. 4. — Pſal. 16.

Digitized by Google

bore ac ſanitate immortaliter firmatis, aderunt convenientia bona. Ecce quomodo fides ſanet ac ſalvet hominem: non illa ſpecialis, mortua, nuda, dormiens, quam prætendunt hæretici; ſed exercita, vigens, ac viva, quæ in omnibus ardenter implorat Deum, iuſtitiæ ac ſalutis authorem.

MONITVM LXXXII.

Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo?

Pſalm. 54.

MUndus hic, lubricus eſt locus, in quo difficile eſt ſe ſuſtinere à lapſu, ob innumeras illecebras & incitamenta peccandi, quæ ad tria capita reduci poſſunt. Primò, habet mundus ſuas leges Deo contrarias, leges enim Chriſti: *Beati pauperes, beati qui lugent, beati qui patiuntur, &c.* Matth. 5. Mundi autem leges; Divitiis nihil beatius, amplectendas eſſe voluptates, pulchrum evehi ac honorari. Quis eſt, qui cùm eam totius ferè mundi opinionem videt, non ſequatur? aut ſi ita à Deo illuſtratus ſit, ut videat meliora, reſtat tamen pugna in his exequendis, ob repugnantes, contradicentes, irridentes, &c.

Secundò, mundus abundat exemplis omnium vitiorum, quæ magnam vim habent ad ſeducendum, etiamſi peccata eſſe ſciamus. *Cùm mens hominis*, inquit Cyprian. *ad vitia ipſa ducatur, ſibi quid*

D.Hier.*diu tutus eſt, periculo proximus. Liberanda eſt ergo de periculoſis locis diligenter navis, ne inter ſcopulos, & ſaxa frangatur,* ait idem Cypr. *eruenda de incendio ſarcina, priuſquam flammis ſupervenientibus concremetur.* Hoc fecit Joannes Baptiſta, qui à puero in deſertis erat, de quo Hier. *Sanctam quidem habuit matrem, Pontificiſque filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, ut in domo parentum cum periculo viveret caſtitatis.* Dicit itaque anima Chriſtiana: *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo?* ut videlicet quàm longiſſimè abſit. Ad hunc volatum nullius avis magis aptæ ſunt alæ, niſi columbæ, cui propria & naturalis eſt, tum ſimplicitas, tum timiditas. In iſto autem conflictu cum vitiis, nullum firmius præſidium quàm timendi, nulla melior ratio vincendi, quàm fugiendo, elongando ſe à turba, populo, ab oculis hominum, converſatione, terrenis negotiis, ſtrepitu & ſimilibus.

Ad Pammach. Lib. 1. epiſt. 11. Luc. 1. Ad Ruſtic. Pſalm. 54. Ad Ruſtic.

Sed nonne turpis omnis fuga eſt? Apud homines quidem hoc ignominioſum eſt, quòd is qui fugit, imparem ſe victumque fateatur. Verùm in conflictu cum vitiis, hoc ipſum fugere, vincere eſt. *Fugite fornicationem,* ait Apoſtolus, non ſolùm ipſum peccatum, ſed etiam quicquid ad illud hominem ducere ſolet. Dictum eſt Arſenio in aula Imperatoris verſanti: *Fuge tumultus, & ſalvaberis.* Vitia enim quæque materiam ſuam quaſi illecebras ac fomenta habent; quæ qui à ſe removet, eo ipſo jam vincit. De hac fuga ſic D. Ambr. *Non erubeſcamus fugere, glorioſa enim fuga eſt, fugere à facie peccati.* Et D. Auguſtinus; *Contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam. Nec ſit*

1. Cor. 6. In vita Arſen. De fuga ſæculi. De honeſt. mulier.

tibi

Vetus ac frequens hæc erat in Gentilium ore in Chriſtianos jactari ſolita contumelia, quod eſſent inertes, quod Chriſtiani tranquillioris vitæ cupidi, ac proinde pacifici, urbanos ſtrepitus, & palatij ac curiarum tumultus vitare ſolcant. Quam refellens Tertull. ait: *Sed alio quoque injuriarum titulo poſtulamur, & infructuoſi in negotiis dicimur,* &c. Sed in prauis operibus Chriſtianos omnino frigidos inertéſque ſe habere, in bonis autem ſedulos ac ſtudioſos eſſe, pluribus monſtrat. Sic Suetonius ſugillat Flauium Clementem Exconſulem, quem ob fidem Chriſtianã necarat Domitianus Imp. ignaviæ atque inertiæ, ob cauſã prædictã. Vide in Apologet. cap 42. 43. 44. 45. Sueton. in Domit. c. 15.

De qua re etiam D. Proſp. *Quo pretio huius temporis quies aptiùs comparatur, quàm ut ipſi mundo omnes diuitiæ, omnes dignitates, & uniuerſarum cupiditatum materia refundantur, & ſancto beatoque commercio ematur Chriſtiana libertas, fiantque filij Dei de paupertate diuites, de patientia fortes, de humilitate ſublimes. Non enim ut dilectores hujus ſæculi putãt, pravi cordis aut ſegnis eſt animi, terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire; nec ibi gloriã quærere, ubi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur: Unde ſi verè intelligatur contemptus iſte rerum præſentium, ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius, nihil inuenietur electius, quæ ſacratiſſimis deſideriis uniuerſa tranſcendunt, neque ad ullam creaturam, quamvis potentem atque mirabilem, ſed ad ipſum omnium viſibilium & inuiſibilium ambiunt Creatorem, cui appropinquare, clareſcere eſt; quem timere, gaudere eſt; cui ſervire, regnare eſt.* In epiſt. ad Demetria. Pſalm. 9.

Refert de Nebridio ſuo Auguſt. *Agebat*, inq. Lib. 8. c. 6. Conf.

illud prudentiſſimè, cavens innoteſcere perſonis ſecundùm hoc ſeculum majoribus, devitans in eis omnē inquietudinem animi, quem volebat habere liberum, & quàm multis poſſet horis feriatum ad quærendum aliquid, vel legendum, vel audiendum de Sapientia.

In Pſal. 58. *Unde putatis*, ait idem Aug. *ſeruis Dei impleta eſſe deſerta: ſi benè illis eſſet inter homines, recederent ab hominibus?* Pulchrè Seneca: *Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem, quæris? Turbam. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod compoſui, turbatur: aliquid ex his quæ fugavi, redit. Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, imò verò crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui.*

Epiſt. 7.

Hinc & omnia ſua relinquebant Sancti, tanquam impedimenta bonorum & malorum irritamenta, quò ſic expeditis humeris, ſine ſarcina curarum ſecularium, ad cœleſtia ſubuolare animus poſſet. *Idcirco*, inquit S. Paulinus, *me leuare ſarcinis, & veſtimentis onerantibus exuere curavi, ut undoſum hoc, quod inter nos & Deum peccatis interlatrantibus ſeparat præſentis vitæ ſalum, omni amictu carnis, & cura diei ſequentis, jubente & adjuvante Chriſto, expeditus enatem.* Quod ſi Crates Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cùm ad Philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit ſimul ſe poſſe virtutes & divitias poſſidere, quantò æquius eſt hoc ſentire & facere Chriſtianos, ut nudum Chriſtum nudi, expeditique ſequantur? *Nihil maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident*, ait Gregor. *Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Si enim veſtitus quiſquam cum nudo luctetur, citiùs ad terram dejicitur,*

Hieron. in epiſt. ad Paulinum.

Hom. 12. in Evang.

citur, quod habeat unde teneatur. Quid autem ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abjiciat; ne ſuccumbat.

MONITUM LXXXIII.

Violenti rapiunt regnum cælorum.

Matth. 11.

NOn eſt ad magna facilis aſcenſus, inquit D. Cyprian: *quem ſudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur aſcendere colles & vertices montium? quid ut aſcendamus ad cœlum?* Et D. Hieron. *Grandis eſt violentia; in terra non eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere, poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam, abnegare ſemetipſum, & tollere crucem ſuam quotidie.* Huc pertinet viſio S. Perpetuæ: Vidit ſcalam auream uſque ad cœlum erectam, in dextra & læva cultris & gladiis plenam, adeò anguſtam, ut non niſi unus & parvus per eam inter gladios aſcendere poſſet, & ſubtus ad pedes ejus draco teterrimus. *Sic Iacob luctatus prævaluit*, inq. Aug. *tenuit; & quem videbatur viciſſe, rogat ut ab eo benedicatur. In Angeli forma Dominus erat; luctatus fecit ſe teneri, miſericordia, non infirmitate: regnum enim cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Contra quos autem hoſtes luctentur ſancti, declarat idem Aug. de civit. Dei. *Præter mala hujus vitæ bonis maliſque communia, habent in ea juſti proprios quoſdam*

De hab. Virgin.

In cap. 11. Matth.

Baro. to. 2.

In Pſ. 147.

Matth. 11.

Li. 22. c. 23.

labores, quibus non ſolùm aduerſus diabolum, ſed etiam aduerſus propria vitia militant, & in talium periculorum tentationibus periculiſque verſantur aliquando concitatiùs, aliquando remiſſiùs, non tamen deſinit caro concupiſcere aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, ut non ea quæ volumus, omnem malam concupiſcentiam conſumendo, ſed eam nobis, quantum diuinitus adjuti poſſumus, non ei conſentiendo, ſubdamus.

Rom. 7. De hac lucta querebatur Apoſtolus Paulus: *Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et D. Paulinus: *Pauper ego & dolens,* inquit, *qui adhuc terrenæ imaginis ſqualore concretus ſum, & plus de primo Adam, quàm ſecundo, carnis ſenſibus & terrenis actibus refero, ipſe diſcors & inteſtino bello diſtrahor, dum ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum dimicat, & lex corporis lege peccati legem mentis impugnat. Infelix ego, qui in me venenatum inimicæ arboris guſtum, nec crucis ligno digeſſi. Durat enim mihi illud per Adam virus paternum, quo uniuerſitatem generis ſui pater præuaricatus infecit.* Uterque luctam Chriſtiani hominis veraciter & humiliter in ſe exprimens. Sicut & Gregor. Nazianz. Deum alloquens:

Apud Aug. epiſt. 105.

> *Cur carnis laqueis,* ait, *tu me Pater implicuiſti?*
> *Cur ſubſum vitæ, quæ mihi bella mouet?*

Lib. 2. cap. 27. 28. de voc. gent.

D. verò Proſper: *In præſentis,* inquit, *agonis incerto, ubi tota vita tentatio eſt, nec ab inſidianti ſuperbia ipſa tuta eſt victoria. Et licet innumeris Sanctis ſuis donet virtutem perſeuerandi uſque in finem Diuina protectio*

Seſſ. 13. c. 2.

protectio, à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis; vt in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus ſemper velle & nolle decertet.

Quàm ſit autem periculoſum, imò pernitioſum in hac lucta deſidem eſſe atque ignauum, oſtendit D. Hieronym. contra Pelag. *Hoc*, ait, *dicimus, poſſe hominem non peccare, ſi velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus eſt animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cythara: Quod ſi paululum ſe remiſerit, quomodo qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manus, ſtatim retrò labitur, & fluentibus aquis, quò non vult, ducitur: ſic humana conditio, ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.* Sic & D. Gregor. *Mens*, ait, *mutabilitatis ſuæ pondere, ad aliud ſemper impellit, quàm eſt; & niſi in ſtatu ſuo arcta cuſtodia diſciplinæ teneatur, ſemper in deteriora delabitur: Quæ enim ſemper ſtantem deſeruit, ſtatum quem habere potuit, amiſit. Vnde nunc cùm ad meliora nititur, quaſi contra ictum fluminis conatur: cùm ab intentione aſcendendi reſoluitur, ſine labore ad ima malè ducitur: niſi mentis contentio ferueat, unda mundi non vincitur, per quam anima ſemper ad ima reuocatur. Homo enim in corruptibili carne viuens, habet tentationum immunditias impreſſas in ſemetipſo, quia nimirum eas traxit ab origine. Hinc eſt ergo quod plerumque tentatur & nolens: hinc eſt quod immunda quædam in mente patitur, quamuis ex iudicio reluctetur: quia conceptus de immunditia, dum ad munditiam tendit, hoc conatur vincere quod eſt.*

Lib. 3. initio.

Lib. 11. Moral. ca. 27. 28.

Hinc rectè Chriſtus *violentos* dicit *rapere regnum. Grandis enim virtutis eſt, & ſollicitæ diligen-*

Matth. 11.

In epiſt. ad Furiam. Serm. 1. de Quadrag.

tia, ait Hieronym. *ſuperare quod natus ſis, in carne non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtem, Argi (ut fabulæ ferunt) centum oculis obſeruare.* De qua pugna & D. Leo: *Sunt,* inquit, *intra noſmetipſos multa certamina, & aliud caro aduersùs ſpiritum, aliud ſpiritus aduersùs carnem concupiſcit. In qua diſſenſione ſi cupiditates carnis fuerint fortiores, turpiter animus amittet propriam dignitatem, & pernitioſum erit ei ſeruire, quem decuerat imperare. Si autem mens rectori ſubdita, & ſupernis muneribus delectata, terrena voluptatis incitamenta calcaverit, & in ſuo mortali corpore regnare peccatum non ſiverit, ordinatiſſimum tenebit ratio principatum, & munitionem ejus nulla ſpiritualium nequitiarum labefactabit illuſio.*

De ciuit. li. 22. cap. 25

1. Cor. 15.

Sent. 294 apud D. Proſp.

Valdè autem notandum eſt, quod ait D. Auguſtin. *In hoc bello laborum periculorúmque pleniſſimo, admodum cauendum eſt, ne vel de viribus noſtris ſperetur facienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur, ſed ejus gratia, de quo ait Apoſtolus, Gratias ago Deo qui dat nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Et illud eiuſdem; *Actio in vita pia eſt, Deum colere, & in ejus gratia contra interna vitia pugnare, iiſque uſque ad illicita inſtigantibus, cogentibúſve non cedere: & ubi ceditur, indulgentiam, atque ut non cedatur, adjutorium Dei affectu religioſæ pietatis expoſcere.* Hoc ergo faciendum, imprimiſque charitas nobis comparanda eſt, quæ nos violentos facit, de qua Sapiens; *Fortis, ut mors, dilectio. Vbi à contrario data eſt ſimilitudo,* inquit Auguſt. *Quomodo enim mors violentiſſima eſt ad auferendum, ſic charitas violentiſſima ad ſaluandum*: & nemo eam vincit, ut nec

Cant. 8

In Pſal. 47.

mortem,

mortem; ſed ipſa omnia, ut & mors.

Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. Ovid. ad Liviam.

Variæ ſunt tentationes diaboli in hac vita, omnes ſuperat charitas; imprimis ſuggerit hoſtis errores, vincit eos charitas; quia, ut Apoſtolus, *Charitas omnia credit*, Deo ſcilicet, ſive per ſe, ſive per ſuos ſervos loquenti, ſciens eum veracem eſſe in verbis, omnipotentem in factis. Deinde miniſtrat illecebras: vincit eas charitas, quia ut idem Apoſtolus, *omnia ſperat*, meliora ſcilicet, bona quæ Deus promittit in futuro: ideóque ut illa adipiſcatur, abſtinet præſentibus, ſciens *impoſſibile eſſe, ut ſimul præſentibus & futuris fruatur bonis, de delitiis tranſeat ad delitias*: nunc gaudeat cum mundo, & poſtea regnet cum Chriſto. Denique intentat hoſtis pœnas, vincit charitas, quia ut Apoſtolus, *omnia ſuffert*, ut Deum promereatur, & æterna ſupplicia effugiat: ſciens *non eſſe condignas paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam. Et momentaneum hoc ac leve tribulationis, æternum gloriæ pondus operari in nobis.* Hinc ſanctus Ignatius, omnia diaboli tormenta in ſe provocat: *tantùm*, inquit, *Chriſto fruar*. Et Propheta; *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.*

Epiſt. 29. ad D. Hier.

Ibidem.

De Hier. ad Iulian.

1. Cor. 13.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

In epiſt. a Rom.

Abac. 3.

Digitized by Google

MONITUM LXXXIV.

Accedite ad eum, & illuminamini.

Pſal. 33.

Pſalm 33. MOnet Propheta Dauid, ut ad Deum accedamus; ſed ubi invenietur? Primò in Sacramento altaris verè ac realiter adeſt nobis Chriſtus Dominus; ibi nos illuminat, unde hic dicitur, *Accedite ad eum, & illuminamini. Iudæi acceſſerunt ad Dominum*, inq. Auguſt. *ut eum crucifigerent; nos ad eum accedamus, ut corpus & ſanguinem accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati ſunt, nos manducando crucifixum, & bibendo illuminamur.* Hoc ſignificatum eſt in Emaus, ait Theoph. dum ad benedictum panem à Chriſto, fractumque ac diſcipulis porrectum illuminati ſunt oculi eorum. *Inſinuatur, quod oculi eorum qui benedictum panem aſſumunt, aperiuntur, ut agnoſcant illum: Magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini.* Sic & Damaſc. *Corpus Chriſti*, inquit, *ſuſcipiamus, ut ignis comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra: & participatione Divini ignis, igniamur & deificemur.*

In Pſal. 33.

Luc. 24 & ibi Theophylact.

Lib. 4. de fide, cap. 24

In illo etiam Sacramento nos paſcit & nutrit; cibo enim iſto ſpiritali quotidianas ruinas ſpiritus reficimus, ac in vita ſpirituali, quæ cœleſti regeneratione donata eſt, conſervamur. Ad hoc enim menſa iſta inſtituta eſt à Chriſto. *Sumi voluit hoc Sacramentum*, ait Concil. Trident. *tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur*

Digitized by Google

tur viuentes vita illius, qui dixit : Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Ioan. 6.

Ibi etiam nobis medetur ac ſanat. *Eſt antidotum,* inquit idem Concil. *quo liberemur à cunctis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur.* Ibidem. *Medicina eſt venerabile & cæleſte Sacramentum,* ait D. Ambroſius: Lib. 5. c. 4. de Sacram. *ejus virtute,* inquit Diuus Bernard. Ser. de cœna Dom. *peſſimum vlcus, videlicet concupiſcentia mala, accedit ad ſanitatem : & ſi quis non tam ſæpe modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in illo.*

Deinde intus in corde inuenitur Deus. *Ex quo te didici*, ait Auguſtin. ad Dominum, Lib. 10. Conf. cap. 24. *manes in memoria mea, & ibi te inuenio cùm reminiſcor tui, & delector in te ; hæ ſunt ſanctæ delitiæ meæ.* Unde & David, Pſalm. 76. *Renuit conſolari anima mea*, videlicet in iſtis terrenis, tranſitoriis, ac ſeductoriis. Quid ergo? poteris ſine conſolatione vivere? *Memor,* inquit, *fui Dei, & delectatus ſum.* Unde Scriptura, *Qui timet Dominum, conuertetur ad cor ſuum.* Eccleſ. 22. Et, *Redite præuaricatores ad cor.* Iſai. 46. Diuus Auguſtin. ante converſionem : *Quærebam te*, ait, *foris à me, & non inueniebam Deum cordis mei.* Lib. 6. Conf. c. 1. Et rurſum ; *Ecce intus eras, & ego foris, & in iſta formoſa quæ feciſti, deformis irruebam.* Lib. 10. cap. 27. Et, *Ecce ubi eſt, ubi ſapit veritas : Intimus cordi eſt, ſed cor errauit ab eo. Redite præuaricatores ad cor, & inhærete illi qui fecit vos. State cum eo, & ſtabitis : requiſcite in eo, & quieti eritis.* Lib. 4. c. 12. *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus*, Pſalm. 84. dicit Propheta. *Veritas intus loquitur ſine ſtrepitu verborum, quò ſecretiùs, eò ſuauiùs* Fulg. lib. 1. ad Monimum, ca. 4.

Digitized by Google

Lib. 3. cap. 43. de Imitat.

vius. Si, inquit Thom. Kemp. *in qualibet cauſa mox intres cum Moyſe in tabernaculum ad conſulendum Dominum; audies nonnunquam Divinum reſponſum, & redibis eruditus de multis præſentibus & futuris. Semper enim Moyſes recurſum habuit ad Tabernaculum pro dubiis & quæſtionibus ſolvendis, fugitque ad orationis adjutorium, pro periculis & improbitatibus hominum ſubleuandis. Sic & tu confugere debes in cordis tui ſecretarium, Divinum intentiùs implorando auxilium. Loquitur Deus in conſcientia cujuſlibet animæ*, inquit Auguſtinus, *quantumcunque perverſæ, quæ tamen vllo modo ratiocinari poteſt: Nam approbare, quod benè facit; improbare, quod malè, non poteſt, niſi clamante veritate.*

Lib. 2. de Ser. Dom. in monte.

Tertiò, adeſt nobis Deus in Scripturis ſanctis, ibi nobis loquitur, in illis nos docet, hortatur, corripit. De quibus Sanctus Auguſtinus: *In ſcripturis Sanctis, quas Eccleſiæ Catholicæ commendat auctoritas, viam poſuit Deus ſalutis humanæ, ad eam vitam quæ poſt hanc mortem futura eſt.* Et rurſum: *Nullo modo Deus tribuiſſet tam excellentem illi ſcripturæ per omnès iam terras auctoritatem, niſi & per ipſam credi, & per ipſam quæri voluiſſet.* Ad eum ergo etiam accedimus, quando eum in Scriptura ſancta loquentem conſulimus & audimus; ac in omni difficultate & quæſtione primò ad illam recurrendum, quæ tanquam lucerna quædam nobis poſita eſt, cui attendere debemus in loco iſto caliginoſo, ut rectè ambulemus, & ne offendamus. *Ad legem magis & ad teſtimonium*, dicitur apud Prophetam. Ubi Diuus Hieronymus, *Si vultis noſſe quæ dubia ſunt, magis vos legi & teſtimoniis Scripturarum tradite; alioqui lucem veritatis non habebi*

Lib. 7. Conf. c. 7.

Lib. 6. c. 5.

Pſal. 118.

2. Pet. 1.

Iſaiæ 8 & in eum loc. Hieron.

habebitis, ſi verbum Domini quærere nolueritis. Sunt, inquit Auguſtinus, *velut epiſtolæ quædam ad nos è cœlo miſſæ, quibus ſuam voluntatem aperit nobis Deus. Quantum conceditur de Scripturis ſanctis, tantùm audeo loqui, nihil ex me.* Vult Sanctus Auguſtinus *primò ſolerter indagari Scripturas ſacras, eaſque haberi cognitas, etſi nondum intellectu, tamen lectione. Cæteras,* inquit, *ſecurius leges, fide veritatis inſtructus, ne præoccupent imbecillem animum, & præjudicent aliquid contra ſanam intelligentiam.* De doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 8. *Si enim animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aſſeruerit Scriptura, figuratum homines interpretantur,* inquit ibid. lib. 3. cap. 10. Patet de Euchariſtia. In Pſal. 90. conc. 2. & in Pſal. 64. In Pſal. 85.

De medio petrarum dabunt voces, ait Pſalmiſta. Petræ ſunt Prophetæ, Apoſtoli, & alij, qui dictante Spiritu S. ſcripſerunt. Petræ ſunt ob firmitatem in fide, charitate, à quibus nihil potuit eos ſeparare. Ex illis loquendum, docendum, corripiendum, non ex propria phantaſia, Philoſophorum inſipientia, Hæreticorum aſtutia. Hæc dicit Dominus, Iſaias, Ieremias, Petrus, Paulus; non Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, &c. *Quis veſtrum,* ait Auguſtinus, *non me irridebit, ſi ita dicam? Non voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia; ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines,* inquit Petrus. Et, *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus,* ait Paulus. *Cur illa tempora,* inquit D. Ambroſ. *quibus ab Eccleſia vacas, lectioni non impendas? Cur non Chriſtum reuiſas, alloquaris, audias? Illum alloqui* Pſal. 103. Aug. in illum Pſal. conc. 31. 2. Pet. 1. 2 Timot. 3. In lib. Off. cap. 20.

tibi verecundum fugere, ſi caſtitatis palmam deſideras obtinere.

Hieron. cont. Vigil. Pulchrè D. Hieron. contra Vigilantium, qui oppugnabat ſtatum Monachorum, qui ſeculum fugiunt. *Monachus*, inquit, *habet officium plangentis, qui ſe vel mundum lugeat, & Domini pavidus præſtoletur adventum; qui ſciens imbecillitatem ſuam & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, corruat atque frangatur. Unde & mulierum, maximeque adoleſcentularum, vitat aſpectum, & in tantum caſtigator eſt ſui, ut etiam quæ tuta ſunt pertimeſcat.* Clamabat Vigilantius; *Cur pergis ad eremum, fugis ſeculum?*

Ibidem Hieron. Reſpondet Hieronymus; *Ut te non videam, non audiam, ut tuo furore non movear, tua bella non patiar; ne me capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus.*

Rurſum Vigilantius; *Sed hoc non eſt pugnare, ſed fugere: ſta in acie, adverſariis armatus obſiſte; ut poſtquam viceris, coroneris.* Reſpondet Hier. *Fateor imbecillitatem meam; nolo ſpe pugnare victoria, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium devitavi: ſi ſtetero, aut vincendum mihi eſt, aut cadendum. Quid autem neceſſe eſt certa dimittere, & incerta ſectari? Aut ſcuto, aut pedibus mors vitanda eſt. Tu qui pugnas, & ſuperari potes & vincere. Ego cum fugero, non vincar in eo, quod fugio; ſed ideo fugio, ne vincar. Nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire: poteſt fieri, ut me non mordeat; tamen poteſt fieri, ut aliquando me mordeat.* Ita Hier. Et rurſum in epiſt. ad Matrem & filiam: *Quid tibi neceſſe eſt ibi verſari ubi neceſſe habes quotidie periclitari, aut vincere? Quis unquam juxta viperam ſecuros carpit ſomnos? quæ etſi non percutiat, certè ſollicitat, &c.*

Vetus

Digitized by Google

Vetus ac frequens hæc erat in Gentilium ore in Chriſtianos jactari ſolita contumelia, quod eſſent inertes, quod Chriſtiani tranquillioris vitæ cupidi, ac proinde pacifici, urbanos ſtrepitus, & palatij ac curiarum tumultus vitare ſoleant. Quam refellens Tertull. ait: *Sed alio quoque injuriarum titulo poſtulamur, & infructuoſi in negotiis dicimur,* &c. Sed in prauis operibus Chriſtianos omnino frigidos inertéſque ſe habere, in bonis autem ſedulos ac ſtudioſos eſſe, pluribus monſtrat. Sic Suetonius ſugillat Flauium Clementem Exconſulem, quem ob fidem Chriſtianā necarat Domitianus Imp. ignaviæ atque inertiæ, ob causā prædictā. Vide in Apologet. cap 42. 43. 44. 45. Sueton. in Domit. c. 15.

De qua re etiam D. Proſp. *Quo pretio huius temporis quies aptiùs comparatur, quàm ut ipſi mundo omnes divitiæ, omnes dignitates, & univerſarum cupiditatum materia refundantur, & ſancto beatoque commercio ematur Chriſtiana libertas, fiantque filij Dei de paupertate divites, de patientia fortes, de humilitate ſublimes. Non enim ut dilectores hujus ſæculi putāt, pravi cordis aut ſegnis eſt animi, terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire; nec ibi gloriā quærere, ubi laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicitur: Unde ſi verè intelligatur contemptus iſte rerum præſentium, ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius, nihil invenietur electius, quæ ſacratiſſimis deſideriis univerſa tranſcendunt, neque ad ullam creaturam, quamvis potentem atque mirabilem, ſed ad ipſum omnium viſibilium & inviſibilium ambiunt Creatorem, cui appropinquare, clareſcere eſt; quem timere, gaudere eſt; cui ſervire, regnare eſt.* In epiſt. ad Demetria. Pſalm. 9.

Refert de Nebridio ſuo Auguſt. *Agebat*, inq. Lib. 8. c. 6. Conf.

illud prudentiſſimè, cavens innoteſcere perſonis ſecundùm hoc ſeculum majoribus, devitans in eis omnẽ inquietudinem animi, quem volebat habere liberum, & quàm multis poſſet horis feriatum ad quærendum aliquid, vel legendum, vel audiendum de Sapientia.

In Pſal. 58. *Unde putatis,* ait idem Aug. *ſeruis Dei impleta eſſe deſerta: ſi benè illis eſſet inter homines, recederent ab hominibus?* Pulchrè Seneca: *Quid tibi vitandum præcipuè exiſtimem, quæris? Turbam. Ego certè confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli, refero. Aliquid ex eo quod compoſui, turbatur: aliquid ex his quæ fugavi, redit. Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, imò verò crudelior, & inhumanior, quia inter homines fui.*

Epiſt. 7.

Hinc & omnia ſua relinquebant Sancti, tanquam impedimenta bonorum & malorum irritamenta, quò ſic expeditis humeris, ſine ſarcina curarum ſecularium, ad cœleſtia ſubuolare animus poſſet. *Idcirco,* inquit S. Paulinus, *me leuare ſarcinis, & veſtimentis onerantibus exuere curavi, ut undoſum hoc, quod inter nos & Deum peccatis interlatrantibus ſeparat præſentis vitæ ſalum, omni amictu carnis, & cura diei ſequentis, jubente & adjuvante Chriſto, expeditus enatem.* Quod ſi Crates Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cùm ad Philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit ſimul ſe poſſe virtutes & divitias poſſidere, quantò æquius eſt hoc ſentire & facere Chriſtianos, ut nudum Chriſtum nudi, expeditique ſequantur? *Nihil maligni ſpiritus in hoc mundo proprium poſſident,* ait Gregor. *Nudi ergo cum nudis luctari debemus. Si enim veſtitus quiſquam cum nudo luctetur, citiùs ad terram dejicitur,*

Hieron. in epiſt. ad Paulinum.

Hom. 12. in Evang.

citur, quòd habeat unde teneatur. Quid autèm ſunt terrena omnia, niſi quædam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimenta abjiciat; ne ſuccumbat.

MONITUM LXXXIII.

Violenti rapiunt regnum cœlorum.

Matth. 11.

NOn eſt ad magna facilis aſcenſus, *inquit D. Cyprian: quem ſudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur aſcendere colles & vertices montium? quid ut aſcendamus ad cœlum?* Et D. Hieron. *Grandis eſt violentia; in terra non eſſe generatos, & cœlorum ſedem quærere, poſſidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam, abnegare ſemetipſum, & tollere crucem ſuam quotidie.* Huc pertinet viſio S. Perpetuæ: Vidit ſcalam auream uſque ad cœlum erectam, in dextra & læva cultris & gladiis plenam, adeò anguſtam, ut non niſi unus & parvus per eam inter gladios aſcendere poſſet, & ſubtus ad pedes ejus draco teterrimus. *Sic Iacob luctatus prævaluit*, inq. Aug. *tenuit, & quem videbatur viciſſe, rogat ut ab eo benedicatur. In Angeli forma Dominus erat; luctatus fecit ſe teneri, miſericordia, non infirmitate: regnum enim cœlorum vim patitur; & violenti rapiunt illud.* Contra quos autem hoſtes luctentur ſancti, declarat idem Aug. de civit. Dei. *Præter mala hujus vitæ bonis maliſque communia, habent in ea juſti proprios quoſdam*

De hab. Virgin.

In cap. 11. Matth.

Baro. to. 2.

In Pſ. 147.

Matth. 11.

Li. 22. c. 23.

protectio, à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat ex ipſis; vt in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus ſemper velle & nolle decertet.

Quàm ſit autem periculoſum, imò pernitioſum in hac lucta deſidem eſſe atque ignauum, oſtendit D. Hieronym. contra Pelag. *Hoc*, ait, *dicimus, poſſe hominem non peccare, ſi velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus eſt animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur in cythara: Quod ſi paululum ſe remiſerit, quomodo qui aduerſo flumine lembum trahit, ſi remiſerit manus, ſtatim retrò labitur, & fluentibus aquis, quò non vult, ducitur: ſic humana conditio, ſi paululum ſe remiſerit, diſcit fragilitatem ſuam, & multa ſe non poſſe cognoſcit.* Sic & D. Gregor. *Mens*, ait, *mutabilitatis ſuæ pondere, ad aliud ſemper impellit, quàm eſt; & niſi in ſtatu ſuo arcta cuſtodia diſciplinæ teneatur, ſemper in deteriora delabitur: Quæ enim ſemper ſtantem deſeruit, ſtatum quem habere potuit, amiſit. Vnde nunc cùm ad meliora nititur, quaſi contra ictum fluminis conatur: cùm ab intentione aſcendendi reſoluitur, ſine labore ad ima malè ducitur: niſi mentis contentio ferueat, unda mundi non vincitur, per quam anima ſemper ad ima reuocatur. Homo enim in corruptibili carne viuens, habet tentationum immunditias impreſſas in ſemetipſo, quia nimirum eas traxit ab origine. Hinc eſt ergo quod plerumque tentatur & nolens: hinc eſt quod immunda quædam in mente patitur, quamuis ex iudicio reluctetur: quia conceptus de immunditia, dum ad munditiam tendit, hoc conatur vincere quod eſt.*

Lib. 3. initio.

Lib. 11. Moral. ca. 27. 28.

Hinc rectè Chriſtus *violentos* dicit *rapere regnum. Grandis enim virtutis eſt, & ſollicitæ diligen-* Matth. 11.

Digitized by Google

In epiſt. ad Furiam. Serm. 1. de Quadrag.

tia, ait Hieronym. *ſuperare quod natus ſis, in carne non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & incluſum hoſtem, Argi (ut fabulæ ferunt) centum oculis obſeruare.* De qua pugna & D. Leo: *Sunt,* inquit, *intra noſmetipſos multa certamina, & aliud caro aduersùs ſpiritum, aliud ſpiritus aduersùs carnem concupiſcit. In qua diſſenſione ſi cupiditates carnis fuerint fortiores, turpiter animus amittet propriam dignitatem, & pernitioſum erit ei ſeruire, quem decuerat imperare. Si autem mens rectori ſubdita, & ſupernis muneribus delectata, terrena voluptatis incitamenta calcaverit, & in ſuo mortali corpore regnare peccatum non ſiverit, ordinatiſſimum tenebit ratio principatum, & munitionem ejus nulla ſpiritualium nequitiarum labefactabit illuſio.*

De ciuit. li. 22. cap. 25

1. Cor. 15.

Sent. 194 apud D. Proſp.

Valdè autem notandum eſt, quod ait D. Auguſtin. *In hoc bello laborum periculorúmque pleniſſimo, admodum cauendum eſt, ne vel de viribus noſtris ſperetur facienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur, ſed ejus gratia, de quo ait Apoſtolus, Gratias ago Deo qui dat nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Et illud eiuſdem: *Actio in vita pia eſt, Deum colere, & in ejus gratia contra interna vitia pugnare, iiſque vſque ad illicita inſtigantibus, cogentibúſve non cedere: & ubi ceditur, indulgentiam, atque ut non cedatur, adjutorium Dei affectu religioſæ pietatis expoſcere.* Hoc ergo faciendum, imprimiſque charitas nobis comparanda eſt, quæ nos violentos facit, de qua Sapiens: *Fortis, ut mors, dilectio. Vbi à contrario data eſt ſimilitudo,* inquit Auguſt. *Quomodo enim mors violentiſſima eſt ad auferendum, ſic charitas violentiſſima ad ſaluandum*: & nemo eam vincit, ut nec

Cant. 8

In Pſal. 47

mortem,

Digitized by Google

mortem; ſed ipſa omnia, ut & mors.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas. Ovid. ad Liviam.
Variæ ſunt tentationes diaboli in hac vita, omnes ſuperat charitas; imprimis ſuggerit hoſtis errores, vincit eos charitas; quia, ut Apoſtolus, *Charitas omnia credit*, Deo ſcilicet, ſive per ſe, ſive per ſuos ſervos loquenti, ſciens eum veracem eſſe in verbis, omnipotentem in factis. Deinde miniſtrat illecebras: vincit eas charitas, quia ut idem Apoſtolus, *omnia ſperat*, meliora ſcilicet, bona quæ Deus promittit in futuro: ideóque ut illa adipiſcatur, abſtinet præſentibus, ſciens *impoſſibile eſſe, ut ſimul præſentibus & futuris fruatur bonis, de delitiis tranſeat ad delitias*: nunc gaudeat cum mundo, & poſtea regnet cum Chriſto. Denique intentat hoſtis pœnas, vincit charitas, quia ut Apoſtolus, *omnia ſuffert*, ut Deum promereatur, & æterna ſupplicia effugiat: ſciens *non eſſe condignas paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam. Et momentaneum hoc ac leve tribulationis, æternum gloriæ pondus operari in nobis.* Hinc ſanctus Ignatius, omnia diaboli tormenta in ſe provocat: *tantùm*, inquit, *Chriſto fruar.* Et Propheta; *Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum.*

Epiſt. 29. ad D. Hier.
Ibidem.
De Hier. ad Iulian.
1. Cor. 13.
Rom. 8.
2. Cor. 4.
In epiſt. a Rom.
Abac. 3.

MONITUM LXXXIV.

Accedite ad eum, & illuminamini.

Pſal. 33.

Pſalm 33. MOnet Propheta Dauid, ut ad Deum accedamus; ſed ubi invenietur? Primò in Sacramento altaris verè ac realiter adeſt nobis Chriſtus Dominus; ibi nos illuminat, unde hîc dicitur, *Accedite ad eum, & illuminamini. Iudæi acceſſerunt ad Dominum,* inq. Auguſt. *ut eum crucifigerent; nos ad eum accedamus, ut corpus & ſanguinem accipiamus. Illi de crucifixo tenebrati ſunt, nos manducando crucifixum, & bibendo illuminamur.* Hoc ſignificatum eſt in Emaus, ait Theoph. dum ad benedictum panem à Chriſto, fractumque ac diſcipulis porrectum illuminati ſunt oculi eorum. *Inſinuatur, quod oculi eorum qui benedictum panem aſſumunt, aperiuntur, ut agnoſcant illum: Magnam enim & indicibilem vim habet caro Domini.* Sic & Damaſc. *Corpus Chriſti,* inquit, *ſuſcipiamus, ut ignis comburat peccata noſtra, & illuminet corda noſtra: & participatione Divini ignis, ignianur & deificemur.*

In Pſal. 33.

Luc. 24 & ibi Theophylact.

Lib. 4. de fide, cap. 24

In illo etiam Sacramento nos paſcit & nutrit; cibo enim iſto ſpiritali quotidianas ruinas ſpiritus reficimus, ac in vita ſpirituali, quæ cœleſti regeneratione donata eſt, conſervamur. Ad hoc enim menſa iſta inſtituta eſt à Chriſto. *Sumi voluit hoc Sacramentum,* ait Concil. Trident. *tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur*

tur viuentes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Ioan. 6.

Ibi etiam nobis medetur ac ſanat. *Eſt antidotum*, inquit idem Concil. *quo liberemur à cunctis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſeruemur.* *Medicina eſt venerabile & cæleſte Sacramentum*, ait D. Ambroſius: *ejus virtute*, inquit Diuus Bernard. *peſſimum vlcus, videlicet concupiſcentiæ mala, accedit ad ſanitatem: & ſi quis non tam ſæpe modò, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in illo.* Ibidem. Lib. 5. c. 4. de Sacram. Ser. de cœna Dom.

Deinde intus in corde inuenitur Deus. *Ex quo te didici*, ait Auguſtin. ad Dominum, *manes in memoria mea, & ibi te inuenio cùm reminiſcor tui, & delector in te; hæ ſunt ſanctæ delitiæ meæ.* Unde & David, *Renuit conſolari anima mea*, videlicet in iſtis terrenis, tranſitoriis, ac ſeductoriis. Quid ergo? poteris ſine conſolatione vivere? *Memor*, inquit, *fui Dei, & delectatus ſum.* Unde Scriptura, *Qui timet Dominum, conuertetur ad cor ſuum.* Et, *Redite præuaricatores ad cor.* Diuus Auguſtin. ante converſionem: *Quærebam te*, ait, *foris à me, & non inueniebam Deum cordis mei.* Et rurſum; *Ecce intus eras, & ego foris, & in iſta formoſa quæ feciſti, deformis irruebam.* Et, *Ecce ubi eſt, ubi ſapit veritas: Intimus cordi eſt, ſed cor errauit ab eo. Redite præuaricatores ad cor, & inhærete illi qui fecit vos. State cum eo, & ſtabitis: requiſcite in eo, & quieti eritis. Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus*, dicit Propheta. *Veritas intus loquitur ſine ſtrepitu verborum, quò ſecretiùs, eò ſuavius* Lib. 10. Conf. cap. 24. Pſalm. 76. Eccleſ. 22. Iſai. 46. Lib. 6. Conf. c. 1. Lib. 10. cap. 27. Lib. 4. c. 12. Pſalm. 84. Fulg. lib. 1. ad Monimum, ca. 4.

Lib.3. cap. 43. de Imitat. *vius. Si*, inquit Thom. Kemp. *in qualibet cauſa mox intres cum Moyſe in tabernaculum ad conſulendum Dominum; audies nonnunquam Divinum reſponſum, & redibis eruditus de multis præſentibus & futuris. Semper enim Moyſes recurſum habuit ad Tabernaculum pro dubiis & quæſtionibus ſolvendis, fugitque ad orationis adjutorium, pro periculis & improbitatibus hominum ſubleuandis. Sic & tu confugere debes in cordis tui ſecretarium, Divinum intentiùs implorando auxilium. Loquitur Deus in conſcientia cujuſlibet animæ*, inquit Auguſtinus, *quantumcunque perverſæ, quæ tamen vllo modo ratiocinari poteſt: Nam approbare, quod benè facit; improbare, quod malè, non poteſt, niſi clamante veritate.*

Lib.2. de Ser. Dom. in monte.

Tertiò, adeſt nobis Deus in Scripturis ſanctis, ibi nobis loquitur, in illis nos docet, hortatur, corripit. De quibus Sanctus Auguſtinus: *In ſcripturis Sanctis, quas Eccleſiæ Catholicæ commendat auctoritas, viam poſuit Deus ſalutis humanæ, ad eam vitam quæ poſt hanc mortem futura eſt.* Et rurſum: *Nullo modo Deus tribuiſſet tam excellentem illi ſcripturæ per omnes iam terras auctoritatem, niſi & per ipſam credi, & per ipſam quæri voluiſſet.* Ad eum ergo etiam accedimus, quando eum in Scriptura ſancta loquentem conſulimus & audimus; ac in omni difficultate & quæſtione primò ad illam recurrendum, quæ tanquam lucerna quædam nobis poſita eſt, cui attendere debemus in loco iſto caliginoſo, ut rectè ambulemus, & ne offendamus. *Ad legem magis & ad teſtimonium*, dicitur apud Prophetam. Ubi Diuus Hieronymus, *Si vultis noſſe quæ dubia ſunt, magis vos legi & teſtimoniis Scripturarum tradite; alioqui lucem veritatis non*

Lib. 7. Conf. c. 7.

Lib. 6. c. 5.

Pſal. 118. 2. Pet. 1. Iſaiæ 8 & in eum loc. Hieron.

habebi

habebitis, ſi verbum Domini quærere nolueritis. Sunt, inquit Auguſtinus, *velut epiſtolæ quædam ad nos è cœlo miſſæ, quibus ſuam voluntatem aperit nobis Deus. Quantum conceditur de Scripturis ſanctis, tantùm audeo loqui, nihil ex me.* Vult Sanctus Auguſtinus *primò ſolerter indagari Scripturas ſacras, eaſque haberi cognitas, etſi nondum intellectu, tamen lectione. Cæteras*, inquit, *ſecurius leges, fide veritatis inſtructus, ne præoccupent imbecillem animum, & præjudicent aliquid contra ſanam intelligentiam.* De doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 8. *Si enim animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aſſeruerit Scriptura, figuratum homines interpretantur*, inquit ibid. lib. 3. cap. 10. Patet de Euchariſtia.

In Pſal. 90. conc. 2. & in Pſal. 64. In Pſal. 85.

De medio petrarum dabunt voces, ait Pſalmiſta. Petræ ſunt Prophetæ, Apoſtoli, & alij, qui dictante Spiritu S. ſcripſerunt. Petræ ſunt ob firmitatem in fide, charitate, à quibus nihil potuit eos ſeparare. Ex illis loquendum, docendum, corripiendum, non ex propria phantaſia, Philoſophorum inſipientia, Hæreticorum aſtutia. Hæc dicit Dominus, Iſaias, Ieremias, Petrus, Paulus; non Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, &c. *Quis veſtrum*, ait Auguſtinus, *non me irridebit, ſi ita dicam? Non voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia; ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines*, inquit Petrus. Et, *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus*, ait Paulus. *Cur illa tempora*, inquit D. Ambroſ. *quibus ab Eccleſia vacas, lectioni non impendas? Cur non Chriſtum reuiſas, alloquaris, audias? Illum alloqui*

Pſal. 103. Aug. in illum Pſal. conc. 31.

2. Pet. 1.

2 Timot. 3. In lib. Off. cap. 20.

alloquimur, cùm oramus; illum audimus, cum Diuina legimus oracula. Et Hieron. Euſtochio: *Semper tecum ſponſus ludat intrinſecus. Oras? loqueris ad ſponſum: legis? ille tibi loquitur.*

Epiſt. ad Euſtoch.

Denique ad Dominum accedimus, quando ad eius Miniſtros, Præpoſitos, Paſtores imus, per quos nobis loquitur Deus. *Qui vos audit*, inquit, *me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et Apoſtolus, *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Et, *Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei.* Unde rurſum Dominus; *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Vocantur in Scriptura, os Domini. Dauid ait, *Teſtimonia vel judicia oris tui*; id eſt, inquit Auguſtin. quæ tu per Prophetas, Apoſtolos, & alios Sanctos qui ſunt os tuum, enuntiaſti. Unde & Dominus apud Ieremiam; *Si ſeperaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris.* Tales ſunt, *qui*, ut loquitur Apoſt. *habent ſenſus exercitatos ad diſcretionem boni & mali. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum eſt*, ait Propheta.

Luc. 10. 2. Cor. 5. 1. Cor. 4. Ioan. 20. Pſalm. 118. & ibi Aug. Ierem. 15. Hebr. 5. Malach. 2.

Monet S. Ignatius: *Eſtote miniſtri Dei, & os Chriſti.* Vocabatur Baptiſta, *vox clamantis.* Baſilius Nazianzenum vocat *os Chriſti.* Sicut Irenæus Marcionem hæreticum, *os diaboli* vocat: & tales ſunt omnes hæretici, ſerpentis ore fallentes; *qui mendax eſt, & pater eius*, ſcilicet, mendacis, vel mendacij. Similiter os diaboli ſunt, qui loquuntur blaſphema, detractoria, impudica, &c. Sic Auguſtinus ante converſionem, cùm Alipium incitaret ad libidinem: *Per me*, inquit, *illi ſerpens,*

In epiſt. ad Epheſ. Matth. 3. Epiſt. 141. 3. Reg. 22. Ioan. 8. Li. 6. Confeſ. cap. 12.

Digitized by Google

pens loquebatur, & innectebat atque ſpargebat per linguam meam dulces laqueos in via ejus, quibus honeſti ejus ped s implicarentur. Erat etiam Alipius ab omni libidine alieniſſimus. Sic ergo os Chriſti, per quos ipſe Chriſtus loquitur. *Non vos eſtis, qui loquimini, ſed ſtiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Nihil audeo loqui eorum,* ait Apoſtolus, *quæ per me non efficit Chriſtus.* Et rurſum; *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus?* Non ergo proprio ſenſui in credendis & agendis rebus nimis innitendum; ſed os Domini interrogandum, ne quis decipiatur. Rom. 15. 2. Cor. 13.

Bonum eſt, inquit Hieronymus, *obedire majoribus, parere perfectis: & poſt regulas Scripturarum vitæ ſuæ tramitem ab aliis diſcere, nec præceptore uti peſſimo, propria ſcilicet præſumptione.* Sic Auguſtin. Simplicianum bonum ſervum Domini, *in quo lucebat gratia ejus, & longa ætate in ſectando ſtudio vitæ bonæ, multa expertus, multa edoctus videbatur,* acceſſit in ſua converſione; *ut inde proferret, quis eſſet aptus modus ſic affecto, ut ipſe erat, ad ambulandum in via Domini. Videbat enim plenam Eccleſiam, & alius ſic ibat, alius autem ſic. Per literas etiam inſinuavit viro ſancto Ambroſio priſtinos ſuos errores, & præſens votum, ut moneret quid potiſſimùm illi de libris ſacris legendum eſſet; quo percipiendæ tantæ gratiæ paratior, aptiorque fieret. Væ filii deſertores,* inquit Dominus, *ut faceretis conſilium, & non ex me; & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum: Et os meum non interrogaſtis.* Ioſue autem & filij Iſraël leguntur decepti à Gabaonitis, quòd *os Domini non priùs interrogaſſent.* Epiſt. ad Demetriad. Lib. 8. Conf. c. 1. Lib. 9. c. 9. Eſai. 30. Ioſue 9.

Libido

Libido proprii ſenſus, morbus eſt nobis innatus, periculoſus, ac pernitioſus, cum reliquis vitiis carnis ſanandus & crucifigendus. *Amatque ſuum mundi ſapientia ſenſum*, inquit D. Proſp. Inde diſſenſiones, hæreſes, ſchiſmata. *Et labyrintho fallitur, ambages dubiarum ingreſſa viarum.* Paſtores & doctores ſequendi, *quos dedit Chriſtus ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti; donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ut jam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia, ad circumuentionem erroris*. Sic in veteri teſtamento mittebantur ad Sacerdotes Leuitici generis: *Ab eis*, inquit Scriptura, *quæres, qui indicabunt tibi judicii veritatem. Et facies quæcunque dixerint, & docuerint te ſecundum legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum; nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Contentioſum ſtudium & præoccupatio diuturni erroris, ab intelligendo impedit*, ait D. Auguſt. Et à veritatis ſuſceptione *impedit & ſua ſententia præjudicium, & peruicacia grauiſſima vinculum.*

Epheſ. 4.
De ingratis.
Deut. 17.
Epiſt. 5. in fine.
De pec. mer. lib. 8. cap. 8.

MONI

MONITUM LXXXV.

Attende tibi, & doctrina.

1. Timoth. 4.

DUo habere debet is, qui alios docet & regit; vitam ſine crimine, doctrinam ſine errore. Unde de talibus Apoſtolus; *Attende tibi*, ut rectè vivas, *doctrina*; ut rectè doceas. Summus omnium doctor & rector, *cœpit facere & docere*: & *potens erat in opere & ſermone*, ait Lucas. *Tobias filium docebat vita viam, & ei præibat pede charitatis, nuſquam errans*, inquit Auguſtin. *Prædicare veritatem nihil eſt, ſi cor à lingua diſſentiat, ſicuti etiam audire veritatem, nihil eſt, ſi non auditionem fructus ſequatur*, ait idem. Sic & Hieron. *Non confundant opera tua ſermonem tuum, ne cùm in Eccleſia loqueris, tacitus quilibet reſpondeat, Cur ergo hæc dicis, ipſe non facis? Delicatus eſt magiſter, qui pleno ventre de jejuniis diſputat: accuſare avaritiam & latro poteſt. Sacerdotis mens, vita, oſque concordent. Ut quis obedienter audiatur, omni granditate dictionis, majus pondus habet vita dicentis*, inquit Auguſt. *Dabit voci ſuæ vocem virtutis, ſi id quod ſuadet, ſibi cognoſcitur priùs perſuaſiſſe*, ait Bern. *Validior eſt vox operis quã oris; fac ut loqueris, & non ſolùm me faciliùs emendas, ſed & teipſum gravi liberas probro, videlicet alium doces, teipſum nõ doces. Et, Medice curat eipsũ.* Alioqui quod verbis docent, moribus impugnant;

1. Tim. 4. Actor. 1. Lucæ 24. Tob. 4. Lib. 10. Conf. c. 34. In Pſal. 66. In epiſt. ad Nepot. Aug. lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 27. Bernard. ſerm. 59. in Cant.

Digitized by Google

Rom. 2. Lucæ 4. nant; & *una manu advocant animas, altera repellunt*, inquit Nazianz.

Greg. Nazianz. in ſent. n.4. De doct. Chriſt. ibi. *Multi ſunt*, ait Auguſtinus, *qui malam ſuam vitam ex moribus præpoſitorum defendunt, excuſant: dicentes vel corde, vel etiam ore, Quid mihi præcipis, quod ipſe non facis? ita fit, ut qui ſe ipſe non audit, ab aliis etiam non audiatur; & Verbum Dei quod prædicat, ſimul cum ipſo prædicante contemnatur. Unde Apoſtolus ad Timotheum,* 1. Tim.4. *cùm dixiſſet; Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſubjecit, Ut non contemneretur. Sed forma eſto fidelium, in verbo, converſatione, charitate, fide, caſtitate. Illa enim vox libentiùs auditorum* In Paſt. part.2. c.3. & 4. *corda penetrat*, ait Gregorius, *quàm dicentis vita commendat, quia dum quod loquendo imperat, oſtendendo adjuvat, ut fiat.* Atque ut Leo: *Nullus bonus* In Ser. de S.Laurent. *ſibi ſoli bonus eſt, nec cujuſquam ſapientis ſibi tantùm ſapientia eſt amica: & hæc verarum natura virtutum eſt, ut multos à tenebroſo abducat errore. Facilis ad exhortandum ſit ratio, efficax ad ſuadendum; validiora ſunt tamen exempla, quàm verba, & plenius eſt opere docere, quàm voce.* Unde & pulchrè Poëta:

Claudianus.

In commune jubes ſi quid, cenſeſque tenendum,
Primus juſſa ſubi: tunc obſervantior æqui
Fit populus: nec ferre negat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum. Nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta valēt, quā vita regentis. Et alius,

Ovid. lib 6. Faſt.

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cùm iudex alios, quod monet, ipſe facit.

Debet etiam is qui alios regit & docet, habere doctrinam ſine errore. Unde Apoſtolus

Timo

Timotheo: *Sollicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis.* Et ad Titum vult, ut *potens ſit exhortari in doctrina ſana*, id eſt, quæ morbis animorum, qui peccata ſunt, medeatur, & nullum contineat errorem, nulla ſit falſitate contaminata. S. Franciſcus in Regula, cap. 9. *Fratres*, inquit, *moneo & exhortor, ut in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi, annuntiando eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam, cum brevitate ſermonis.* Dicitur in Levit. *Non ſeres agrum tuum diverſo ſemine.* Semen verbi, quod ſeminatur in agro cordis, ut fructificet, non debet eſſe varium, partim verum, partim falſum, partim ſanum, partim vanum; ſed purum ac ſincerum. Monet Apoſtolus; *Doctrinis variis ac peregrinis nolite abduci* à fide, veritate, ſincera doctrina. Peregrinæ doctrinæ ſunt, quæ inauditæ ac patribus incognitæ. Variæ, quando falſæ doctrinæ vera aliqua intermiſcentur. Unde hæreſis lepræ comparatur, quæ veris falſiſque colorum fucis humana corpora variat atque maculat, ſicut hæretici vera falſis inordinatè permiſcent. 1. Tim. 2. Tit. 1. Levit. 19. Heb. 13. Aug. lib. 1. 99. Evang. cap. 40.

Pulchrè Hier. ex Tertull. *Philoſophi Patriarchæ hæreticorum, Eccleſiæ puritatem perverſa maculavere doctrina.* Hoc eſt adulterare Verbum Dei: contra quod Apoſtolus; *Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes Verbum Dei.* Sicut faciunt mercatores, in cera, vino, & aliis. *Vinum tuum mixtum eſt aqua: argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.* Pura ac ſincera eſt doctrina Eccleſiæ Catholicæ; de qua dicitur Paſtoribus; *Aquam puriſſimam bibiſtis:* ad quã hortatur Petrus: *Sine dolo lac concupiſcite.* Pura erat do- In epiſt. ad Cteſiph. 2. Cor. 2. Iſai. 1. Ezech. 34. 1. Pet. 2.

Lib. 5. Conf. c. 13. ctrina Ambroſii, de quo Aug. *Quod eloquia ejus ſtrenuè miniſtrarent populo adipem frumenti Dominici, quod in populo omni Dominico die rectè tractaret verbum veritatis:* Lib. 6. c. 3. Aug. lib. 1. cont. Iul. *quod eius puriſſimum in ſcripturis ſenſum ne inimicus quidem auſus fuerit reprehendere.* In epiſt. cap. 2. Talis erat doctrina Auguſtini, de quo Pontifex Cœleſtinus, quod *inter Magiſtros optimos ſemper habitus, ut eum nec ſiniſtra ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſerit.* In epiſt. ad Ruffin. Et D. Proſp. quod *defæcatiſſimam ac ſaluberrimam de gratia Dei doctrinam tradiderit hominibus;* unde monet Ruffinum, ut diligentem ſcriptis Auguſtini curam impenderet.

De illis qui inſinceram habent doctrinam monet Sapiens, Prov. 23. *Ne deſideres de cibis illius, in quo eſt panis mendacii,* id eſt, ne legas libros, vel audias ſermones ejus qui falſam, vel impiam habet doctrinam. Ita etiam hortatur Hieron. In epiſt. ad Lætam. *Illorum tractatibus, illorum delectetur ingeniis, in quorum libris pietas fidei non vacillat.* Et alibi: In epiſt. ad Furiam. *Poſt ſcripturas, doctorum hominum tractatus lege, eorum duntaxat, quorum doctrina nota eſt: non neceſſe habes aurum in luto quærere.* De Opuſculis Juliani hæretici Pelagiani, ita V. Beda; Beda in Cant. initio. *Ea cautiſſimè legat, ne per copiam eloquentia blandientis, in cœnum incidat doctrina nocentis, ſed ut dici ſolet, ita carpat botrum, ut ſpinam caveat, hoc eſt, in dictis eius ſanos ſenſus ſcrutetur & eligat, ut non minùs vitet inſanos, vel potiùs illud faciat Maronis:*

Ecloga 3. *Qui legitis flores, & humi naſcentia fraga,*
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Id eſt, ſe ab ejus per omnia lectione compeſcat. D. Aug. de falſa doctrina loquens: Lib. quæſt. miſſarum, q. 109. *Quamvis,* inq. *ibi applicat quædam veluti velamina, quibus impietatem*

tem contegat (non poteſt enim ſola impietas proponi, quia non invenit emptorem) ut videntes fallantur; & ubi lex Diaboli eſt, ſi ipſe nominetur, horretur. Quare ſicut mel veneno interdum admiſcetur, per quod & lateat, ſic nomẽ ſibi applicat veritatis. Admonet ergo D. Cypr. hoc modo Chriſtianos: *Declinent de cætero fratres noſtri fortiter verba & colloquia eorum quorum ſermo ut cancer ſerpit,* ut Apoſt. *& nulla cum talibus commercia copulentur.* D. Nazian. ait, *Hæreſes veneni vice ad intimum pectus vires ſuas infundere.* Lib. 1. epiſt. 3. 2. Tim. 2.

Cyprian. de lapſis, *hæreticorum colloquia* (idem de ſcriptis judicandum) *vocat contagium, & peſtem, ut cancrum ſerpentem.* Non minus enim cavendus eſt ſermo hæreticorum ſcriptus, quàm ore prolatus; cum uterque æquè pernitioſus ſit: imò ſcriptus ſermo interdum plus veneni continet, ut experientia docet. Unde Nazianzenus, hæreticorum libros eleganter appellat, *Ova aſpidum*; nempe, quia apta ſunt parturire aſpides, quales fuerunt eorum ſcriptores. Unde Nicæna Synodus, ut refert Nicephor. ob periculum falſæ doctrinæ, Arii & ſectatorum ejus libros publicè comburi juſſit. Idem legem olim promulgatam fuiſſe refert, ut capitis ſupplicio puniretur, qui ſcripta Severi cujuſdam hominis hæretici conſervaret. Cui ſimile eſt, quod refertur in Hiſt. Tripart. de epiſtola Conſtantini Imp. in qua præcipitur, ut ſi quiſquam Arii libros celaſſe comperiatur, & non repentè prolatos igne conſumpſiſſe, mortis ſupplicio ſubjaceat. Nec mirum, cum dicat Poëta; Cypr. de lapſ. Orat. 2. de pace. Lib. 8. c. 18. Lib. 13. c. 9. Lib. 2. c. 15. Ovid. lib. 2 Metamorphoſ.

Uſque malum latè ſolet immoderabile cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.

Hæreſis autem cancro ab Apoſtolo comparatur. 2. Tim. 2.

MONITUM LXXXVI.

Docentes eos ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis.

Matth. 28.

TRactandum hîc, quomodo ab homine exigat Deus in hac vita perfectam juſtitiam; *docentes eos ſervare omnia.* Et, *Eſtote perfecti:* cùm non poſſit obtineri. Exigitur autem, quia debet ſanandus ſcire, ad quam ſanitatem aſpirare & adniti debeat, & ad quam regulam reparetur, quantumque ſibi de integra ſanitate deſit, & quatenus medico indigeat. Requiritur ergo ab omnibus comparandæ perfectionis ſtudium, quò ad Dei ſimilitudinem viciniſſimè accedatur. Neque tamen non attigiſſe peccatum eſt; aliud eſt enim quo ſe debeat humanus conatus extendere, aliud quid ſit cujus defectu peccare neceſſe ſit. Sic Auguſt. *Cur homini non præciperetur iſta perfectio, quamvis eam nemo in hac vita habeat? Non enim rectè curritur, ſi quò currendum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtenderetur? ſed ideo etiam nunc nobis præceptum eſt*, ait alibi, *ut admoneremur quid fide expoſcere, quò ſpem præmittere, & obliviſcendo quæ retrò ſunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus.*

Matth. 28. Matth. 5. De perf. juſtit. De ſpir. & lit. c. ult. Philip. 3.

Similiter D. Bern. docet præceptum dilectionis non poſſe ab aliquo hominum in hac vita adimpleri; unde & ipſe Apoſtolus ſe dicit *nondum comprehendiſſe. Quomodo ergo jubenda fuit*, inquit, *quæ*

Ser. 50. in Cant. Philip. 3.

implen

implenda nullo modo erat? Non latuit præceptorē præcepti pondus, hominum excedere vires; ſed judicavit utile, ex hoc ipſo illos ſuæ inſufficientiæ admoneri, & ut ſcirent ſanè ad quem juſtitiæ finē niti pro viribus oporteat. Ergo mandando impoſſibilia, non prævaricatores homines fecit, ſed humiles. Idcirco, ait Aug. *etiam ſanctos & fideles ſuos in aliquibus vitiis tardius ſanat, ut in his eos minùs quàm implendæ ex omni parte juſtitiæ ſufficit, delectet bonū, non in eo ipſos volens eſſe dānabiles, ſed humiles, commendans nobis eandem gratiā ſuam, ne facilitatem in omnibus aſſecuti, noſtrum putemus eſſe, quod ejus eſt. Qui error multum eſt religioni pietatique contrarius.* Et D. Greg. *Magna eſt,* inq. *Dei omnipotentis diſpenſatio, & plerumque contingit, ut quibus majora bona præſtat, quædam minora non tribuat, ut ſemper eorum animus habeat unde ſe ipſe reprehendat, quatenus dū appetunt perfecti eſſe, nec poſſunt, & laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen laborando prævalent in his quæ accepta ſunt, ſe minimè extollant, ſed diſcant, quia ex ſemetipſis majora bona non habeant, qui in ſemetipſis vincere parva vitia atque extrema non poſſunt.* Dicit hæc D. Greg. occaſione S. Iſaac, *qui præditus virtute abſtinentiæ, ſpiritu prophetiæ, orationis intentione, contemptu temporalium, tamen nimium lætus videbatur,* &c.

Lib. 2. de peccat. merit. c. 19.

Lib. 3. Dialog. c. 14.

Deinde notandum, aliquid bifariam dici contra legem. Aut enim ſic fit, quod lex prohibet, ut cum eo non conſiſtat ſimpliciter legis impletio, & ſic ſolum mortale eſt legi Dei contrarium; ſolúmque hoc ſenſu contra legem dicitur, quaſi contra amicitiam quæ ipſam violant, ac ſcindunt; non quæ leviter obnubilant. Quomodo rectè dixit Auguſt. Concupiſcentiam carnis non ſolùm eſſe

Lib. 5 in Iul. c. 3.

Digitized by Google

Tract.5. in peccati cauſam & pœnam, veruṁetiam eſſe peccatum, quia *illi inſit inobedientia contra dominatum mentis*, id eſt, illum evertens. Et alibi dicit, *eum non eſſe ex Deo, qui facit contra charitatem*, id eſt, qui agit cum quo non queat charitas conſiſtere. Quippe ea contrariari inter ſe ſolent intelligi, quæ ſimul in eodem eſſe non poſſunt. Solùm ergo mortale ſic eſt legi, id eſt, ejus impletioni contrarium. Conſtat enim ex ſcripturis, ſanctos Dei homines *legem implere, legiſque obſervatores eſſe*, non obſtantibus quotidianis illorum levibuſque peccatis. Ut, *Gentes quæ legis ſunt, faciunt*. Et, *Præputium juſtitias legis cuſtodit, & legem conſummat*. Et una pars novi teſtamenti eſt; *Faciam ut præcepta mea faciatis*.

Canonic. Ioan.

Rom.2.

Ezech.36.

Lex etiam vitam promittit ſervantibus mandata, etiamſi ea non perficiant: *Mandata faciens homo vivet in illis*. Lex quoque mortem non minatur, niſi legem violantibus magnis peccatis; ut Apoſt. *Non juſto, ſed impiis & ſceleratis dicit legem, id eſt, maledictum legis, eſſe poſitam*. Et ad Rom. docet eſſe *ſolutos à lege mortis, nec ampliùs paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, fructificare morti*. Docet nos non ampliùs eſſe *impios peccatores Deo inimicos* ut antè, ſed jam *reconciliatos*. Nullo enim pacto hoc habet legis Divinæ juſtitia, ut homo in quo regnat juſtitia, & Spiritus S. propter exiguos pravos motus, vel levia peccata, deturbetur à juſtitia ad plenam iniquitatem, ſubtrahatur ſpiritui Dei, & tradatur Diabolo poſſidendus.

Rom.10.

1.Tim.1.

Rom.7.

Rom.5.

Galat.

Imò ſecundùm legem Dei, quam Apoſtolus explicat, Juſtitia eſt ſemen vitæ æternæ *Qui ſeminat in ſpiritu*, inquit, *de ſpiritu metet vitam æternam*. Nullo autem modo juſtum eſt, ut qui ex maxima

parte

Digitized by Google

parte à medico Chriſto ſanatus eſt,& adhuc ſe ſanandum præbet, auferatur medico, & detrudatur in mortem. Sicut natura non habet, ut ob modicum vulnus vel infirmitatem homo moriatur; etiamſi egeat medico, ne ad lethalem infirmitatem deveniat, ſi à medico vulnus non ſanetur: ita juſtus eget Chriſto medico, qui ſanet concupiſcentiam ejus,& dimittat omnia peccata, ſed nondum meretur æternum ſupplicium. At ſi medicum Chriſtum reſpuat, etiam in exiguis morbis ſuis ſpiritualibus, jam hoc lethale vulnus eſſet. Abſoluta ergo legis tranſgreſſio non eſt, niſi in gravioribus peccatis. Quemadmodum corpus humanum ex præcipuis & notabilioribus ſui ſpectatur partibus, ſic lex Dei, cùm de ejus impletione agitur, ex gravioribus & quaſi ſubſtantialibus æſtimanda præceptis eſt.

Atque hac ratione peccatum veniale, præter legem eſſe dicitur, non contra; niſi contra legem eſſe dicatur, quicquid lex Dei aliqua ſui parte, vel minima etiam, prohibet; tunc dubium non eſt, quin omne peccatum ſit contra legem Dei; neque enim peccati rationem obtinere poſſet, niſi foret aliqua legis parte prohibitum, uti Aug. ait. *Neque peccatū erit, ſi quid erit, ſi non divinitus jubeatur, ut non ſit.* Iſtoque modo etiam veniale peccatum, legis tranſgreſſio eſt, quando in lege quodcunque legis mandatum aſpicimus, ſive magnum ſive parvum. Imò generaliter accipiendo, etiam id contra legem eſſe concipitur, quod etſi cum ipſa legis obſervatione conſiſtat, tamen ad ejus violationem & tranſgreſſionem ex ſeſe connititur & impellit. Quomodo contrarium calori fri-

Lib. 2. de pec. merit. cap. 16. Ambroſ. cap. 8. de parad. Ber. de præc. & diſp.

gus eſt, in eo ipſo quod ipſum oppugnat, conaturque extinguere, etiamſi ille ex adverſo reddatur ardentior. Sic concupiſcentia, cui repugnatur, eſt contra Dei legem, ſicut & contra legem mentis, quemadmodum Apoſtolus ait; *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem*, id eſt, conantem me capere, & abducere *in legem peccati & mortis*.

Rom. 7.

Poſtremò in eo, quod dicit Chriſtus, *docentes ſervare omnia quæcunque mandavi vobis*, nemo debet cauſari impoſſibilitatem, nec de neceſſitate peccandi ſibi blandiri, dicens; *In multis offendimus omnes.* Et; *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus.* Quomodo ergo omnia? *Obſervatio legalis in duo partienda eſt, in præcepta videlicet, & remedia. Præceptis inſtituitur vita contra peccatum: remediis reſtituitur poſt peccatum innocentia. Ille ergo omnino pactum legis prævaricatur, qui & præceptum contemnit & remedium. Securus autem eſt, qui etiamſi interdum obedientiæ limitem præterit, conſilium non reſpuit pœnitentiæ. Pars legis eſt legalis correctio, & in ea reperitur, non ſolùm bonæ vitæ inſtructio, ſed etiam emendatio pravæ: inveniuntur in ea & præcepta obedientiæ, & inobedientiæ remedia, ut ne peccando quidem à lege recedatur. Fateor ſanè impoſſibile cuivis mortalium, vel venialiter interdum non delinquere in præceptis obedientiæ: ſed nulla jam de impoſſibilitate querela, quandoquidem & ex lege licet id quoque, quod criminaliter delinqui contigerit, emendare.* Arguitur peccator apud Pſalmiſtam; *Projeciſti ſermones meos retrorſum*, inſuper & *odiſti diſciplinam*, id eſt, noluiſti recipere medicinam, agendo videlicet pœnitentiam, qua culpa deletur, & tanquam pro non facta habetur.

Jacob 3. 1. Ioan. 1. Vide Bern. de præc. & diſp. n. Pſalm 49.

Implen

Implentur ergo mandata omnia à nobis, ſi non opere mandatorum, tamen remiſſione peccatorũ, quam vigore impletionis Chriſti, qui ea implevit oper e mandatorum, accipimus. *Omnia enim mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur*, ait Aug. Qui & tractans illud: *Inveni virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes volũtates meas; Veriſſimè*, inquit, *hoc dictum eſt, quia licèt ſecundùm cor Dei non eſſet quod ille peccavit, tamen ſecundùm cor Dei fuit quod pro peccatis ſuis congrua pœnitentia ſatisfecit. Hoc ſolùm ergo in illo ſecundùm cor Dei non fuit, quod illi Deus non imputavit. Hoc itaque ablato, id eſt, non imputato, quid remanſit, niſi unde veriſſimè diceretur; Inveni David ſecundùm cor meum? Primus felicitatis gradus eſt*, inq. Cypr. *non delinquere: ſecundus delicta cognoſcere, & deflere. Illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela quæ ſanet.*

Vide Aug. cont. Fauſt. lib. 19. c. 7. Lib 1. Retract. c. 19. Actor. 13.

Lib. 4. ad Dulcium, quæſt. 5.

Lib. 1. epiſt. 11.

Cum autem dicitur in Pſal. ſanctum opus Phinees reputatum in juſtitiam, id ita accipiendum eſt, quia verè juſtum fuit, taléque eſſe aliis innotuit. Item in Geneſi dicitur fides Abrahæ reputata ad juſtitiam, quia fides ei juſtitiam à Deo impetravit, idque aliis eſt patefactum. Quod S. Jacobus explicat, ubi poſtquam dixit, credidit Abraham, & reput. &c. adjicit: Et amicus Dei appellatus eſt. Uti contrà pronuntiatur beatus ille vir, cui non imputavit Dominus peccatum, id eſt, cui Dominus abſtulit peccatum admiſſum, ſcilicet remittens, & à dolo ſpiritum ejus liberans, ſicut ait, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.

Pſal. 105. Gen. 15. Iac. 2. Pſal. 31.

Digitized by Google

MONITUM LXXXVII.

Cùm dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania.

Matth. 13.

DUplices malos habet Eccleſia; Paleas, id eſt, eos *qui communem quidem cum bonis radicem habent, quæ eſt fides*, & amor unitatis; tamen ſuis cupiditatibus ſerviunt. Habet & zizania, qui ſunt hæretici, falſi fratres, *quia non habent communem radicem & fundamentum fidei cum frumento*, ſed habent radicem amaritudinis; detrahunt, lacerant, calumniantur bonos, gaudent quando malè cum illis agitur. Hinc dicitur, quod *Inimicus ſuperſeminavit zizania in medio tritici*, id eſt, Eccleſiæ. Sunt ibi, ſaltem corporali converſatione & Sacramentorum participatione, quamdiu ſeipſos non ſeparant, nec à Præpoſitis ſeparantur. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Sunt ſpinæ in corde, ob morum malignitatem; filiæ autem, Sacramentorum communione. Non ſeparant ſe, propter temporalia bona vel retinenda, vel obtinenda. Non ſeparantur, vel ob ſpem correctionis, vel ob timorem majoris perturbationis.

Aug. lib. quæſt. Evang. in Matt. c. 11.

Cant. 2.

Atque hoc fit exemplo Salvatoris, qui Judam furem, ſacrilegum, ac proditorem in ſua ſocietate toleravit: ſic ſunt in Eccleſia, quomodo humores mali in corpore humano; quando exſudantur, relevatur corpus; ſic relevatur Eccleſia exitu falſorum

Aug. tract. 3. in Canon. Ioan.

ſorum fratrum. Querela eſt Eccleſiæ in Catholicis; *Filiĳ matris meæ pugnaverunt contra me.* Quibus eadem in baptiſmo nobiſcum nativitas, eadem familia, domus, cibus, & alia bona; aliquo affectu pravo, vel avaritiæ, vel ambitionis, vel libidinis ſtimulati, Eccleſiam deſerentes, tanquam ingrati pulli in matrem ſuam recalcitrant. *Proſunt autem cùm exeunt*, inquit Auguſt. *cùm enim ſeparati inquietant nos per quæſtiones malignas, propoſitum eſt nobis ex illis & inquiſitionis ſtudium, & timoris exemplum.* Cantic. 1. In pſal. 106

Dicebat Paulus Epheſiis; *Ex vobiſipſis exſurgent viri mendaces, loquentes perverſa.* Quod jam factum, de hæreticis loquens, ait Joannes: *Ex nobis exierunt.* Simon magus omnium hæreticorum pater, à Philippo baptizatus; Nicolaus Antiochenus *author omnium immunditiarum*, unus ex ſeptem Diaconis; Arius presbyter Alexandrinus; Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & ſic in cæteris. Omnes erant in medio tritici, ab inimico, bono ſemini ſuperſeminati. Ille enim eſt qui ſuggerit errores, hæreſes, ſchiſmata, & alia ſcelera. *Operatur in filiis diffidentiæ*, inquit Apoſtol. *Nempe opera tua mala, & maximè*, ait Auguſt. *ipſam diffidentiam ſeu infidelitatem. Unaquæque hæreſis*, inquit D. Athanaſius, *commenti ſui parentem habet eum, qui ab initio perverſus, & homicida, & mendax fuit.* Et Ruffinus; *Peſtifera illa beſtia*, ait, *quæ per Arium primò quaſi de inferis extulerat caput, ſubitò triformis apparuit.* D. Polycarpus Marcionem hæreticum vocavit *primogenitum Sathanæ.* S. Irenæus, eundem *os Diaboli* appellat; & D. Aug. Fauſtum Manichæum, *Magnum Diaboli laqueum*, Actor. 20. 1. Ioan. 2. Actor. 8. Hier. ad Sabinia. Diac. Act. 6. Epheſ. 7. Epiſt. 107. Orat. 1. cont. Ariā. Lib. 1. hiſt. cap. 25. Hieron. in Catalog. in

Digitized by Google

Conf.lib.5 cap.3. *laqueum, ob illecebram ſuaviloquentiæ:* & Apoſtolus dicit eos, *qui veritati reſiſtunt, teneri captivos à dia-*
2.Tim.2. *bolo, ejuſque laqueis implicari, ad ipſius voluntatem.* Et hoc expedit cogitare, ut minùs indignemur
In pſal.136 proximis, ait D. Aug. ſed odium in diabolum con-
Lib.3. c.12. vertamus. Idem Aug. Petiliano hæretico: *Sancti*, in-
 cõt. Petilia. quit, *Dei ſervi, ſanctè Deo militant, non adversùs Petilianum, atque hujuſmodi carnem & ſanguinem, ſed adversùs principes & poteſtates tenebrarum ha-*
Epheſ.2. *rum.* Secutus Apoſtolum, qui ait; *Non eſt nobis colluctatio adversùs carnem, &c.*

Superſeminat autem inimicus zizania, cùm
In quæſt. *dormiunt homines*, id eſt, inquit S. Aug. *cùm negli-*
Evang. c.13 *gentiùs agunt Præpoſiti Eccleſiæ.* Negligentia enim & inſcitia Prælatorum non minùs penè afflixit Eccleſiam, quàm ſævitia Tyrannoram, qui eam armis opprimere conati ſunt. Sæpè magis quærunt præeſſe, quàm prodeſſe; ſemetipſos, non ſubditos paſcentes; non confirmant bonos, malos non re-
Tit.1. darguunt. Exigit Apoſtolus à Prælato, *ut potens ſit*
August. de verb. Apoſt ſer.19. *exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, vel vita mala*, ut mali Catholici, *vel doctrina falſa*, ut hæretici, *arguat*, id eſt, eos ſuæ iniquitatis & falſitatis convincat. De bonis præpoſitis dicitur; *Ipſi*
Hebr.13. *pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.*

Vigilabat Apoſtolus, cui incumbebat *ſollicitudo*
2.Cor.11. *omnium Eccleſiarum.* Ad eandem ſollicitudinem hortabatur ſeniores Epheſiorum, dicens; *Attendite*
Actor.20. *vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſan-*
Apoc.3. *guine ſuo. Propter quod vigilate, &c.* Dicitur Angelo Sardis; *Eſto vigilans, & confirma. Si non vigilaveris, veniam*

Digitized by Google

veniam ad te tanquam fur. Cùm S. Thomas Cantuarienſis opponens ſe pro domo Dei contra Regem Angliæ, moneretur ab alio Epiſcopo, ut mitiùs ageret, reſpondit; *Clavum teneo, & ad ſomnum me vocas*. Vocantur in ſcript. Prælati *ſpeculatores, quia*, ut ait D. Proſper, *ſpeculantur actus omnium, & qualiter quiſque vivat, diligenter explorant: quos bonos probaverint, honorando confirmant; quos deprehenderint vitioſos, arguentes emendant.* In vita. De vit. cont. lib. 2. cap. 2.

Error, inquit Innoc. Pontifex, *cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cùm non defenſatur, opprimitur. Nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto ſceleri deſinit obviare. Rurſum quis aut tolerare poſſit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitror conniventiam præbere peccantibus, ita impium judico, manum negare converſis.* D. Aug. ad Bonif. Papam; *Facio*, inquit, *quod poſſum pro mei particula muneris, ut peſtilentibus & inſidiantibus eorum ſcriptis medentia & munientia ſcripta prætendam, quibus rabies quæ furunt, aut etiam ipſa ſanetur, aut à lædendis aliis repellatur. Sunt*, inq. alibi, *quidam qui juſtiſſimè damnatas impietates adhuc liberiùs defendendas putant; & ſunt qui occultiùs penetrant domos, & quod in aperto jam clamare metuunt, in ſecreto ſeminare non quieſcunt. Sunt autem qui omnino ſiluerunt magno timore compreſſi, ſed adhuc in corde retinent, quod ore jam proferre non audent. Proinde alii ſeveriùs coërcendi, alii vigilantiùs veſtigandi, alii tractandi quidem leniùs, ſed non ſegniùs ſunt docendi, ut ſi non timentur, ne perdant; non tamen negligantur, ne pereant*. Et rurſum; *Non ſolum ad iſtos vitandos cauti eſſe debemus, verùm etiam ad docendos vel monendos, ſi patiantur, pigreſcere* Epiſt. 93. inter Aug. Cont. 2. ep. Pelag. lib. 1 cap. 1. Epiſt. 105. Epiſt. 106.

Digitized by Google

MONITUM LXXXVI.

Docentes eos ſervare omnia, quacunque mandavi vobis.

Matth. 28.

TRactandum hîc, quomodo ab homininе exigat Deus in hac vita perfectam juſtitiam; *docentes eos ſervare omnia*. Et, *Eſtote perfecti:* cùm non poſſit obtineri. Exigitur autem, quia debet ſanandus ſcire, ad quam ſanitatem aſpirare & adniti debeat, & ad quam regulam reparetur, quantumque ſibi de integra ſanitate deſit, & quatenus medico indigeat. Requiritur ergo ab omnibus comparandæ perfectionis ſtudium, quò ad Dei ſimilitudinem viciniſſimè accedatur. Neque tamen non attigiſſe peccatum eſt; aliud eſt enim quo ſe debeat humanus conatus extendere, aliud quid ſit cujus defectu peccare neceſſe ſit. Sic Auguſt. *Cur homini non praciperetur iſta perfectio, quamvis eam nemo in hac vita habeat? Non enim rectè curritur, ſi quò currendum eſt, neſciatur. Quomodo autem ſciretur, ſi nullis praceptis oſtenderetur? ſed ideo etiam nunc nobis praceptum eſt*, ait alibi, *ut admoneremur quid fide expoſcere, quò ſpem pramittere, & obliviſcendo qua retrò ſunt, in qua anteriora nos extendere debeamus.*

Matth. 28. Matth. 5. De perf. juſtit. De ſpir. & lit. c. ult. Philip. 3.

Similiter D. Bern. docet præceptum dilectionis non poſſe ab aliquo hominum in hac vita adimpleri; unde & ipſe Apoſtolus ſe dicit *nondum comprehendiſſe. Quomodo ergo jubenda fuit*, inquit, *qua implen*

Ser. 50. in Cant. Philip. 3.

implenda nullo modo erat? Non latuit præceptorē præcepti pondus, hominum excedere vires; ſed judicavit utile, ex hoc ipſo illos ſuæ inſufficientiæ admoneri, & ut ſcirent ſanè ad quem juſtitiæ finē niti pro viribus oporteat. Ergo mandando impoſſibilia, non prævaricatores homines fecit, ſed humiles. Idcirco, ait Aug. *etiam ſanctos & fideles ſuos in aliquibus vitiis tardius ſanat, ut in his eos minùs quàm implendæ ex omni parte juſtitiæ ſufficit, delectet bonū, non in eo ipſos volens eſſe dānabiles, ſed humiles, commendans nobis eandem gratiā ſuam, ne facilitatem in omnibus aſſecuti, noſtrum putemus eſſe, quod ejus eſt. Qui error multum eſt religioni pietatique contrarius.* Et D. Greg. *Magna eſt,* inq. *Dei omnipotentis diſpenſatio, & plerumque contingit, ut quibus majora bona præſtat, quædam minora non tribuat, ut ſemper eorum animus habeat unde ſe ipſe reprehendat, quatenus dū appetunt perfecti eſſe, nec poſſunt, & laborant in hoc quod non acceperunt, nec tamen laborando prævalent in his quæ accepta ſunt, ſe minimè extollant, ſed diſcant, quia ex ſemetipſis majora bona non habeant, qui in ſemetipſis vincere parva vitia atque extrema non poſſunt.* Dicit hæc D. Greg. occaſione S. Iſaac, *qui præditus virtute abſtinentiæ, ſpiritu prophetiæ, orationis intentione, contemptu temporalium, tamen nimium lætus videbatur,* &c.

Lib. 2. de peccat. merit. c. 19.

Lib. 3. Dialog. c. 14.

Deinde notandum, aliquid bifariam dici contra legem. Aut enim ſic fit, quod lex prohibet, ut cum eo non conſiſtat ſimpliciter legis impletio, & ſic ſolum mortale eſt legi Dei contrarium; ſolúmque hoc ſenſu contra legem dicitur, quaſi contra amicitiam quæ ipſam violant, ac ſcindunt; non quæ leviter obnubilant. Quomodo rectè dixit Auguſt. Concupiſcentiam carnis non ſolùm eſſe

Lib. 5 in Iul. c. 3.

Tract. 5. in Canonic. Ioan. peccati cauſam & pœnam, verumetiam eſſe peccatum, quia *illi inſit inobedientia contra dominatum mentis*, id eſt, illum evertens. Et alibi dicit, *eum non eſſe ex Deo, qui facit contra charitatem*, id eſt, qui agit cum quo non queat charitas conſiſtere. Quippe ea contrariari inter ſe ſolent intelligi, quæ ſimul in eodem eſſe non poſſunt. Solùm ergo mortale ſic eſt legi, id eſt, ejus impletioni contrarium. Conſtat

Rom. 2. enim ex ſcripturis, ſanctos Dei homines *legem implere, legiſque obſervatores eſſe*, non obſtantibus quotidianis illorum leviбuſque peccatis. Ut, *Gentes quæ legis ſunt, faciunt*. Et, *Præputium juſtitias legis cuſtodit, & legem conſummat*. Et una pars novi teſtamen-

Ezech. 36. ti eſt; *Faciam ut præcepta mea faciatis*.

Lex etiam vitam promittit ſervantibus manda-

Rom. 10. ta, etiamſi ea non perficiant: *Mandata faciens homo vivet in illis*. Lex quoque mortem non minatur, ni-

1. Tim. 1. ſi legem violantibus magnis peccatis; ut Apoſt. *Non juſto, ſed impiis & ſceleratis dicit legem, id eſt,*

Rom. 7. *maledictum legis, eſſe poſitam*. Et ad Rom. docet eſſe

Rom. 5. *ſolutos à lege mortis, nec ampliùs paſſiones peccatorum, quæ per legem erant, fructificare morti*. Docet nos non ampliùs eſſe *impios peccatores Deo inimicos* ut antè, ſed jam *reconciliatos*. Nullo enim pacto hoc habet legis Divinæ juſtitia, ut homo in quo regnat juſtitia, & Spiritus S. propter exiguos pravos motus, vel levia peccata, deturbetur à juſtitia ad plenam iniquitatem, ſubtrahatur ſpiritui Dei, & tradatur Diabolo poſſidendus.

Galat. Imò ſecundùm legem Dei, quam Apoſtolus explicat, Juſtitia eſt ſemen vitæ æternæ *Qui ſeminat in ſpiritu*, inquit, *de ſpiritu metet vitam æternam*. Nullo autem modo juſtum eſt, ut qui ex maxima parte

Digitized by Google

parte à medico Chriſto ſanatus eſt,& adhuc ſe ſanandum præbet, auferatur medico, & detrudatur in mortem. Sicut natura non habet, ut ob modicum vulnus vel infirmitatem homo moriatur; etiamſi egeat medico, ne ad lethalem infirmitatem deveniat, ſi à medico vulnus non ſanetur: ita juſtus eget Chriſto medico, qui ſanet concupiſcentiam ejus,& dimittat omnia peccata, ſed nondum meretur æternum ſupplicium. At ſi medicum Chriſtum reſpuat, etiam in exiguis morbis ſuis ſpiritualibus, jam hoc lethale vulnus eſſet. Abſoluta ergo legis tranſgreſſio non eſt, niſi in gravioribus peccatis. Quemadmodum corpus humanum ex præcipuis & notabilioribus ſui ſpectatur partibus, ſic lex Dei, cùm de ejus impletione agitur, ex gravioribus & quaſi ſubſtantialibus æſtimanda præceptis eſt.

Atque hac ratione peccatum veniale, præter legem eſſe dicitur, non contra; niſi contra legem eſſe dicatur, quicquid lex Dei aliqua ſui parte, vel minima etiam, prohibet; tunc dubium non eſt, quin omne peccatum ſit contra legem Dei; neque enim peccati rationem obtinere poſſet, niſi foret aliqua legis parte prohibitum, uti Aug. ait. *Neque peccatũ erit, ſi quid erit, ſi non divinitus jubeatur, ut non ſit.* Iſtoque modo etiam veniale peccatum, legis tranſgreſſio eſt, quando in lege quodcunque legis mandatum aſpicimus, ſive magnum ſive parvum. Imò generaliter accipiendo, etiam id contra legem eſſe concipitur, quod etſi cum ipſa legis obſervatione conſiſtat, tamen ad ejus violationem & tranſgreſſionem ex ſeſe connititur & impellit. Quomodo contrarium calori frigus

Lib. 2. de pec. merit. cap. 16. Ambroſ. cap. 8. de parad. Ber. de præc. & diſp.

Digitized by Google

gus eſt, in eo ipſo quod ipſum oppugnat, conaturque extinguere, etiamſi ille ex adverſo reddatur ardentior. Sic concupiſcentia, cui repugnatur, eſt contra Dei legem, ſicut & contra legem mentis, quemadmodum Apoſtolus ait; *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem*, id eſt, conantem me capere, & abducere *in legem peccati & mortis.*

Rom. 7.

Poſtremò in eo, quod dicit Chriſtus, *docentes ſervare omnia quæcunque mandavi vobis*, nemo debet cauſari impoſſibilitatem, nec de neceſſitate peccandi ſibi blandiri, dicens; *In multis offendimus omnes.* Et; *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus.* Quomodo ergo omnia? *Obſervatio legalis in duo partienda eſt, in præcepta videlicet, & remedia. Præceptis inſtituitur vita contra peccatum: remediis reſtituitur poſt peccatum innocentia. Ille ergo omnino pactum legis prævaricatur, qui & præceptum cõtemnit & remedium. Securus autem eſt, qui etiamſi interdum obedientiæ limitem præterit, conſilium non reſpuit pœnitentiæ. Pars legis eſt legalis correctio, & in ea reperitur, non ſolùm bonæ vitæ inſtructio, ſed etiam emendatio pravæ: inveniuntur in ea & præcepta obedientiæ, & inobedientiæ remedia, ut ne peccando quidem à lege recedatur. Fateor ſanè impoſſibile cuivis mortalium, vel venialiter interdum non delinquere in præceptis obedientiæ: ſed nulla jam de impoſſibilitate querela, quandoquidem & ex lege licet id quoque, quod criminaliter delinqui contigerit, emendare.* Arguitur peccator apud Pſalmiſtam; *Projeciſti ſermones meos retrorſum*, inſuper & *odiſti diſciplinam*, id eſt, noluiſti recipere medicinam, agendo videlicet pœnitentiam, qua culpa deletur, & tanquam pro non facta habetur.

Jacob 3. 1. Ioan. 1. Vide Bern. de præc. & diſp. n.

Pſalm 49

Implen

Implentur ergo mandata omnia à nobis, ſi non opere mandatorum, tamen remiſſione peccatorũ, quam vigore impletionis Chriſti, qui ea implevit opere mandatorum, accipimus. *Omnia enim mandata facta deputantur, quando quicquid non fit, ignoſcitur*, ait Aug. Qui & tractans illud: *Inveni virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes volũtates meas*; *Veriſſimè*, inquit, *hoc dictum eſt, quia licèt ſecundùm cor Dei non eſſet quod ille peccavit, tamen ſecundùm cor Dei fuit quod pro peccatis ſuis congrua pœnitentia ſatisfecit. Hoc ſolùm ergo in illo ſecundùm cor Dei non fuit, quod illi Deus non imputavit. Hoc itaque ablato, id eſt, non imputato, quid remanſit, niſi unde veriſſimè diceretur; Inveni David ſecundùm cor meum? Primus felicitatis gradus eſt*, inq. Cypr. *non delinquere: ſecundus delicta cognoſcere, & deflere. Illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſervet; hic ſuccedit medela quæ ſanet.*

Vide Aug. cont. Fauſt. lib. 19. c. 7. Lib. 1. Retract. c. 19. Actor. 13. Lib. 4. ad Dulcium, quæſt. 5. Lib. 1. epiſt. 11.

Cum autem dicitur in Pſal. ſanctum opus Phinees reputatum in juſtitiam, id ita accipiendum eſt, quia verè juſtum fuit, taléque eſſe aliis innotuit. Item in Geneſi dicitur fides Abrahæ reputata ad juſtitiam, quia fides ei juſtitiam à Deo impetravit, idque aliis eſt patefactum. Quod S. Jacobus explicat, ubi poſtquam dixit, credidit Abraham, & reput. &c. adjicit: Et amicus Dei appellatus eſt. Uti contrà pronuntiatur beatus ille vir, cui non imputavit Dominus peccatum, id eſt, cui Dominus abſtulit peccatum admiſſum, ſcilicet remittens, & à dolo ſpiritum ejus liberans, ſicut ait, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c.

Pſal. 105. Gen. 15. Iac. 2. Pſal. 31.

MONITVM LXXXVII.

Cùm dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania.

Matth. 13.

DUplices malos habet Eccleſia; Paleas, id eſt, eos *qui communem quidem cum bonis radicem habent, quæ eſt fides*, & amor unitatis; tamen ſuis cupiditatibus ſerviunt. Habet & zizania, qui ſunt hæretici, falſi fratres, *quia non habent communem radicem & fundamentum fidei cum frumento*, ſed habent radicem amaritudinis; detrahunt, lacerant, calumniantur bonos, gaudent quando malè cum illis agitur. Hinc dicitur, quod *Inimicus ſuperſeminavit zizania in medio tritici*, id eſt, Eccleſiæ. Sunt ibi, ſaltem corporali converſatione & Sacramentorum participatione, quamdiu ſeipſos non ſeparant, nec à Præpoſitis ſeparantur. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Sunt ſpinæ in corde, ob morum malignitatem; filiæ autem, Sacramentorum communione. Non ſeparant ſe, propter temporalia bona vel retinenda, vel obtinenda. Non ſeparantur, vel ob ſpem correctionis, vel ob timorem majoris perturbationis.

Aug. lib. quæſt. Evang. in Matt. c. 11.

Cant. 2.

Atque hoc fit exemplo Salvatoris, qui Judam furem, ſacrilegum, ac proditorem in ſua ſocietate toleravit: ſic ſunt in Eccleſia, quomodo humores mali in corpore humano; quando exſudantur, relevatur corpus; ſic relevatur Eccleſia exitu falſorum

Aug. tract. 3. in Can. Ioan.

Digitized by Google

ſorum fratrum. Querela eſt Eccleſiæ in Catholicis; *Filii matris meæ pugnaverunt contra me.* Quibus eadem in baptiſmo nobiſcum nativitas, eadem familia, domus, cibus, & alia bona; aliquo affectu pravo, vel avaritiæ, vel ambitionis, vel libidinis ſtimulati, Eccleſiam deſerentes, tanquam ingrati pulli in matrem ſuam recalcitrant. *Proſunt autem cùm exeunt*, inquit Auguſt. *cùm enim ſeparati inquietant nos per quæſtiones malignas, propoſitum eſt nobis ex illis & inquiſitionis ſtudium, & timoris exemplum.*

Cantic.1.

In pſal.106

Dicebat Paulus Epheſiis; *Ex vobiſipſis exſurgent viri mendaces, loquentes perverſa.* Quod jam factum, de hæreticis loquens, ait Joannes: *Ex nobis exierunt.* Simon magus omnium hæreticorum pater, à Philippo baptizatus; Nicolaus Antiochenus *author omnium immunditiarum*, unus ex ſeptem Diaconis; Arius presbyter Alexandrinus; Neſtorius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & ſic in cæteris. Omnes erant in medio tritici, ab inimico, bono ſemini ſuperſeminati. Ille enim eſt qui ſuggerit errores, hæreſes, ſchiſmata, & alia ſcelera. *Operatur in filiis diffidentiæ*, inquit Apoſtol. *Nemoe opera tua mala, & maximè*, ait Auguſt. *ipſam diffidentiam ſeu infidelitatem. Unaquæque hæreſis*, inquit D. Athanaſius, *commenti ſui parentem habet eum, qui ab initio perverſus, & homicida, & mendax fuit.* Et Ruffinus; *Peſtifera illa beſtia*, ait, *quæ per Arium primò quaſi de inferis extulerat caput, ſubitò triformis apparuit.* D. Polycarpus Marcionem hæreticum vocavit *primogenitum Sathanæ.* S. Irenæus, eundem *os Diaboli* appellat; & D. Aug. Fauſtum Manichæum, *Magnum Diaboli laqueum*,

Actor.20.

1.Ioan.2.

Actor.8.

Hier.ad Sabinia. Diac.

Act.6.

Epheſ.7.

Epiſt.107.

Orat.1. cont.Ariā.

Lib.1.hiſt. cap.25.

Hieron.in Catalog.in

Conf.lib.5 cap.3. *laqueum, ob illecebram ſuaviloquentiæ:* & Apoſtolus dicit eos, *qui veritati reſiſtunt, teneri captivos à diabolo, ejuſque laqueis implicari, ad ipſius voluntatem.*
2.Tim.2.
Et hoc expedit cogitare, ut minùs indignemur
In pſal.136 proximis, ait D.Aug. ſed odium in diabolum con-
Lib.3. c.12. vertamus. Idem Aug. Petiliano hæretico: *Sancti,* in-
cōt. Petilia. quit, *Dei ſervi, ſanctè Deo militant, non adversùs Petilianum, atque hujuſmodi carnem & ſanguinem, ſed adversùs principes & poteſtates tenebrarum harum.* Secutus Apoſtolum, qui ait; *Non eſt nobis colluctatio adversùs carnem, &c.*
Epheſ.2.

Superſeminat autem inimicus zizania, *cùm*
In quæſt. *dormiunt homines,* id eſt, inquit S. Aug. *cùm negli-*
Evang.c.13 *gentiùs agunt Præpoſiti Eccleſiæ.* Negligentia enim & inſcitia Prælatorum non minùs penè afflixit Eccleſiam, quàm ſævitia Tyrannoram, qui eam armis opprimere conati ſunt. Sæpè magis quærunt præeſſe, quàm prodeſſe; ſemetipſos, non ſubditos paſcentes; non confirmant bonos, malos non re-
Tit.1. darguunt. Exigit Apoſtolus à Prælato, *ut potens ſit*
Auguſt. de verb. Apoſt ſer.19. *exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, vel vita mala,* ut mali Catholici, *vel doctrina falſa,* ut hæretici, *arguat,* id eſt, eos ſuæ iniquitatis & falſitatis convincat. De bonis præpoſitis dicitur; *Ipſi*
Hebr.13. *pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.*

Vigilabat Apoſtolus, cui incumbebat *ſollicitudo omnium Eccleſiarum.* Ad eandem ſollicitudinem
2.Cor.11. hortabatur ſeniores Epheſiorum, dicens; *Attendite*
Actor.20. *vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſan-*
Apoc.3. *guine ſuo. Propter quod vigilate, &c.* Dicitur Angelo Sardis; *Eſto vigilans, & confirma. Si non vigilaveris,*

veniam

Digitized by Google

veniam ad te tanquam fur. Cùm S. Thomas Cantuarienſis opponens ſe pro domo Dei contra Regem Angliæ, moneretur ab alio Epiſcopo, ut mitiùs ageret, reſpondit; *Clavum teneo, & ad ſomnum me vocas.* Vocantur in ſcript. Prælati *ſpeculatores, quia,* ut ait D. Proſper, *ſpeculantur actus omnium, & qualiter quiſque vivat, diligenter explorant: quos bonos probaverint, honorando confirmant; quos deprehenderint vitioſos, arguentes emendant.* In vita. De vit. cont. lib. 2. cap. 2.

Error, inquit Innoc. Pontifex, *cui non reſiſtitur, approbatur, & veritas cùm non defenſatur, opprimitur. Nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto ſceleri deſinit obviare. Rurſum quis aut tolerare poſſit errantem, aut non recipere corrigentem? Nam ut durum arbitror conniventiam præbere peccantibus, ita impium judico, manum negare converſis.* D. Aug. ad Bonif. Papam; *Facio,* inquit, *quod poſſum pro mei particula muneris, ut peſtilentibus & inſidiantibus eorum ſcriptis medentia & munientia ſcripta prætendam, quibus rabies quæ furunt, aut etiam ipſa ſanetur, aut à lædendis aliis repellatur. Sunt,* inq. alibi, *quidam qui juſtiſſimè damnatas impietates adhuc liberiùs defendendas putant; & ſunt qui occultiùs penetrant domos, & quod in aperto jam clamare metuunt, in ſecreto ſeminare non quieſcunt. Sunt autem qui omnino ſiluerunt magno timore compreſſi, ſed adhuc in corde retinent, quod ore jam proferre non audent. Proinde alii ſeveriùs coërcendi, alii vigilantiùs veſtigandi, alii tractandi quidem leniùs, ſed non ſegniùs ſunt docendi, ut ſi non timentur, ne perdant; non tamen negligantur, ne pereant.* Et rurſum; *Non ſolum ad iſtos vitandos cauti eſſe debemus, verùm etiam ad docendos vel monendos, ſi patiantur,* Epiſt. 93. inter Aug. Cont. 2. ep. Pelag. lib. 1 cap. 1. Epiſt. 105. Epiſt. 106.

pigreſcere

pigreſcere non debemus. Plus eis tamen ſine dubitatione præſtamus, ſi ut corrigantur oremus, ne cum tantis ingeniis vel pereant, vel alios perdant præſumptione damnabili, quia zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam, &c.

Rom.10.

Epiſt.169. *Cùm Deus*, ait idem Aug. *impellit, loquamur & prædicemus verbum, & docentes quæ non oportet, refellamus, & inſtemus opportunè atque importunè, nullus hominum mihi ſilentium de his rebus perſuadendum arbitretur: violenter autem vel latrocinantes ſi quid audendum putaverint, non deerit Dominus ad tuendam Eccleſiam ſuam, qui jugo ſuo, in gremio ejus toto orbe diffuſo, omnia regna terrena ſubjecit.* Similiter & D. Baſilius: *In aliis*, inquit, *Præfecte, modeſtiſſimus, & omnibus reliquis humiliores; ita enim mandatum jubet: nec ſolùm contra tantam potentiam, ſed nec contra homines viles ſupercilium attollimus. Ubi verò Dei periclitatur negotium, cunctis aliis contemptis, ad illum ſolum reſpicimus.*

2.Tim.4.

In orat. Nazianz. de Baſilio.

Itaque Juſtiniani temporibus, cùm in Africa Catholici quidam Epiſcopi pro avita Religione fortiter ſtarent, & nec imperanti quidem ſilentium regi, parendũ eſſe arbitrarentur, *ne tacendo*, inq. Greg. *forſitan conſenſiſſe viderentur*, amputatis eam ob rẽ Barbari juſſu linguis, ſingulari nihilominus Dei beneficio locuti ſunt, & nec elingues ſilere potuerunt, perduravitque in eis hoc loquendi munus: niſi quod unus in luxuriam poſtea lapſus, mox dono miraculi privatus, memoretur. D. Hier. contra Ruffinum, qui mortem ei minatus erat, ni taceret; *Canes*, inq. *latrant pro dominis ſuis; tu non vis me latrare pro Christo? In uno tibi conſentire non potero, ut parcam hæreticis, vel ut me Catholicum non probem: ſi iſta*

Greg. li.3. Dialog. cap.32.

In poſter. Apolog.

Ibidem.

iſta eſt cauſa diſcordiæ, mori poſſum, tacere non poſſum. Sit inter nos una fides, & illicò pax ſequetur. Ibidem.

Imò nec Principes ſeculares hac in re officio ſuo deeſſe debent. *In hoc enim Reges,* ait D. Aug. *ſicut eis divinitus præcipitur, Deo ſerviunt, in quantùm reges ſunt; ſi in regno ſuo bona jubeant, mala prohibeant, non ſolùm quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verumetiam quæ ad Divinam religionem.* Et iterum; *Aliter quis ſervit Deo, quia homo eſt; aliter quia etiam rex eſt; Quia homo eſt, Deo ſervit, vivendò fideliter; quia verò etiam Rex eſt, Deo ſervit, leges juſta præcipientes, & contraria prohibentes, convenienti vigore ſanciendo. Quis enim mẽte ſobrius Regibus Chriſtianis dicat; Nolite curare in regno veſtro, à quo tueatur vel oppugnetur Eccleſia Domini veſtri; non ad vos pertineat, in regno veſtro quid quis velit eſſe, ſive Religioſus, ſive ſacrilegus, quibus dici non poteſt; Non ad vos pertineat, in regno veſtro quis pudicus velit eſſe, quis impudicus? Cur enim, cùm datum ſit divinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & ſacrilegia permittantur? an fidem non ſervare levius eſt, animam Deo, quàm fœminam viro?*

Cõt. Creſcent. lib. 13. cap. 52.

Epiſt. 50.

Ibidem.

Epiſt. 75.

Scribit ita Leo Põtifex ad Leonem Imp. *Debes, Imperator, incunctanter advertere, regiam poteſtatem tibi non ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatam, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ benè ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem his quæ ſunt turbata, reſtituas.* Sicut fecit piiſſimus Imperator Theodoſius, quem ob id ſibi præcipuè, mirè charum fuiſſe teſtatur Ambroſ. *quòd & cùm jam corpore ſolveretur, magis de ſtatu Eccleſiarum, quàm de ſuis periculis angeretur. Quid eſt,* inquit Sanctus Auguſtinus tract. 11. in Joan.

In orat. de obitu Theod.

Epiſt. 31. apud Cyp.

Joan. *in quo laudabiliùs Reges jam ad Chriſtum adducti, authoritate ſua, poteſtateque utantur, quā ſi Chriſti Eccleſiā, cuius ſunt filii, adverſus inimicos eius omnibus opibus viribuſque propugnent.* D. Leo epiſt. 76. Anatholium Epiſcopum Conſtant. caſtigat, quòd pernitioſa quadam patientia hæreticos toleraret, & admonet ut à Principe poſcat opem ad eoſdem comprimendos. *Apparet*, inq. Clerus Romanus ad D. Cypr. *non aliter Eccleſiæ ſaluti conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam adverſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum, in tempeſtate ſervetur; quo de manibus ſublato; navis Eccleſiaſtica in ſcopulos illidatur neceſſe eſt.*

Epiſt. 31. apud Cypr.

Imò ut hoc addam ex D. Leone: *Contrà communes hoſtes, pro ſalute communi, una communis debet eſſe vigilantia; ne de alicuius membri vulnere, etiam alia poſſint membra corrumpi. Illud ergo vos obſecrans moneo, ut ſi cui veſtrum innotuerit, ubi habitent; ubi doceant, quos frequentent, & in quorum ſocietate requieſcant, noſtræ ſollicitudini fideliter indiceitis: quia parum prodeſt unicuique, quod protegente Spiritu ſancto ab iſtis ipſe non capitur, ſi cùm alios capi intelligit, non movetur. Et qui tales non prodendos putant, in judicio Chriſti invenientur rei de ſilentio, etiamſi non contaminantur aſſenſu. Aſſumite igitur religioſæ ſollicitudinis pium zelum, & contra ſæviſſimos animarum hoſtes, omnium fidelium cura conſurgat.* Et alibi: *Magna eſt pietas prodere latebras impiorum; & ipſum in eis, cui ſerviunt, Diabolum debellare. Contra iſtos omnem orbem terrarum, & totam ubique Eccleſiam, decet fidei arma arripere, Cavendi ſunt ne cuiquam noceant: prodēdi ſunt, ne in aliqua civitatis noſtræ parte conſiſtāt:*

De jeju. 10 menſ. ſer. 5.

Ser. 4. de collect.

Opti

Optimum autem atque omninò neceſſarium eſt initiis malorum obſiſtere,ne creſcant, ne ſerpant. *Arius in Alexandria una ſcintilla fuit*,inq. D.Hier. *ſed quia non ſtatim extincta eſt, totum orbem ejus flamma depopulata eſt*. Sic Lutherus in Germania parva quædam ſcintilla fuit, quæ initio, ſi vigilatum eſſet,opprimi potuerat, ſed neglecta, tantum hoc nobis incendium excitavit. Rectè Scriptura: *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas*.Significantur *hæretici*,inquit Aug.*doloſi,fraudulenti,tetro odore fœtentes*: quos & Cyprian.vocat *peſtes & lues fidei,ſerpentis ore fallentes, & corrumpendæ veritatis artifices*. Hæ vulpes capiendæ ſunt parvulæ,cùm adhuc parvulæ ſunt,priuſquam vires de multorum conſenſu acquirant;*ſermo enim eorum ut cancer ſerpit*,& vicina quæque depaſcitur. Tales ergo jubet *capi*,id eſt, *convinci;ſi convicti non reſipiſcant,colligari,ne alios inficiant*,inquit D.Bernard. *Imò ſatius eſſe dicit,gladio illius coërceri, qui non ſine cauſa gladium portat, quàm permitti imbecillos multorum animos in errores traducere.*

Li.3. Comment.in 5. c.ad Galat.
Cant.2.
In pſal.80.
De Vnit. Eccleſ.c.4.
2.Tim.2.
Serm.64. in Cant.
Serm.66. ibid.
Rom.13.

D. Leo ad Pulcheriam, de Eutyche hæretico; *Dignum gloriæ veſtræ eſt*,ait,*ut error auferatur,priuſquam ullas ſibi vires de conſenſu imprudentium,pertinacia pravitatis acquirat*. Ut enim morbi quidam cùm invaluerunt, curari non poſſunt, ita hæreſes dum crevere per ignaviam dormientium Præfectorum, & jam radices non altè ſolùm, ſed longè etiam latéque egerunt,perque moras neglectæ diſciplinæ,mali vis confirmata eſt,ægrè profectò illæ exſtirpantur:& ſicubi verum eſt,quod dicit Sapiens, *Perverſos difficulter corrigi*, in hoc genere perverſitatis reperietur eſſe veriſſimum.

Epiſt.13.
Eccleſ.1.

Mm *Hellebo*

Perſius Sat.3. *Helleborum fruſtra, cùm jam cutis ægra tumebit,*
Poſcentes videas, venienti occurrite morbo, ait Poëta. Præ aliis ergo peccatoribus raró admodum redeunt hæretici ad veram pœnitentiam, quia videlicet fundamentum, id eſt, veram fidem reliquerunt; quam navi comparat Apoſtolus. Sicut enim 1.Timot.1. navis in procelloſo mari ſpem portus hominibus præbet & ducit ad portum; ita fides ad ſalutem æternam. Et ſicut homo extra navim ſine ſpe ſalutis eſt, ita & homo ſine fide. Si in navi quis infirmatur, adhuc ſpes eſt ſalutis; ſed ſanè extra navim nulla ſpes: ita extra fidem nulla ſpes ſalutis, quantumvis homo videatur benè vivere; at fideli peccanti adhuc aliqua ſpes: ſperatur enim reverſurus ad pœnitentiam, eo quòd adhuc habeat fidem. Poteſt autem Dominus etiam infidelitate demerſos ad navem reportare.

MONITUM LXXXVIII.

Eſcam dedit timentibus ſe.

Pſalm. 112.

Seſſ.13.c.2. RAtionem inſtitutionis Sacramenti Euchariſtiæ breviter & commodè explicat Conc. Trident. his verbis; *Salvator noſter ex hoc mundo diſ-* Pſal. 110. *ceſſurus ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, in quo* Matth 26. *divitias Divini ſui erga homines amoris velut effudit,* 1.Cor.11. *memoriam faciens mirabilium, & in ejus ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuamque annuntiare mortem, donec ipſe ad judicandum mundum veniat.*

Sumi

Digitized by Google

Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vita illius qui dixit; Qui manducat me, & ipſe vivet propter me: & tanquam antidotum, quo liberemur à cunctis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur. Pignus id eſſe præterea voluit noſtræ gloriæ & perpetuæ fœlicitatis; adeoque ſymbolum unius illius corporis, cujus ipſe caput exiſtit, cuique nos tanquam membra aptiſſima fidei ſpei & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, ut idipſum omnes diceremus, nec ſint in nobis ſchiſmata. Hæc Conc. Ioan. 6. 1. Cor. 11. Epheſ. 5. 1. Cor. 1.

Unde ſex inſtituti hujus Sacramenti cauſas colligimus: Prima eſt, ut Chriſtus ſui erga nos amoris eximiam vim oſtenderet. Secunda, ut erga eum nos grati eſſemus ac memores. Sic enim beneficii redemptionis (quo nullum majus) perpetuam commemorationem inſtituit, ſicut in agno Paſchali, illius quæ in Ægypto præſtita eſt, liberationis. Si enim tanta diligentia in umbra, quanta eſſe debuit in veritate? Tertia, ut eſſet in cibum & potum nutrientem & vivificantem. Quarta, ut eſſet antidotum & tutela. Quinta, ut ſymbolum eſſet unitatis. Sexta, ut gloriæ pignus, & quædam æterni illius ac beati convivij adumbratio. Igitur, quemadmodum ait Eucherius; *Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſyderibus, neceſſe erat, ut in die cœnæ Sacramentum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, ut coleretur jugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium.* Exod. 12. Ioan. 6. Tract. 26. in Ioan. ex Cypr.

Cur autem inſtitueret tunc primum, cùm eſſet diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, ejus rei ab Aug. ſic reddita eſt ratio; *Salvator quò vehemen-* In ep. 118. ad Ianvar. cap. 6.

tiùs commendaret myſterii hujus altitudinem, ultimò hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus per paſſionem tranſiturus erat. Solent ea quippe hominibus maximè cordi eſſe, quæ à morientibus commendata acceperunt. Licet autem Chriſtus in cœna inſtituerit, *placuit tamen hoc Spiritui S. ut in honorem tanti Sacramenti deinceps in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per univerſum orbem mos iſte ſervatur,* inquit Aug. ibid. De quo & Tertull. *Non ſciet maritus quid ante omnem cibum guſtes,* &c. lib. 2. ad uxorem.

Verùm tria potiſſimùm hac exhortatione conſideranda in ſanctiſſimo Sacramento proponam. Maximam inprimis Chriſti erga nos charitatem, quæ tanta eſt, ut nobis ſeipſum det: *Seipſo autem nihil melius aut majus poteſt dare vel ipſe*, inquit S.
Zach. 9 & ibi D. Hieron. Bern. Unde & Propheta Zacharias; *Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* quaſi dicat; Quid boni habet Deus majus eo quod dat hominibus, videlicet in Euchariſtia, ut ſancti fiant? Dat Deus eis bonum omnium maximum, quæ habet; ſcilicet *frumentum electorum*, id eſt, panem cœleſtem, qui eſt verum ejus corpus, quo eos nutrit, & confirmat. Dat etiam vinum ſacroſancti ſanguinis
Epheſ. 4. ſui, non quale illud, de quo Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed germinans virgines,* & miram caſtitatem animæ & corporis efficiens.
Prov. 8. *Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*, ait æterna Sapientia: & vox eſt procedens ex intimis viſceribus charitatis. Ex qua etiam hoc eis promiſit, *Ego*
Matth. 28 *vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem*

Digitized by Google

nem ſeculi. Non ſolùm ſpiritualiter per gratiam, qua eos cuſtodit, ſed etiam corporaliter in Euchariſtia, qua eos paſcit.

Quot nunc dicunt, inq. Chryſ. *Vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta. Ecce ipſum vides, ipſum tangis, ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta cupis videre, ipſe verò tibi ſeipſum concedit, non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te ſumere. Paſtores oves ſuas amant, ſed quis eorum oves proprio paſcit cruore? Matrum erga liberos amor magnus eſt, tamen ſæpe illos aliis mulieribus nutriendos tradunt. Hoc ipſe facere noluit, ſed ſeipſum exhibet, ſeipſum apponit, ſeipſum per omnia nobis commiſcet, & coagmentat.* Quis ſuo cum animo diligenter iſta conſiderans, non viciſſim in ſe amorem excitabit & augebit erga tam bonum dominum, cujus tanta erga ſe videt charitatis indicia? *Nimis durus eſt animus*, inq. Aug. *qui ſi nolebat impendere amorem, nolit & rependere.* Et, *Rea ſibi eſt humana conſcientia, ſi non amaverit redamantem, aut ſi amantem non redamaverit.*

Vide Chryſoſt. hom. 60. & 61. ad pop.

De Catech rudib. ca. 4. Lib. 4. conf. c. 9.

Secundò conſideranda eſt in Euchariſtia, Chriſti Domini humilitas. Sicut enim maxima fuit humilitas filii Dei, aſſumere formam ſervi; *Exinanivit ſemetipſum*, ait Apoſt. *formam ſervi accipiens:* ſic etiam in Euchariſtia aſſumere formam ſeu ſpeciem vilis elementi, *quæ*, ut inquit Damaſc. *ineffabiliter ipſi corpori ac ſanguini Dominico unitur.* Ac licèt magnum ſit in conjunctionibus diſcrimen, ſic tamen unitur, ut ejus ratione dicatur à Patribus corpus Chriſti videri, tangi, frangi, dentibus atteri, & ut fit à ſacrilegis, calcari, cum ſit jam immortale, ac impaſſibile.

Philip. 2.

Lib 4. de Orthod. fide, cap. 14

Digitized by Google

Deinde magna humilitas eſt, quod Dominus univerſorum, tanta Majeſtas dignetur ſe conjungere ac commiſcere tam vili vermiculo, limo terræ. Quid ſublimius Deo, quid vilius limo, de quo homo formatus eſt? Meritò cum ſumma admiratione dicit homo, unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me? & illud Baptiſtæ; *Tu Domine venis ad me?* Ac illud etiam Centurionis; *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Quando corpus Domini, & ſanguinem manducas & bibis*, ait Chryſ. *tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Tu ergo humilians teipſam, dicas: Domine non ſum dignus*, &c. Verùm & hoc hîc conſidera, quod in quo ſe Deus humiliat, in eo te exaltat: ſicut ſi Rex intret tugurium ruſtici, ſe quidem Rex humiliat, ſed ruſticum, ejuſque tugurium honorificat. Unde D. Aug. *Si vos vobis*, inquit, *ex terrena fragilitate viluiſtis, ex pretio veſtro vos appendite; quid manducetis, quid bibatis, tamen dignè cogitate.*

Gen. 2. Matth. 4. Matth. 8. Hom. 5. in divers. Script. In pſal. 32. conc. 1.

Imitanda nobis eſt hæc humilitas Salvatoris, ut non contemnamus alios conditione aliqua nobis fortè viliores, aut inferiores; illorum converſationem, aut colloquia fugiamus: ſed, ut monet Apoſtolus, *humilibus conſentiamus*, & omnibus etiam abjectæ ſortis hominibus abſque faſtu communes & affabiles nos præbeamus. Ita D. Hier. Euſtochium Virginem nobilem docet, *ne viles duceret ancillas, quæ illi erant in obſequio. Unum ſponſum habere cœpiſtis ſimul pſallitis, Chriſti corpus ſimul accipitis, cur menſa diverſa ſit?* Chriſtus Dominus dignatur illas ſua menſa, cur tu non tua?

Rom. 12. 1. Tim. 6. In ep. ad Euſtoch.

Denique conſideranda nobis eſt in hoc Sacramento, Salvatoris mira patientia: non quòd ille

ampliùs

ampliùs pati poſſit, uti cùm apud nos adhuc mortalis ageret; ſed *patientia Dei eſt*, inq. D. Proſp. *qua parcit contemptus, parcit negatus*. De qua & S. Aug. *Patientia Dei ad pœnitentiam invitat malos*. Patientia ergo Dei in hoc oſtenditur, quod permittat ſe tractari, manducari, etiam ab impiis, nec tamen ſtatim punit. Timendum profectò, multos eſſe qui indignè celebrant, aut communicant, illoto corde ad menſam tam ſacram accedentes, coinquinati odio, libidine, injuſtitia, ambitione, aliiſque ſceleribus. Oſtendit quidem interdum iram ſuam erga tales Deus, ut tempore Apoſtoli indignè communicantes morbis, ipſaque morte corporali à Deo plectebantur, etiam corporali obſeſſione dæmonis, ut refert Dionyſius, & quædam exempla recenſet Cyprian. eorum, qui ob indignam communionem præſentem Dei vindictam ſenſerunt. *Inde morbi*, ait Chryſ. *detrimenta, luctus, calamitas*, &c. Sed frequenter non facit. Sent. 4. Lib. 1. de Civit. c. 8. In Eccleſ. Hierarch. Tract. de lapſ. Hom. 5. in 1. ad Tim.

Præterea in hoc etiam ſpectatur maximè patientia Dei, quod ſe interdum ſinit in Sacramento ab infidelibus & hæreticis violari, conculcari, confodi, &c. Conqueritur Chryſoſtomus Innocentio Papæ de effuſo à militibus Chriſti ſanguine. Eò pertinet quod ait Optatus contra Parmenianum & Donatiſtas, altaria Catholicorum evertentes; *Quid eſt*, inquit, *altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti*, &c. *Hoc modo Iudæos eſtis imitati. Illi manus injecerunt Chriſto in cruce; à vobis percuſſus eſt in altari*. Idem feciſſe Arianos deplorat Hilarius; *Detracti de altario Sacerdotes: Clerici fuſtibus cæſi: Diaconi plumbo eliſi: in ipſum Chriſtum manus miſſæ*, &c. Sic & In epiſt ad Innoc. Libro 6. Cont. Conſtant. Orat. 2. in Iulian.

Lib 1.c.3. de Vandal. perſec. Nazian. queritur: *Sacras menſas contumeliis affectas, pocula myſtica furioſè contaminata.* Ariani inq. Victor Uticenſis, *tempore quo Sacramenta Dei populo porrigebantur, introëuntes maximo cum furore, corpus Chriſti & ſanguinem pavimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcaverunt.* Nonne ſimilia ſacrilegia ab hæreticis noſtris variis locis in Deum ejuſque Sacramenta perpetrata?

Lib 2. cont. Donat. Punit quidem interdum etiam nunc iſta Deus, uti refert Optatus de Donatiſtis, qui ſacram Euchariſtiam ante canes ſuos projecerunt, qui continuo quaſi furore perciti, in ſuos dominos quaſi ignotos inſurrexerunt, & dentibus laniarunt: ſed ſæpè non facit, oſtendens ſuam *patientiam ac benignitatem*, qua, ut ait Apoſtol. *peccatores ad pœnitentiam adducit*, vocat, hortatur: *diem retributionis, quē certum conſtituit, patienter expectans*, ut Cypr. ait. Nemo autem iſtis ſceleribus, quæ patitur Deus, & hîc impunita relinquit, ſcandalizari debet; quaſi in Euchariſtia non eſſet Deus, quòd hoc non oſtendat, ſacrilegia ſtatim puniendo, & meritas pœnas infligendo. Sicut non ſcandalizamur, quando audimus vel legimus, quod permiſit ſe aſſumi à Diabolo in ſanctam civitatem, in montem excelſum; quod permiſerit ſe ab impiis Judæis capi, ligari, flagellari, crucifigi, occidi.

Rom. 2.

De Bono patient.

Matth 4.

Matth. 26. 27.

Sed admiranda eſt ejus in perferendis malis patientia ac longanimitas, & à nobis imitanda, præbet enim nobis tolerandorum malorum exemplum, ait Cyprian. Si enim ille patiens eſt, qui habet in poteſtate vindictam; & poteſt in momento animam & corpus perdere in gehennam; nonne idem nobis faciendum eſſe credemus?

Cypr. de bon. pat. Aug. de Catech. rud. c. 19.

Plectun

Plectuntur interim quidam, etiam ante diem pœna, ut cæteri corrigantur. Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum, inquit Cyprianus. Refert ibi de uno qui ſtatim ubi Chriſtum negaſſet, obmutuit. Alia à dæmone correpta, dentibus linguam laniavit. Apud Tertull. Mulier quæ ad theatrum adiit, inde cum dæmone receſſit. Rogatus cur auſus eſſet fidelem aggredi? Juſtiſſimè, inquit, feci; quia eam in meo inveni. Solent Chriſtiani à ſpectaculis abſtinere. Apud Victorem Uticenſ. Proclus ſacrorum raptor, fruſtatim ſibi comedens linguam turpiſſima morte conſumptus eſt. Apud Optatum, ut jam dictum eſt, violatores Euchariſtiæ à propriis canibus lacerati. Quis ignorat horribiles exitus Antiochi, Herodis & aliorum? *Si enim nullum peccatum in hac vita puniret Deus, nulla eſſe providentia crederetur; Si autem omne, nihil ultimo judicio reſervari putaretur*, inquit Sanctus Auguſtinus.

Tract. de lapſ.

De ſpectac. cap. 26.

De Vandal. perſec.

Lib. 2. cont. Donat.

De Civit. lib. 1 c. 8.

MONI

MONITUM LXXXIX.

Erat pernoctans in oratione Dei.

Lucæ 6.

DOminus cùm orare vellet, turbas deſeruit, in montem aſcendit, & noctem orationi delegit. Sic enim docuit orantem quærere ſecretum, tumultum fugere, mentem à terrenis ad ſublimia ſublevare, ac noctem orationi eſſe accommodam. Nocturno enim tempore ipſa quies corporis à ſuis officiis mentem diſtrahentibus, ipſæque tenebræ, ac denique ſilentium ipſum, aptiorem faciunt animam ad orationem, & ſpiritus in Deum elevationem, ad contemplationem rerum Divinarum, & expenſionem noſtrorum
Pſalm. 118. operum ac voluntatis. Tunc ſolet Pſalmiſta ſurgere ad confitendum Domino. Tunc Paulus & Silas laudaverunt Deum, & ſubitò terræ
Actor. 16. motus factus eſt magnus. *Anima mea deſideravit te in nocte*, ait Eſaias. Et alius hortatur; *Con-*
Iſai. 26. Thren. 2. *ſurge in nocte in principio vigiliarum tuarum, & effunde cor tuum ante conſpectum Domini.* Sponſa
Cant 3. in Canticis, *per noctes quærit dilectum*; *Secreti*
Serm. 86. in Cant. *gratia*, inquit Bernardus, *extra clamorem & ſtrepitum, terrenam curam, tentationem laudis aſpicientis*, &c.

Rectè etiam Chriſtiani nocte orant, quia tunc acrior nobis imminet tentatio: primò, ex ipſa carne quieſcente, quæ quamdiu honeſtis laboribus

boribus intenditur, minùs moleſta ſentitur. Deinde, ex hoſte diabolo, qui non dormit, & occaſiones tentandi non negligit; unde vult Hieronymus, *nos ſemper aliquid operis facere, ut ſemper diabolus inveniat nos occupatos*; utili enim labore magnus ei aditus tentandi obſtruitur. Denique nocte impii magis Deum irritant: *Omnis enim qui malè agit, odit lucem*, tenebras quærit: quomodo ergo filii Dei tunc non orabunt? Rectè D. Leo, *Tunc populus Dei in orationibus & operibus pietatis debet eſſe inſtantior, quando cæcitas impiorum ſuis perverſitatibus eſt intentior. Quoniam immundi ſpiritus, quantum impiorum errore lætantur, tantum veræ religionis obſervantia atteruntur, & augmenta juſtitiæ urunt impietatis authorem*. Et D. Auguſtinus: *Quando impii turpiter lætantur, illis ipſis diebus nos oramus, jejunamus, gemimus: lætitia enim ſua admonent dolorem noſtrum, & faciunt nos recordari, quàm miſeri adhuc ſint*. In epiſt. ad Ruſtic. Ioan. 3. Serm. 3. de Collect. In pſal. 98.

Scriptum eſt de Domino, ait idem Aug. *quod pernoctavit in orando, & quod prolixius oravit. Ubi quid aliud quàm nobis præbebat exemplum?* Quando autem dicit, Orantes nolite multùm loqui, prohibet imitari Gentiles, qui non propter orationem in intimo cordis effuſam, ſed propter externam multorum verborum pronuntiationem ſe exaudiri putant. *Aliud eſt orare in multiloquio, aliud diu orare. Multum loqui eſt, rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis in orando. Multum autem precari, eſt ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulſare*. Utendum verò eſt verbis, non quæ Deo, ſed quæ oranti congruunt, ut videlicet affectum ſuum excitet, inflammet deſiderium. Vide Aug. epiſt. 121. cap. 10. Luc. 22. Matth. 6.

Perſius Sat.3. *Helleborum fruſtra, cùm jam cutis ægra tumebit, Poſcentes videas, venienti occurrite morbo,* ait Poëta. Præ aliis ergo peccatoribus raro admodum redeunt hæretici ad veram pœnitentiam, quia videlicet fundamentum, id eſt, veram fidem reliquerunt; quam navi comparat Apoſtolus. Sicut enim
1.Timot.1. navis in procelloſo mari ſpem portus hominibus præbet & ducit ad portum; ita fides ad ſalutem æternam. Et ſicut homo extra navim ſine ſpe ſalutis eſt, ita & homo ſine fide. Si in navi quis infirmatur, adhuc ſpes eſt ſalutis; ſed ſanè extra navim nulla ſpes: ita extra fidem nulla ſpes ſalutis, quantumvis homo videatur benè vivere; at fideli peccanti adhuc aliqua ſpes: ſperatur enim reverſurus ad pœnitentiam, eo quòd adhuc habeat fidem. Poteſt autem Dominus etiam infidelitate demerſos ad navem reportare.

MONITUM LXXXVIII.

Eſcam dedit timentibus ſe.

Pſalm. 112.

RAtionem inſtitutionis Sacramenti Euchariſtiæ breviter & commodè explicat Conc. Trident. his verbis; *Salvator noſter ex hoc mundo diſceſſurus ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, in quo divitias Divini ſui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium, & in ejus ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuamque annuntiare mortem, donec ipſe ad judicandum mundum veniat.* *Sumi*

Seſſ.13.c.2.
Pſal.110.
Matth 26.
1.Cor.11.

Digitized by Google

Sumi autem voluit Sacramentum hoc tanquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vita illius qui dixit; Qui manducat me, & ipſe vivet propter me: & tanquam antidotum, quo liberemur à cunctis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur. Pignus id eſſe præterea voluit noſtræ gloriæ & perpetuæ fœlicitatis; adeoque ſymbolum unius illius corporis, cujus ipſe caput exiſtit, cuique nos tanquam membra aptiſſima fidei ſpei & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, ut idipſum omnes diceremus, nec ſint in nobis ſchiſmata. Hæc Conc. Ioan. 6. 1. Cor. 11. Epheſ. 5. 1. Cor. 1.

Unde ſex inſtituti hujus Sacramenti cauſas colligimus: Prima eſt, ut Chriſtus ſui erga nos amoris eximiam vim oſtenderet. Secunda, ut erga eum nos grati eſſemus ac memores. Sic enim beneficii redemptionis (quo nullum majus) perpetuam commemorationem inſtituit, ſicut in agno Paſchali, illius quæ in Ægypto præſtita eſt, liberationis. Si enim tanta diligentia in umbra, quanta eſſe debuit in veritate? Tertia, ut eſſet in cibum & potum nutrientem & vivificantem. Quarta, ut eſſet antidotum & tutela. Quinta, ut ſymbolum eſſet unitatis. Sexta, ut gloriæ pignus, & quædam æterni illius ac beati convivij adumbratio. Igitur, quemadmodum ait Eucherius; *Quia corpus aſſumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus ſyderibus, neceſſe erat, ut in die cœnæ Sacramentum nobis corporis & ſanguinis conſecraret, ut coleretur jugiter per myſterium, quod ſemel offerebatur in pretium.* Exod. 12. Ioan. 6. Tract. 26. in Ioan. ex Cypr.

Cur autem inſtituerit tunc primum, cùm eſſet diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, ejus rei ab Aug. ſic reddita eſt ratio; *Salvator quò vehemen-* In ep. 118. ad Ianvar. cap. 6.

Digitized by Google

tiùs commendaret myſterii hujus altitudinem, ultimò hoc voluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, à quibus per paſſionem tranſiturus erat. Solent ea quippe hominibus maximè cordi eſſe, quæ à morientibus commendata acceperunt. Licet autem Chriſtus in cœna inſtituerit, *placuit tamen hoc Spiritui S. ut in honorem tanti Sacramenti deinceps in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nam ideo per univerſum orbem mos iſte ſervatur,* inquit Aug. ibid. De quo & Tertull. *Non ſciet maritus quid ante omnem cibum guſtes,* &c. lib. 2. ad uxorem.

Verùm tria potiſſimùm hac exhortatione conſideranda in ſanctiſſimo Sacramento proponam. Maximam inprimis Chriſti erga nos charitatem, quæ tanta eſt, ut nobis ſeipſum det: *Seipſo autem nihil melius aut majus poteſt dare vel ipſe*, inquit S. Bern. Unde & Propheta Zacharias; *Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* quaſi dicat; Quid boni habet Deus majus eo quod dat hominibus, videlicet in Euchariſtia, ut ſancti fiant? Dat Deus eis bonum omnium maximum, quæ habet; ſcilicet *frumentum electorum*, id eſt, panem cœleſtem, qui eſt verum ejus corpus, quo eos nutrit, & confirmat. Dat etiam vinum ſacroſancti ſanguinis ſui, non quale illud, de quo Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed germinans virgines,* & miram caſtitatem animæ & corporis efficiens. *Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum*, ait æterna Sapientia: & vox eſt procedens ex intimis viſceribus charitatis. Ex qua etiam hoc eis promiſit, *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem*

Zach. 9 & ibi D. Hieron.

Epheſ. 4.

Prov. 8.

Matth. 28

nem ſæculi. Non ſolùm ſpiritualiter per gratiam, qua eos cuſtodit, ſed etiam corporaliter in Euchariſtia, qua eos paſcit.

Quot nunc dicunt, inq. Chryſ. *Vellem ipſius formam aſpicere, figuram, veſtimenta, calceamenta. Ecce ipſum vides, ipſum tangis, ipſum manducas. Et tu quidem veſtimenta cupis videre, ipſe verò tibi ſeipſum concedit, non tantum videre, verum & manducare, & tangere, & intra te ſumere. Paſtores oves ſuas amant, ſed quis eorum oves proprio paſcit cruore? Matrum erga liberos amor magnus eſt, tamen ſæpe illos aliis mulieribus nutriendos tradunt. Hoc ipſe facere noluit, ſed ſeipſum exhibet, ſeipſum apponit, ſeipſum per omnia nobis commiſcet, & coagmentat.* Quis ſuo cum animo diligenter iſta conſiderans, non viciſſim in ſe amorem excitabit & augebit erga tam bonum dominum, cujus tanta erga ſe videt charitatis indicia? *Nimis durus eſt animus*, inq. Aug. *qui ſi nolebat impendere amorem, nolit & rependere.* Et, *Rea ſibi eſt humana conſcientia, ſi non amaverit redamantem, aut ſi amantem non redamaverit.*

Vide Chryſoſt hom. 60. & 61. ad pop.

De Catech rudib. ca. 4. Lib. 4. conf. c. 9.

Secundò conſideranda eſt in Euchariſtia, Chriſti Domini humilitas. Sicut enim maxima fuit humilitas filii Dei, aſſumere formam ſervi; *Exinanivit ſemetipſum*, ait Apoſt. *formam ſervi accipiens:* ſic etiam in Euchariſtia aſſumere formam ſeu ſpeciem vilis elementi, *quæ*, ut inquit Damaſc. *ineffabiliter ipſi corpori ac ſanguini Dominico unitur.* Ac licèt magnum ſit in conjunctionibus diſcrimen, ſic tamen unitur, ut ejus ratione dicatur à Patribus corpus Chriſti videri, tangi, frangi, dentibus atteri, & ut fit à ſacrilegis, calcari, cum ſit jam immortale, ac impaſſibile.

Philip. 2.

Lib 4. de Orthod. fide, cap. 14

Digitized by Google

Deinde magna humilitas eſt, quod Dominus univerſorum, tanta Majeſtas dignetur ſe conjungere ac commiſcere tam vili vermiculo, limo terræ. Quid ſublimius Deo, quid vilius limo, de quo homo formatus eſt? Meritò cum ſumma admiratione dicit homo, vnde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me? & illud Baptiſtæ; *Tu Domine venis ad me?* Ac illud etiam Centurionis; *Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Quando corpus Domini, & ſanguinem manducas & bibis*, ait Chryſ. *tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur. Tu ergo humilians teipſam, dicas: Domine non ſum dignus*, &c. Verùm & hoc hîc conſidera, quod in quo ſe Deus humiliat, in eo te exaltat: ſicut ſi Rex intret tugurium ruſtici, ſe quidem Rex humiliat, ſed ruſticum, ejuſque tugurium honorificat. Unde D. Aug. *Si vos vobis*, inquit, *ex terrena fragilitate viluiſtis, ex pretio veſtro vos appendite; quid manducetis, quid bibatis, tamen dignè cogitate.*

Gen. 2. Matth. 4. Matth. 8. Hom. 5. in diverſ. Script. In pſal. 32. conc. 1.

Imitanda nobis eſt hæc humilitas Salvatoris, ut non contemnamus alios conditione aliqua nobis fortè viliores, aut inferiores; illorum converſationem, aut colloquia fugiamus: ſed, ut monet Apoſtolus, *humilibus conſentiamus*, & omnibus etiam abjectæ ſortis hominibus abſque faſtu communes & affabiles nos præbeamus. Ita D. Hier. Euſtochium Virginem nobilem docet, *ne viles duceret ancillas, quæ illi erant in obſequio. Unum ſponſum habere cœpiſtis ſimul pſallitis, Chriſti corpus ſimul accipitis, cur menſa diverſa ſit?* Chriſtus Dominus dignatur illas ſua menſa, cur tu non tua?

Rom. 12. 1. Tim. 6. In ep. ad Euſtoch.

Denique conſideranda nobis eſt in hoc Sacramento, Salvatoris mira patientia: non quòd ille

ampliùs

Digitized by Google

ampliùs pati poſſit,uti cùm apud nos adhuc mortalis ageret;ſed *patientia Dei eſt*,inq.D.Proſp. *qua parcit contemptus,parcit negatus*.De qua & S.Aug. *Patientia Dei ad pœnitentiam invitat malos*.Patientia ergo Dei in hoc oſtenditur, quod permittat ſe tractari,manducari,etiam ab impiis,nec tamen ſtatim punit.Timendum profectò,multos eſſe qui indignè celebrant,aut communicant,illoto corde ad menſam tam ſacram accedentes,coinquinati odio, libidine, injuſtitia, ambitione, aliiſque ſceleribus. Oſtendit quidem interdum iram ſuam erga tales Deus,ut tempore Apoſtoli indignè communicantes morbis,ipſaque morte corporali à Deo plectebantur,etiam corporali obſeſſione dæmonis,ut refert Dionyſius, & quædam exempla recenſet Cyprian. eorum, qui ob indignam communionem præſentem Dei vindictam ſenſerunt. *Inde morbi*, ait Chryſ. *detrimenta, luctus, calamitas*, &c. Sed frequenter non facit.

Sent.4.
Lib.1.de Civit.c.8.
In Eccleſ. Hierarch.
Tract. de lapſ.
Hom.5.in 1. ad Tim.

Præterea in hoc etiam ſpectatur maximè patientia Dei, quod ſe interdum ſinit in Sacramento ab infidelibus & hæreticis violari, conculcari, confodi, &c. Conqueritur Chryſoſtomus Innocentio Papæ de effuſo à militibus Chriſti ſanguine. Eò pertinet quod ait Optatus contra Parmenianum & Donatiſtas, altaria Catholicorum evertentes; *Quid eſt*, inquit, *altare, niſi ſedes corporis & ſanguinis Chriſti*, &c. *Hoc modo Iudæos eſtis imitati. Illi manus injecerunt Chriſto in cruce; à vobis percuſſus eſt in altari*. Idem feciſſe Arianos deplorat Hilarius; *Detracti de altario Sacerdotes: Clerici fuſtibus cæſi: Diaconi plumbo eliſi: in ipſum Chriſtum manus miſſæ*, &c. Sic & Nazianz.

In epiſt ad Innoc.
Libro 6.
Cont. Conſtant.
Orat.2.in Iulian.

Digitized by Google

Lib 1. c. 3. de Vandal. perſec. Nazian. queritur, *Sacras menſas contumeliis affectas, pocula myſtica furiosè contaminata.* Ariani inq. Victor Uticenſis, *tempore quo Sacramenta Dei populo porrigebantur, introëuntes maxima cum furore, corpus Chriſti & ſanguinem pavimento ſparſerunt, & illud pollutis pedibus calcaverunt.* Nonne ſimilia ſacrilegia ab hæreticis noſtris variis locis in Deum ejuſque Sacramenta perpetrata?

Lib 2. cont. Donat. Punit quidem interdum etiam nunc iſta Deus, uti refert Optatus de Donatiſtis, qui ſacram Euchariſtiam ante canes ſuos projecerunt, qui continuo quaſi furore perciti in ſuos dominos quaſi ignotos inſurrexerunt, & dentibus laniarunt: ſed ſæpè non facit, oſtendens ſuam *patientiam ac benignitatem*, qua, ut ait Apoſtol. *peccatores ad pœnitentiam adducit*, vocat, hortatur: *diem retributionis, quē certum conſtituit, patienter expectans*; ut Cypr. ait. Nemo autem iſtis ſceleribus, quæ patitur Deus, & hîc impunita relinquit, ſcandalizari debet, quaſi in Euchariſtia non eſſet Deus, quòd hoc non oſtendat, ſacrilegia ſtatim puniendo, & meritas pœnas infligendo. Sicut non ſcandalizamur, quando audimus vel legimus, quod permiſit ſe aſſumi à Diabolo in ſanctam civitatem, in montem excelſum; quod permiſerit ſe ab impiis Judæis capi, ligari, flagellari, crucifigi, occidi.

Rom. 2.

De Bono patient.

Matth. 4.

Matth. 26. 27.

Cypr. de bon. pat. Aug. de Catech. rud. c. 19. Sed admiranda eſt ejus in perferendis malis patientia ac longanimitas, & à nobis imitanda, præbet enim nobis tolerandorum malorum exemplum, ait Cyprian. Si enim ille patiens eſt, qui habet in poteſtate vindictam; & poteſt in momento animam & corpus perdere in gehennam; nonne idem nobis faciendum eſſe credemus?

Plerun

Plectuntur interim quidam, etiam ante diem pœna, ut cæteri corrigantur. Exempla ſunt omnium, tormenta paucorum, inquit Cyprianus. Refert ibi de uno qui ſtatim ubi Chriſtum negaſſet, obmutuit. Alia à dæmone correpta ; dentibus linguam laniavit. Apud Tertull. Mulier quæ ad theatrum adiit, inde cum dæmone receſſit. Rogatus cur auſus eſſet fidelem aggredi ? Juſtiſſimè, inquit, feci ; quia eam in meo inveni. Solent Chriſtiani à ſpectaculis abſtinere. Apud Victorem Uticenſ. Proclus ſacrorum raptor, fruſtatim ſibi comedens linguam turpiſſima morte conſumptus eſt. Apud Optatum, ut jam dictum eſt, violatores Euchariſtiæ à propriis canibus lacerati. Quis ignorat horribiles exitus Antiochi, Herodis & aliorum ? *Si enim nullum peccatum in hac vita puniret Deus, nulla eſſe providentia crederetur ; Si autem omne, nihil ultimo judicio reſervari putaretur*, inquit Sanctus Auguſtinus.

Tract. de lapſ.

De ſpectac. cap. 26.

De Vandal. perſec.

Lib. 2. cont. Donat.

De Civit. lib. 1 c. 8.

MONI

MONITUM LXXXIX.

Erat pernoctans in oratione Dei.

Lucæ 6.

DOminus cùm orare vellet, turbas deſeruit, in montem aſcendit, & noctem orationi delegit. Sic enim docuit orantem quærere ſecretum, tumultum fugere, mentem à terrenis ad ſublimia ſublevare, ac noctem orationi eſſe accommodam. Nocturno enim tempore ipſa quies corporis à ſuis officiis mentem diſtrahentibus, ipſæque tenebræ, ac denique ſilentium ipſum, aptiorem faciunt animam ad orationem, & ſpiritus in Deum elevationem, ad contemplationem rerum Divinarum, & expenſionem noſtrorum operum ac voluntatis. Tunc ſolet Pſalmiſta ſurgere ad confitendum Domino. Tunc Paulus & Silas laudaverunt Deum, & ſubitò terræ motus factus eſt magnus. *Anima mea deſideravit te in nocte*, ait Eſaias. Et alius hortatur; *Conſurge in nocte in principio vigiliarum tuarum, & effunde cor tuum ante conſpectum Domini.* Sponſa in Canticis, *per noctes quærit dilectum*; *Secreti gratia*, inquit Bernardus, *extra clamorem & ſtrepitum, terrenam curam, tentationem laudis aſpicientis*, &c.

Pſalm. 118. Actor. 16. Iſai. 26. Thren. 2. Cant 3. Serm. 86. in Cant.

Rectè etiam Chriſtiani nocte orant, quia tunc acrior nobis imminet tentatio: primò, ex ipſa carne quieſcente, quæ quamdiu honeſtis laboribus

boribus intenditur, minùs moleſta ſentitur. Deinde, ex hoſte diabolo, qui non dormit, & occaſiones tentandi non negligit; unde vult Hieronymus, *nos ſemper aliquid operis facere, ut ſemper diabolus inveniat nos occupatos*; utili enim labore magnus ei aditus tentandi obſtruitur. Denique nocte impii magis Deum irritant: *Omnis enim qui malè agit, odit lucem*, tenebras quærit: quomodo ergo filii Dei tunc non orabunt? Rectè D. Leo, *Tunc populus Dei in orationibus & operibus pietatis debet eſſe inſtantior, quando cæcitas impiorum ſuis perverſitatibus eſt intentior. Quoniam immundi ſpiritus, quantum impiorum errore lætantur, tantum veræ religionis obſervantia atteruntur, & augmenta juſtitiæ urunt impietatis auctorem.* Et D. Auguſtinus: *Quando impii turpiter lætantur, illis ipſis diebus nos oramus, jejunamus, gemimus; lætitia enim ſua admonent dolorem noſtrum, & faciunt nos recordari, quàm miſeri adhuc ſint.* In epiſt. ad Ruſtic. Ioan. 3. Serm. 3. de Collect. In pſal. 98.

Scriptum eſt de Domino, ait idem Aug. *quod pernoctavit in orando, & quod prolixius oravit. Ubi quid aliud quàm nobis præbebat exemplum?* Quando autem dicit, Orantes nolite multùm loqui, prohibet imitari Gentiles, qui non propter orationem in intimo cordis effuſam, ſed propter externam multorum verborum pronuntiationem ſe exaudiri putant. *Aliud eſt orare in multiloquio, aliud diu orare. Multum loqui eſt, rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis in orando. Multum autem precari, eſt ad eum quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulſare.* Utendum verò eſt verbis, non quæ Deo, ſed quæ oranti congruunt, ut videlicet affectum ſuum excitet, inflammet deſiderium, Vide Aug. epiſt. 121. cap. 10. Luc. 22. Matth. 6.

Aug.ead. epiſt.c.12. ſiderium. Verba enim quæ dicimus, *affectus orantis vel præcedendo format, ut clareat, vel conſequendo attendit, ut creſcat.* Hic modus infirmis convenit, prior perfectis, qui eructant quæ intus habent, & Pſalm.37. *rugiunt à gemitu cordis ſui, quando videlicet tanta* Aug.in hunc Pſal. *occupavit cor cogitatio deſiderii cujuſdam,* inq. Aug. *ut voce clariore exprimatur.* Cæterum *hoc orandi negotium plerumque plus gemitibus quàm ſermonibus agitur, plus fletu quàm affatu,* ait idem Aug.

Ead epiſt. cap.10. Quod autem nunc Dominus oraverit, atque etiam in oratione pernoctaverit, præter generalem illam rationem, ob quam frequenter ſolitus fuit orare, propter electorum videlicet ſalutem, & Evangelii profectum: nunc ſpeciali ratione ideo etiam oravit, idque tam inſtanter, quoniam è diſcipulis ſuis multis, duodecim jam electurus erat, quos Evangelicæ prædicationis haberet cooperatores, & docturus jam erat Evangelicæ prædicationis & perfectionis ſummam (octo beatitudinibus comprehenſam) ut Pater inſtantem electio- Matth.5. nem dirigere, ac proſperam reddere dignaretur. Qua ſua oratione diſpenſatoriè propter nos ſuſcepta, primùm declaravit, quàm ſibi fuerit cordi noſtra ſalus, qui tam anxiè & inſtanter Patrem oravit, ut naſcentis novæ Eccleſiæ idoneos miniſtros & duces ſibi deſignaret, utque illos ſuo ſpiritu donaret, ut quamplurimi per prædicationem ipſorum regno Dei adducerentur. Si autem noſtra ſalus Chriſto tam fuit cordi, quàm eadem nobis cordi eſſe debet? *Quid enim,* inquit Ambr. *te pro ſa-* Lib.5. in Luc. *lute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in ora-* Lib.4.ep.4. *tione pernoctat?* Et Cypr. *Si pro nobis & delictis noſtris Chriſtus laborat, orat, vigilat ac precatur, quantò*

nos

Digitized by Google

nos magis inſiſtere precibus & orare, & primò ipſum Dominum rogare, tum deinde per ipſum Deo patri ſatisfacere debemus?

Secundò docuit quanta cura & circumſpectione Eccleſiarum miniſtri ſint diligendi, quantaque religione Deo ſit ſupplicandum, ut oſtendat, quos delegerit. Quod ab Apoſtolis ſtudioſè factum legimus, cum in locum Judæ alium ſubrogare vellent. Sic quando Paulus & Barnabas ad Evangelizandum ſegregabantur, jejunabat & orabat Eccleſia, ut Deus eorum prædicationi adeſſet. Et cùm ipſi conſtituerent per ſingulas civitates Sacerdotes, jejunante atque orante Eccleſia, hoc fecerunt. Quod & hodie in jejunio quatuor temporum imitamur, quando ſacris Ordinibus initiantur Sacerdotes & Paſtores Eccleſiæ futuri. Meritò tunc *rogamus, ut mittat operarios in meſſem ſuam*. Ex illorum enim vita & doctrina vel proficit vel deficit, vel proſperatur vel turbatur Eccleſia. Hinc Paulus Timotheum monet; *Manus citò nemini impoſueris*, videlicet ad ordinandum. Cujus periculum ut demonſtret, addit; *neque communicaveris peccatis alienis*. Primò, ordinatorum, dum peccata ab eis commiſſa non corriguntur. Secundò ordinandorum, quæ ordinati probabiliter videntur facturi. Tertiò, ipſius plebis, quæ vitio hujuſmodi Paſtorum contingent. Quartò, cupientium promoveri inidoneos.

Actor. 1.

Actor. 13.

Actor. 14.

Matth. 9.

1. Tim 5.

Poſtremò docuit in genere Chriſtus, obnixè orandum Deum, *quotieſcunque pietatis aliquod officium eſt aggrediendum*, ut Ambr. ait, & ſi quid voluerimus auſpicari, quod felix fauſtumque eſſe volumus, à deprecatione auſpicandum, ut Deus noſtris

In hunc locum Lucæ.

Sapient.9. ſtris cœptis dexter ac favens aſpiret. *Cogitationes enim hominum timidæ, & incertæ ſunt providentiæ noſtræ*, inq. Sap. Hinc monet: *Eſto confidens in Dominum in toto corde tuo, in tua autem ſapientia ne exalteris: In omnibus viis tuis cognoſce Dominum, ut rectas faciat vias tuas. Intellige quod loquitur*, ait Hier. *nec in ſapientia noſtra, nec in ullis virtutibus confidendum, ſed in ſolo Domino, à quo greſſus hominis diriguntur.* Moyſes in omnibus difficultatibus ſuis recurſum ad Tabernaculum Domini habuit, ut ab eo quid & quomodo agendum cognoſceret. Frequenter etiam de David dicit Scriptura, quod in ſuis rebus conſuluit Dominum. Salutaris eſt admonitio Tobiæ ad filium: *Omni tempore benedic Deum, & ora eum, ut ipſe dirigat greſſus tuos, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant.*

Prov. 2.

Li. 3. cont. Pelag.

Num. 9.

1. Reg. 23. 30.

2. Reg. 2.

Tobiæ 4.

Orat Eccleſia, *Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere, ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur: Per Chriſtum Dominum noſtrum.* Amen. Hinc antiqua fuit conſuetudo Chriſtianorum, cùm aliquid aggrederentur, ſigno crucis ſe ſignare, petentes ut Deus per crucis Chriſti meritum in omnibus actionibus auxilium eis ſuum præſtare vellet. De qua conſuetudine Tert. *ad omnem progreſſum atque promotum, &c. quacunque nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.* Unde & Euſtochium monet Hier. *Ad omnẽ actum, & ad omnem inceſſum manus pingat crucem.* Apud Theodoret. cum milites ad omnẽ potum ſignarent poculũ cruce, eo ſigno detecti ſunt eſſe Chriſtiani.

In litaniis.

De coron. militis, c. 3.

In epiſt. ad Euſtoch.

Lib. 5. c. 10. hiſtor.

Fac cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,

Frontem

Frontem locumque cordis
Crucis figura ſignet,ait Prudent.

Utuntur hoc ſigno Chriſtiani,ait V.Beda,*ut crebro hujus vexilli munimine à ſpirituum immundorum defendantur incurſibus;& crebra hujus admonitione doceantur,ſe quoque carnem cum vitiis & concupiſcentiis crucifigere debere.* Lib. 5.hiſt. Anglic. cap.22.

MONITUM XC.

Vocavit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis. Lucæ 6.

EX multis diſcipulis quos habebat Dominus, duodecim elegit Apoſtolos;aliud eſt enim eſſe diſcipulum,aliud eſſe Apoſtolum; aliud eſſe Chriſtianum,aliud eſſe Epiſcopum vel Paſtorem.*Quiſque Chriſtianus eſt propter ſe, Epiſcopus vel Paſtor propter alios.Et aliter quis ſervit Deo,quia Chriſtianus;aliter quia Paſtor:*quia enim Chriſtianus, Deo ſervit vivendo fideliter : ut autem Paſtor,Deo ſervit docendo,monendo,corripiendo,&c.*ibi reddenda ratio de converſatione ; hic etiam de diſpenſatione.Sacerdos*,inq.D.Profp.*ſanctè vivere debet propter exemplum,& docere propter ſua adminiſtrationis officium;certus,quod ei nihil ſua juſtitia ſuffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur.Et quid ei proderit,non puniri ſuo,qui puniendus eſt alieno peccato?* Auguſt. de Paſt.cap.2. Lib.1.de vit.cont. cap. 20.

Notandum verò id quod à Marco dicitur, *elegit quos voluit ipſe.* Id enim ſignificat & Chriſti in deligendo divinam authoritatem,& non fuiſſe eorum, qui vocati ſunt, meriti & ſtudii, ut vocarentur; ſed divinæ tantum gratiæ & dignationis. Unde & Paulus ubique in epiſtolis, *Paulus*

Apoſtolus

Digitized by Google

Vide Aug. ſer. 140. in Nov. *Apoſtolus per voluntatem Dei.* Vide autem quales divina dignatio deligere voluerit, humiles ſcilicet, tenues ac idiotas; non potentes, ſapientes, aut nobiles: primò, ne intuitu divitiarum aut nobilitatis aliquos ad ſuam gratiam traxiſſe videretur. Deinde, ne Evangelii victoria humanæ potentiæ, 1. Cor. 1. vel prudentiæ tribueretur, ſed tantùm prædicationis veritati & crucis ſuæ efficaciæ. Denique *ut per ſtulta & infirma mundi ſapientes & fortes confunderet.* Confunduntur autem, quia nihili eſſe oſtenduntur, quando alii præferuntur.

Chryſoſt. in 1. ad Cor. Utque virtus Crucis magis nota ſit, adde his varia impedimenta converſionis in gentibus; prima eſt conſuetudo inveterata à majoribus accepta, ſemperque retenta, de religione, moribus, &c. quæ difficulter relinquitur. Deinde commoda & delicata vivendi ratio, in luxuriis, voluptatibus, comeſſationibus: Chriſtiana religio ad aſpera vocabat, ad jejunia, vigilias, caſtitatem, &c. Denique ſuperbia ſapientum, qui non patiuntur ſe ab inferioribus doceri, & argui. Tamen hiſce ac ſimilibus non obſtantibus, per homines viles ac ignobiles convertit totum mundum, etiam Principes, Philoſophos, Oratores. Sic ut de illo verum ſit Pſalm. 44. illud; *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii*, id eſt, in locum Patriarcharum ac Prophetarum venerunt Apoſtoli, eorum in fide & dilectione imitatores: Vide Mon. 41. *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* Sic ut magis honorentur, quàm ipſi Imperatores ac Reges. Imò ipſi Imperatores, depoſito ſceptro & diaChryſoſt. Aug. & alii demate, gemunt & ſupplicant ad ſepulchra piſcatorum.

Cur autem & Judam proditorem in numerum

rum Apoſtolorum delegerit, maximè cùm præmiſerit orationem, qua precabatur electionem ſuam dirigi à Patre, ut idonei eſſent qui deligerentur; id certè ſingulari Dei diſpenſatione factum eſt. Primò, quia Patri viſum fuit, & in ſcripturis prædictum, ut ab intimo ſuo diſcipulo in mortem traderetur. Deinde, ut oſtenderet, fieri non poſſe, quin in Eccleſia bonis mali ſint permiſti: nec ita nos cautos eſſe poſſe in deligendis ad ſacra munia miniſtris, quin & eos aliquando deligamus, qui vel ſunt mali, vel futuri ſunt mali: ferendos tamen eſſe, donec ipſi ſe perdant aut prodant. Nec eos, quorum intereſt in Eccleſiam aliquos recipere, aut ad ſacra miniſteria aliquem deligere, culpandos eſſe, ſi poſt expenſionem eorum quæ humanitus illis patere poſſunt, & preces ad Deum fuſas, quidam deligantur fucati, aut poſtea mali futuri. Quas duas rationes paucis complexus eſt D. Auguſt. de civit. *Habuit*, inquit, *inter Apoſtolos unum, quo malo benè utens, & ſuæ paſſionis impleret diſpoſitum, & Eccleſiæ ſuæ tolerandorum malorum præberet exemplum.*

Pſal 54.

Lib 18. cap. 49.

Indicat & D. Ambr. alias duas rationes electionis Judæ. Una eſt, in commendationem veritatis Evangelicæ, altera in commendationem charitatis Chriſti erga nos, & pietatis erga malos & hoſtes ſuos, dum illum ſibi tam familiarem fecit, à quo ſciebat ſe morti tradendum pro ſalute noſtra. Sic enim ait; *Eligitur & Iudas, non per imprudentiam, ſed per providentiam. Quanta eſt veritas, quam nec adverſarius miniſter infirmat! Quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos judicium ſuum quàm affectum maluit! Suſceperat enim hominis fragilitatem, & ideo nec has partes recuſavit infirmitatis*

Lib. 5. in Luc.

Lib. 5. in Lucam.

humana. Voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo tradi, ut tu ſi à ſocio deſertus, ſi à ſocio proditus fueris, moderatè feras, tuum erraſſe judicium, periſſe beneficium. Nonne ego vos duodecim elegi, ait Dominus, *& unus ex vobis Diabolus eſt?* Primò, elegit Judam ad temporales aliquas utilitates; erat diſpenſator, procurabat neceſſaria. Suadet Bernardus Eugenio Pontifici, conſtituat diſpenſatorem domus ſuæ fidelem & prudentem. Si talis non ſit, potiùs fidelis eligatur; ſi nec talis, potiùs minùs fidelem ſuſtinere conſulo, quàm te immergere labyrintho huic. Memento Chriſtum, Iudam œconomum habuiſſe. Deinde Iudas baptizabat, prædicabat, ſanabat, ut Apoſtoli reliqui.

Ioan.6.

De conſider. ad Eugen. lib.4.

Dicit Auguſt. *Cùm audimus, nonne ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis Diabolus eſt; illos debemus intelligere electos per miſericordiam, illum per judicium: illos ergo elegit ad obtinendum regnũ ſuum, illum ad effundendum ſanguinem ſuum.* Præſcivit Iudæ malitiam, voluit ea benè uti, ad redemptionem videlicet generis humani. *Quãta nobis Deus præſtat de malis hominibus,* ait idem Aug. *nec tamen ſecundũ id quod de illis nobis præſtat, ſed ſecundùm malitiam eorum retribuet eis. Videte enim quanta nobis præſtitit de immaniſſimo ſcelere Iudæ traditoris? Iudas quippe tradidit ad paſſionem filium Dei, & per eam omnes gentes redemptæ ſunt ad ſalutem; nec tamen pro ſalute gentium merces reddita eſt Iudæ, ſed pro ejus malitia debitum ſupplicium ei retributum eſt.*

Ioan 6.

De cor. & grat. c.7.

In pſal. 93.

Sic de aliis malis & ſcandalis exſurgentibus ait in epiſt. ad Maximam, conſolans eam; *Hæc Deus exſurgere non permitteret, niſi ſanctis ejus etiam per ejuſmodi tẽtationes erudiri expediret. Comparant illi*

Epiſt. 131.

quidem

quidem ſibi ſua voluntate perverſa & præſentis meritum cæcitatis & futuri æterni ſupplicii, ſi per contumaciam indociles fuerint, ſeque cùm in hac vita ſunt, corrigere atque emendare neglexerint. Veruntamen ſicut ipſi malè utuntur bonis Dei, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos, qui eos per patientiam ſuam ad pœnitentiam vocat, cùm ſibi theſaurizant irã in die iræ. Sicut ergo ipſi benignitate & patientia, id eſt, bonis Dei, malè utuntur dum non corriguntur; ſic contrà Deus etiam malis eorum benè utitur, non ſolùm ad juſtitiam ſuam, qua his in fine digna retribuet, ſed etiam ad exercitationem & profectum ſanctorum ſuorum, ut ex ipſa etiam malorũ perverſitate boni proficiant, & probentur, & manifeſtentur, ſicut Apoſtolus ait; Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter vos. Nam ſi nullus etiam malorum uſus eſſet bonus Deo ad utilitatem electorum ſuorum (qui etiam de malo Iudæ tantum bonum nobis præſtitit, ut Chriſti ſanguine redimeremur) poterat eos aut naſci non permittere, quos malos futuros eſſe præſciebat, aut in ipſo eorum initio malignitatis extinguere. Sed tantum eos permittit eſſe, quantum novit expedire atque ſufficere admonendæ atque exercendæ ſanctæ domui ſuæ. Sic Aug. Nemo ergo putet gratis malos eſſe in hoc mundo. *Omnis enim malus aut ideo vivit ut corrigatur, aut ideo vivit ut per eum bonus exerceatur.* Habent ſuum uſum: ſic ſunt in mundo cum bonis, quomodo ignis & carbones in officina aurificis cum auro & argento, quæ per illa probantur & purgantur.

Matth. 5. Rom. 2. 1. Cor. 11. In pſalm. 54 36.

Cauſam reddit idem Aug. Cur etiam reprobi futuri à Deo creantur, & cur tam multi numero. *Si*, inquit, *hi ſoli crearentur ex Adam, qui eſſent per*

Epiſt. 157. Vide & epiſt. 106.

per gratiam recreandi, & præter illos qui in Dei filios adoptantur, nulli alii homines naſcerentur, lateret beneficium, quod donaretur indignis; quia nullis ex eadē
Rom. 9. *damnabili ſtirpe venientibus, debitum ſupplicium redderetur. Cùm verò attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem, non ſolùm oſtendit iram, & demonſtravit potentiam ſuam, redhibendo vindictam, & benè utendo non bonis, ſed etiam notas fecit divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ: ita enim quid præſtetur ſibi diſcit gratus juſtificatus, dum non ſuo merito, ſed gratia largiſſimæ Dei miſericordiæ diſcernitur à damnato, cum quo eadem juſtitia fuerat & ipſe damnandus. Tam multos autem creandos naſci voluit, quos ad ſuam gratiam non pertinere præſcivit, ut in multitudine incomparabili plures ſint illis, quos in ſui regni gloriam filios promiſſionis prædeſtinare dignatus eſt; ut etiam ipſa rejectorum multitudine oſtenderetur quàm nullius momenti ſit apud Deum juſtum quantalibet numeroſitas juſtiſſimè damnatorum. Atque hinc quoque intelligant qui ex ipſa damnatione redimuntur, hoc fuiſſe debitum maſſæ illi univerſæ, quod tam magnæ parti ejus redditum cernerent: non ſolùm in eis qui originali peccato multa addunt mala voluntatis arbitrio, verùm etiam in tam multis parvulis, qui tātummodo vinculo peccati originalis obſtricti, ſine gratia Mediatoris ex hac luce rapiūtur. Tota quippe iſta maſſa juſtæ damnationis reciperet debitū, niſi ex ea faceret non ſolùm juſtus, ſed etiam miſericors figulus alia vaſa in honorem ſecundùm gratiam, non ſecundùm debitum, dum & parvulis ſubvenit, quorum*
Lib. 11. cap. 18. *merita nulla dici poſſunt, & majores prævenit ut habere aliqua merita poſſint.* Hactenus Aug. qui & hoc ait de Civ. Dei; *Deus nullum angelorum vel hominū crearet,*

crearet, quem malum futurũ eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum uſibus commodaret, atque ita ordinem ſeculorum tanquam pulcherrimum carmen etiam ex quibuſdam quaſi antithetis honeſtaret.

MONITUM XCI.

Conſolatus eſt lugentes in Sion.

Eccleſ. 48.

DIcit hoc Sapiens de Iſaia Propheta Domini, & ſignificatur quod Filii Sion, id eſt, Eccleſiæ (in qua videtur Deus Deorum nunc per fidẽ, poſtea per ſpeciem,) habent ſuum luctum. Unde & Dominus in Evang. *Beati qui lugent*; habent & ſuam conſolationem, qua luctum levant. Cauſas lugendi habent varias, ex quibus una & præcipua eſt, lapſus multorum, vel à fide, ut Hæreticorum; vel à charitate ſeu juſtitia, ut malorum Catholicorum. Unde D. Aug. *Id*, inquit, *quod ait Apoſtolus*; *Quicunque volunt in Chriſto piè vivere, perſecutionem patientur, nullis putandum eſt deeſſe poſſe temporibus, quia & cùm ab eis qui foris ſunt, non ſævientibus videtur eſſe tranquillitas, & revera eſt, plurimumque conſolationis affert, maximè infirmis, non tamen deſũt, imò multi ſunt intus, qui corda piè viventiũ ſuis perditis moribus cruciant; quoniam per eos blaſphematur Chriſtianum & Catholicum nomen. Quod quantò charius eſt eis, qui volunt piè vivere in Chriſto, tantò magis dolent quod per malos intus poſitos fit, ut minus quàm piorum mentes deſiderant, diligatur. Ipſi quoque hæretici, cùm Chriſtianum cogitantur habere nomen,*

Pſal. 83.

Matth. 5.

Lib. 18 civit. c. 51.

2. Timoth. 2.

& Sacramenta Chriſtiana,& ſcripturas,& profeſſionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum, quia & multi volentes eſſe Chriſtiani, propter eorum diſſenſiones hæſitare coguntur. (Unde Pagani dicere ſoliti,ut idem Aug.refert; *Quare inter vos non conſentitis*.Ser.82.in Nov.) *& multi maledici in his inveniunt materiam blaſphemandi Chriſtianum nomen, quia & ipſi quoquo modo Chriſtiani appellantur.*

In 1.& 2. Apologia. Epiph.in hæreſi Gnoſtic. Sic Chriſtianis imponebatur quod humanis carnibus veſcerentur,& quod in myſteriis promiſcua Venere uterentur, ut aſſerit Juſtinus: quòd Gnoſtici hæretici habentes nomen Chriſtianum, iſta nefaria exercerent,ut author eſt Epiphan.Imponebatur iiſdem quod docerent Chriſtum liberatorem eſſe à peccatis, ut homines audacius & ſecurius peccarent; quòd iidem docerent revera, liberum eſſe quidvis agere,quantumvis turpe & impurum, ac hujuſmodi libertate cœlum acquiri, ut oſtendit idem Epiph.

His atque hujuſmodi pravis moribus & erroribus hominum perſecutionẽ patiuntur,qui volunt in Chriſto piè vivere, etiam nullo infeſtante, neque vexante

De civit. ibid. *corpus illorum*,inq.Aug.*Patiuntur quippe hanc perſecutionem non in corporibus,ſed in cordibus.Unde illa vox eſt;Secundùm multitudinem dolorum meorum in*

Pſalm.93. *corde meo.Non ait,in corpore meo.*Hunc dolorẽ ſæpe exprimunt Sancti,ut David; *Vidi prævaricantes,*

Pſal.118. *& tabeſcebam,quia eloquia tua non cuſtodierunt.* Et

Ibidem. iterum:*Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*De Loth Patriarcha dicit D.

2 Pet 2. Petrus,quod habitabat apud eos,*qui de die in diem animam juſtam iniquis operibus cruciabant.*Et Jerem.

Ierem.9. *Quis dabit capiti meo aquam,*inq. *& oculis meis fontem*

Digitized by Google

rem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Sic Paulus; *Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* id eſt, quis labitur alterius exemplo, verbo, conſilio, & ego non torqueor? D. Cypr. de lapſis; *In proſtratis fratribus, & me proſtravit affectus: ſævientes gladii per mea viſcera tranſierunt.* Quantùm hic luctus placeat Deo, ipſe oſtendit, quando dicit apud Ezech. *Signa in fronte eos, qui gemunt & mœrent ob iniquitates populi mei, quæ fiunt in medio eorum.* Hic ergo luctus eſt fidelium.

2. Cor. 11. Tract. de lapſ. Ezech. 9.

Sed non deſunt conſolationes: unde addit David, *Conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Primò, ex ipſo dolore cordis, qui prodeſt dolentibus, quia de charitate deſcendit, qua eos perire nolunt, nec impedire aliorum ſalutem. Deinde, quia dolor hic ſignum eſt profectus ſpiritualis, de quo gaudendum. *Tantum enim te torquet injuſtitia aliena, quantum recedis à tua,* inquit Auguſt.

Pſalm. 93. Epiſt 122. Sent. 121. apud Proſper.

Secundò ex bonis fratribus naſcitur conſolatio, quorum fide ac vita, profectu ac perſeverantia lætantur boni. *Etſi contriſtamur de aliquibus purgamentis, conſolamur tamen etiam de pluribus ornamentis,* inquit Auguſt. quæ nunquam deerunt. Utraque enim creſcent uſque ad meſſem, & zizania & triticum. *Quantum dolemus ex illis quos tempeſtas inimica proſtravit,* inquit D. Cyprianus, *tantum lætamur ex vobis, quos Diabolus ſuperare non potuit. Ego,* ait Auguſtinus Juliano hæretico, *ſi correctus fueris (quod obſecro) abundantiùs, cumulatiùſque gaudebo: ſi (quod abominor) in hac pravitate permanſeris, ex opprobriis tuis habebo fructuoſum, & pro me cœleſtis mercedis augmentum, & de te miſericordis doloris aculeum.*

Epiſt. 137. Matt. 13. Cypr. ep. 7. Lib. 1. in Iulian. c. 7. in fine.

Tertiò conſolatio eſt ex conſideratione ineffabilis mercedis quæ promittitur Eccleſiæ toleranti malos. *Magnus enim bonorum labor eſt, mores tolerare contrarios*, ſed ſpes mercedis conſolatur. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*, ait Chriſtus. Et ejus Apoſtolus: *Patientia vobis neceſſaria eſt, ut reportetis promiſſionem*. Fabricant mali ſupra dorſum bonorum, onera perſecutionum, opprobriorum, detractionum, contumeliarum, &c. quæ mali inferendo, augent damnationem; boni tolerando, augent ſalutem.

Serm. 121. Proſp. Lucæ 21. Hebr. 10. Pſal. 128.

Deinde conſolatio eſt ex conſideratione Divinorum promiſſorum, quæ immutabilia ſunt, & ejus quod ait Chriſtus Dominus, *Nemo rapiet oves meas de manu mea*. Defendit eas in medio luporum, & deficientibus bonis paſtoribus; *Ego*, inquit, *paſcam eas*. Item, ejus quod ait Apoſtolus: *Novit Dominus, qui ſunt ejus; quos enim præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ejus, ex eis perire nullus poteſt. Quis à te ſeparat quod diligis*, inq. Aug. Domino, *& ubi, niſi apud te, firma ſecuritas?* Unde & apud Paulum eſt iſta vox electorum, ait Aug. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Et, ſi Deus pro nobis, quis contra nos? Horum fides quæ per dilectionem operatur, profectò aut omninò non deficit, aut ſi qui ſunt, quorum deficit, reparatur antequàm vita iſta finiatur, & deleta, quæ intercurrerat iniquitate, uſque in finem perſeverantia deputatur.*

Ioan. 10. Ezech. 34. 2. Tim. 2. Rom. 8. Lib. 2. c. 6. Rom. 8. De cor. & grat. cap. 7.

Denique magnæ conſolationes fiunt, etiam de correctionibus malorum, quæ piorum animas tanta jucunditate perfundunt, quantis doloribus de ſua perditione cruciaverant. De qua jucunditate idem Aug. in Conf. *Et nos cùm magna jucunditate audimus*.

De civit. lib. 18. c. 51.

audimus, cùm audimus, quàm exultantis Paſtoris humeris reportetur ovis quæ erraverat, & drachma referatur in theſauros tuos, collætantibus vicinis mulieri, quæ invenit. Et lachrymas excutit gaudium ſolennitatis domus tuæ, cùm legitur in domo tua de minore filio, quoniam mortuus erat, & revixit; perierat, & inventus eſt. Gaudes quippe in nobis, & in angelis tuis ſancta charitate ſanctis. Nam tu ſemper idem es, qui ea quæ non ſemper, nec eodem modo ſunt, eodem modo ſemper noſti omnia. Lib. 8. c. 3. Lucæ 15. Ibidem.

Quàm gaviſi fuerint Chriſtiani de converſione Victorini, magni Rhetoris, refert Aug. in Conf. *Ubi*, inquit, *aſcendit ad locum eminentiorem, ut profiteretur fidem in conſpectu populi fidelis, omnes ſibimet invicem, quiſque ut eum noverat, inſtrepuerunt nomen ejus ſtrepitu congratulationis. Et ſonuit preſſo ſonitu per ora cunctorum collætantium, Victorinus, Victorinus. Citò ſonuerunt exultatione, quia videbant eum, & citò ſiluerunt intentione, ut audirent eum. Pronuntiavit ille fidem veracem præclara fiducia, & volebant eum omnes rapere intrò in cor ſuum, & rapiebant amando & gaudendo: hæ rapientium manus erant.* Et de ſua converſione, cùm ejus modum ad matrem referret: *Indicamus*, inquit, *gaudet; narramus quemadmodum geſtum ſit, exultat, & triumphat, & benedicit tibi, qui potens es ultra quàm petimus aut intelligimus facere, quia tantò amplius ſibi à te conceſſum de me videbat, quàm petere ſolebat miſerabilibus ejus flebilibuſque gemitibus.* Lib. 8. c. 2. Eodem lib. cap. 12. Epheſ. 3.

MONITUM XCII.

Mortificate concupiſcentiam malam.

Coloſſ. 3.

Lib. 4. cont. Iulia. c. 14.

PEr *quemlibet corporis ſenſum*, ait D. Auguſt. *notandum eſt, aliud eſſe ſentiendi vivacitatem, vel utilitatem, vel neceſſitatem; aliud ſentiendi libidinem. Vivacitas ſentiendi, eſt qua magis alius, alius minùs, in ipſis corporalibus rebus, pro earum modo atque natura, quod verum eſt, percipit, atque id à falſo magis minuſve diſcernit. Utilitas ſentiendi eſt, per quam corpori, vitæque quam gerimus, ad aliquid approbandum, vel improbandum; ſumendum, vel rejiciendum; appetendum, vitandúmve conſulimus. Neceſſitas ſentiendi eſt, quando ſenſibus noſtris, etiam quæ nolumus, ingeruntur. Libido autem ſentiendi eſt, quæ nos ad ſentiendum, ſive conſentientes mente, ſive repugnantes appetitu carnalis voluptatis impellit. Hæc eſt contraria ſapientiæ, dilectioni, hæc virtutibus inimica.* Hanc concupiſcentiam Joannes dixit, non eſſe à Patre, quæ concupiſcit adversùs ſpiritum: quam nemo poteſt bonam dicere, niſi cujus adversùs eam non amat concupiſcere ſpiritus. Si enim à Deo eſt, non adversùs eam concupiſcat ſpiritus (uti mandat Apoſtolus,) ne adversùs donum Dei concupiſcendo inveniatur ingratus; ſed quicquid appetiverit, detur tanquam illi, quæ ex parte eſt. Si autem non eſt, quod detur, hoc potiùs petatur à Patre, non ut auferatur, vel comprimatur; ſed ut ex-

1. Ioan. 2.

Galat. 5.

pleat

pleat concupiſcentiam, quam donavit, quod ſapere, deſipere eſt.

Hoc malo, quantùm attinet ad ejus partem, qua ſibi ſexus uterque miſcetur, benè utuntur nuptiæ, cùm conjuges procreant filios per illam, nihilque faciunt propter illam. Hinc Dominus in Evangelio non ait, *Qui viderit mulierem*; ſed, *qui viderit ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Ubi ſenſum videndi à libidine ſentiendi breviter aperteque diſcrevit. Illud Deus condidit inſtruendo corpus humanum, iſtud diabolus ſeminavit, perſuadendo peccatum.* Laudent ergo cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt, homines pij, & ex his omnibus Deum, conſideratione pulchritudinis, non ardore libidinis, ſicut auri decus aliter laudat religioſus, aliter avarus: iſte cum pietate venerandi creatorem, ille cum libidine poſſidendi creaturam. Movetur certè animus ad pietatis affectum Divino Cantico audito; tamen etiam illic, *ſi ſonum, non ſenſum libido audiendi deſideret, improbatur.* Quantò magis ſi cantiunculis inanibus vel etiam turpibus delectatur?

Matth. 5.

Vide Aug. lib. 10. confeſſ. c. 33.

Cæteri tres ſenſus corpulentiores, & quodammodò craſſiores ſunt, nec ſe foras projiciunt, ſed interius, quod ad eos pertinet, agunt. Odor ab olfaciente diſcernitur: ſapor à guſtante: tactus à tangente plurima. Non enim hoc eſt calidum & frigidum, quod lene & aſperum: aut iſta hoc ſunt, quod molle aut durum, & ab omnibus his diſtat, quod dicitur leve aut grave. In his omnibus quando moleſta vitantur, ut putores, amaritudines, æſtus, frigora, & quæque aſpera, dura & gravia, commoditatis eſt proviſio, non libido

August. eodem loco.

Digitized by Google

libido eſt voluptatis. Ea verò quæ his contraria commodè ſumimus, ſi nihil eorum intereſt ad ſalutem, vel ad declinandam doloris, laboriſve moleſtiam, etiamſi cum aliqua ſumantur delectatione, cùm præſto ſunt; tamen cum abſunt, nulla ſunt deſideranda libidine: ſi autem deſiderantur, non eſt bonum.

In quibuſlibet enim rebus talis domandus & ſanandus eſt appetitus. Quis enim quantuſcunque ſit carnalis concupiſcentiæ caſtigator, ſi locum intraverit thymiamate odoratum, poſſit efficere, ut ei non ſuaviter oleat, niſi nares claudat, aut intentione vehementi alienetur à ſenſibus corporis? ſed numquid, cùm inde fuerit egreſſus, id domi ſuæ, vel quocunque pergit, deſiderabit? Aut ſi deſideraverit, ſatiare debet iſtam libidinem, non frænare, & contra concupiſcentem carnem ſpiritu concupiſcere, donec ad illam redeat ſanitatem, qua nihil tale deſideret? Minimum hoc quidem, ſed *qui minima ſpernit*, quemadmodum ſcriptum eſt, *paulatim decidit.*

Ec leſ. 19.

Alimentorum ſuſtentaculis indigemus; ſi ſuavia non ſunt, quæ ore ſumuntur, nec ſumi poſſunt, & nauſeando ſæpe reſpuuntur, & pernitioſa cavenda ſunt faſtidia. *Non ſolùm ergo cibo, ſed & cibi ſapore indiget infirmitas corporis noſtri, non propter exſaturandam libidinem, ſed propter tuendam ſalutem.* Cùm ergo natura quodammodo poſcit ſupplementa quæ deſunt, non vocatur libido, ſed fames aut ſitis. Cum verò ſuppleta neceſſitate, amor edendi ſollicitat animum, jam libido eſt, jam malum eſt, cui cedendum non eſt, ſed reſiſtendum. Quæ duo, id eſt, famem & edendi amorem, etiam

Aug. contr. Iulia. ibid.

Poëta

Poëta diſcrevit, qui poſt maris jactationem ſociis Æneæ naufragis & peregrinis ſatis eſſe judicans tantùm ſumere alimentorum, quantum indigentia refectionis poſtularet, ait: Æneid. 1.

Poſtquam exempta fames epulis, menſæque remotæ. Æneid. 8.

Cùm verò Æneas ipſe ab Evandro Rege ſuſceptus eſt hoſpes, decentiùs arbitratus, ampliores exhibere epulas regias, quàm neceſſitas poſceret, non ſatis fuit, ut diceret, *Poſtquam exempta fames*; ſed addidit, *Et amor compreſſus edendi.* Quantò magis noſſe ac diſcernere debemus, quid neceſſitas refectionis, quid libido edacitatis expoſcat; quorum negotium eſt contra concupiſcentem carnem ſpiritu concupiſcere, & condelectari legi Dei, ſecundùm interiorem hominem, ejuſque delectationis ſerenitatem, nullis libidinoſis delectationibus nubilare! Nam iſte amor edendi, non edendo, ſed continendo eſt comprimendus. Vide Aug. lib. 10. conf. cap. 31. Galat. 5. Rom. 7.

Quis autem mente ſobrius non mallet, ſi fieri poſſet, ſine ulla mordaci voluptate carnali, vel arida ſumere alimenta vel humida, ſicut ſumimus hæc aëria, quæ de circumfuſis auris reſpirando ſorbemus, & fundimus? Quis etiam amator boni ſpiritalis, etiam ſola cauſa ſobolis conjugatus, non mallet vel ſine iſta voluptate carnali, ſi poſſit, vel ſine tã magna vi ejus, filios procreare? Gentilis ipſe Cicero; *Quis*, inquit, *bona mente præditus, non mallet nullam omnino nobis à natura voluptatem datam? Cujus motus ut quiſque eſt maximus, ita eſt inimiciſſimus Philoſophiæ. Congruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis non poteſt. Quas & Plato verè & graviter dixit eſſe illecebras & eſcas malorum.* An ergo expetendæ? In Hortenſio.

Voluptas

Voluptas quidem alimentorum tolerabilis eſt, quia vis ejus tanta non eſt, ut nos à cogitationibus ad ſapientiam pertinentibus, ſi in eis ſumus mentis delectatione ſuſpenſi, abrumpat & dejiciat. Nam de magnis rebus ſæpe inter epulas non ſolùm cogitamus, verumetiam diſputamus, atque inter ipſos ciborum morſus, & potionum gluctus, nihil remiſſiùs audiendo dicendoque colloquimur, & quod noſſe vel recolere volumus, intentiſſimè omninò, ſi nobis legatur, accipimus.

In libidine autem Venerea, etiam quando ad eam bona intentione, id eſt cauſa propagandæ ſobolis acceditur, tamen in ipſo opere ſuo, quem permittit aliquid, non dico ſapientiæ, ſed cujuſlibet rei aliud cogitare? Nónne illi totus animus & corpus impenditur, & ipſius mentis quadam ſubmerſione illud extremum ejus impletur? *Et quis eſt tantus gurges, qui dies & noctes ſine ulla minimi temporis intermiſſione, velit ita moveri ſuos ſenſus, ut moventur in ſummis iſtis voluptatibus? quando nec animo attendere, inire rationem, nec cogitare omninò quicquam poteſt?*

Aug. cont. Iulia. eod. loco.

Hæc carnalis concupiſcentia, aut in paradiſo nulla erat (in quo felicitatis loco nec caro concupiſcebat adversùs ſpiritum, nec contrà; qua conflictatione interna pax fugatur;) ſed ille fuit modus vivendi, ut omnia neceſſaria congruis membrorum officiis ſine ullius motu libidinis implerentur. Non enim quia terra, non libidine, ſed voluntate motis agricolarum manibus ſeminatur, ideo ſuos pariendos non concipit fœtus. Aut ita credatur ibi carnalium ſenſuum fuiſſe libidinem, ut ommimodò rationali ſubdita voluntati, non alias adeſſet, niſi cùm per illam, vel

ſaluti

ſaluti eſſet corporis, vel ſtirpis propagini eſſet conſulendum: & tanta adeſſet, ut nulla ex parte mentem de ſupernarum cogitationum delectatione deponeret, nullus ſupervacuus, ſive importunus motus eſſet ex illa; nihil niſi quod prodeſſet, fieret per illam, nihil omninò fieret propter illam. Nunc verò, quàm ſe aliter habeat, qui dimicant adversùs eam, hi maximè ſentiunt. Ingerit ſe videntibus vel audientibus aliquid, quamvis propter aliud videant vel audiant, ut etiamſi tangendi non inde percipit voluptatem, ſaltem voluptariam cogitationem inter neceſſaria, quæ ad eam non pertinent, motu obrepente furetur.

In his porrò cogitationibus, etiam quando nihil illecebroſum adjacet oculis, aut inſonat auribus, quæ non conatur etiam obſoleta atque ſopita recordationibus inquietis cum turpi delectatione refricare, & caſtis ſanctiſque intentionibus tumultu quodam ſordidæ interpellationis obſtrepere? *Iam verò cùm ad uſum ventum fuerit neceſſaria voluptatis, per quam reficimus corpus, quis verbis explicet, quemadmodum nos modum neceſſitatis ſentire non ſinat, & ipſum limitem procurandæ ſalutis, ſi qua adſunt delectabilia, rapiendo abſcondat & tranſeat? putantibus nobis ſatis non eſſe, quod ſatis eſt, dum libenter ejus provocationibus ducimur, exiſtimantes nos adhuc agere negotium valetudinis, cùm agamus potiùs cruditatis. Ita neſcit cupiditas, ubi finiatur neceſſitas.* Hæc D. Auguſt. Aug. ibid. & lib. 10. conf. c. 31.

MONI

MONITUM XCIII.

Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.

Ioan. 12.

CHriſtus grano tritici ſe comparat, non paleæ; quòd hæc cibus ſit beſtiarum, illud verò hominum. Peccatores omnes beſtiis ſimiles, non niſi paleas comedunt vanitatum & peccatorum; luxurioſus paleas brevis ac turpis voluptatis; ſuperbus, vanæ ac volaticæ gloriæ; avarus, vilis ac temporalis lucri. *Amplexaris peccata tua, ſtipulas ad te congeris*, inquit Auguſt. *venit ignis.* Et alius Sapiens; *Quid aliud ille ignis devorabit, niſi peccata tua? quantò magis tibi nunc parcis, & carnem ſequeris, tantò duriùs poſtea pœnas lues, & majorem comburendi materiam reſervas.* Hominum autem, maximè bonorum, qui quòd rectam rationem, ex qua homo cenſetur, in omnibus ducem ſequantur, cibus eſt triticum, ipſe Chriſtus.

In pſal. 49. Tho. Kép. lib. 1. cap. penult.

Triticum inter reliqua frumenti genera excellit, ut aurum inter metalla: deinde magis nutrit, reficit, confortat: ac in ſubſtantia purius, mundius ac ſuavius eſt. Chriſtus igitur ſpecioſus forma præ filiis hominum, eorum cibus eſt. *Incarnatio ejus, doctrina cæleſtis, vita ac in carne converſatio nutrit animum*, inquit Baſil. *Ego*, ait ipſemet, *ſum panis vivus*, non ſolùm ſanum confortans, ſed & ægrum ſanans ac purgans. Qui & ſub ſpecie panis triticei

Pſalm. 44. Epiſt. 141. Ioan. 6.

triticei ſeipſum nobis in Sacramento reliquit in cibum & remedium animarum noſtrarum. De quo etiam antè Zacharias; Quod ſit *frumentum electorum verè bonum*, quo illi libenter veſcuntur: id enim eos tanquam ſpiritale viaticum in hoc deſerto verſantes, & ad terram promiſſam tendentes, delectat, conſolatur, confortat. Zachar. 9.

Hoc ergo *granum, niſi cadens in terram, mortuum fuerit*, &c. Loquitur Chriſtus de ſua paſſione ac morte, ejuſque fructu. Solus erat filius Dei, & ſolus manſiſſet, niſi in terram cecidiſſet: moriens multiplicavit eos in infinitum, tum ex Judæis, tum ex gentibus. Dictum eſt Abrahæ: *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quod ſemen Apoſtolus Chriſtum intelligit*. Et ipſe Chriſtus; *cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum: hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus*, ait Evangeliſta. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus*. Nemo hanc poteſtatem ex ſe habet, ſed ab illo accipit: facit enim filios Dei fides per charitatem operans, quæ maximum Dei donum eſt. Galat. 3. Ioan. 12. Ioan. 1.

Sed nonne ante adventum Chriſti multi erant filii Dei? Ita. Sed omnes erant fructus hujus grani morituri. Sicut enim nos ſanamur & ſalvamur fide, qua eum veniſſe in carne, mortuum, ac reſurrexiſſe credimus pro ſalute mundi: ita illi eadem fide ſani ac ſalvi facti ſunt, qua eum in carne venturum, moriturum, reſurrecturum pro ſalute hominum credebant, uti Auguſtinus ait variis locis. Ita dicitur *Agnus occiſus ab origine mundi*. Semper enim in oculis Dei mors Chriſti præſens fuit, ejuſque intuitu ab exordio mundi De nat. & grat. c. 44. Lib. 10. conf. c. 43. Apoc. 13.

 juſtos

Digitized by Google

Sap.9. juſtos fecit, quos voluit. *Per ſapientiam*, id eſt, Chriſtum incarnatum, *ſanati ſunt, quicunque tibi placuerunt ab initio, Domine*, ait Sap. *Ab exordio mundi*, inquit Aug. *quicunque in eum crediderunt, eumque utcunque intellexerunt, & ſecundùm ejus præcepta piè & juſtè vixerunt, quandolibet & ubilibet fuerint, per eum proculdubio ſalui facti ſunt*. Et D.Leo; *A conſtitutione mundi, unam eandemque omnibus cauſam ſalutis inſtituit. Gratia autem Dei, qua ſemper eſt juſtificata univerſitas ſanctorum, aucta eſt Chriſto naſcente, non cœpta. Verbi incarnatio hæc contulit facienda, quæ facta, & Sacramentum ſalutis humanæ in nulla unquam antiquitate ceſſavit.*

Epiſt.54. q.2.

Ser.3.de Nat.

Eſt in epiſt. Pelagii ad Demetr.

Eſt error Pelagianorum, alios per naturæ legem, alios per legem Moyſi, tandem alios per Chriſtum, juſtitiam & ſalutem conſecutos. *Sed hæc diſputantes, juſtos excludere conantur antiquos à gratia Mediatoris*, inquit Aug. *tanquam illorum non fuiſſet Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, quia nondum ex utero Virginis carne ſuſcepta homo nondum fuit, quando illi juſti fuerunt. Quod ſi ita eſſet, nequaquam Apoſtolus diceret; Per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes vivificabuntur. Non eſt in alio aliquo ſalus*, ait Petrus, quàm, videlicet, in Ieſu à Judæis crucifixo. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Quod ex illo tempore valet ad ſaluandum genus humanum*, ait D.Auguſtinus, *ex quo in Adam vitiatum eſt genus humanum.*

Lib.2.de pec.Orig. cap.26.& ſeq.

1.Cor.15.

Actor.4.

Epiſt.157.

Per triticum etiam electi ſignificantur. Triticum enim valdè exagitatur & conteritur, antequam

quam mundus panis efficiatur: quid non patitur in area, mola, fornace? Sic electi omninò mundi panes erunt in reſurrectione, ſed priùs agitari & conteri debent. Deinde granum, flante vento, firmum ac ſtabile eſt; ſic electi tempore tentationis. Dicebat S. Ignatius, *Frumentum Dei ſum, dentibus beſtiarum molar, ut panis mundus inveniar*. Et S. Agatha, ad Judicem pœnas & mortem intentantem; *Non, inq. conditur frumentum in horreum, niſi nudatum palea*. Et Chriſtus ad Apoſtol. *Expetivit vos Sathanas, ut cribraret ſicut triticum*. De hoc ergo grano frumenti etiam verum eſt, quod hic dicitur, quod mortuum, multum fructum adfert. Et quidem in Martyribus frequenter accidit, ut fortiter prò Chriſtò morientes, ſua conſtantia & patientia plurimos Jeſu Chriſto filios parerent. In epiſt. ad Rom. In vita. Luc. 22.

Narrat Euſebius, quod conſideratione patientiæ Jacobi Apoſtoli, etiam tortor ejus converſus ſit, ac Martyrium ſubierit. Sic & tortor Albani Martyris. Juſtinus etiam Martyr, converſus, videns Chriſtianos impavidos ad mortem ſuſcipiendam, & ad omne ſupplicium tolerandum. Sic Adrianus, & alii infiniti. In paſſione S. Laurentij Romanus miles, aliique innumeri converſi dicuntur. In hiſtoria S. Cæciliæ, pluſquàm quadringenti ad Chriſtum converſi, dicunt; Credimus Chriſtum verum eſſe Deum qui talem poſſidet famulam. Lib. 2. hiſt. cap. 9. Beda lib. 1. Hiſt. Anglic. cap. 7. Lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 8.

Sic S. Ermigildo filio Regis Vviſigothorum à Patre interfecto, tota illa gens ad veram fidem perducta eſt. *Quod*, inquit Greg. *nequaquam factum fuiſſet, ſi Ermigildus Rex pro veritate mortuus non fuiſſet. Nam ſicut ſcriptum eſt, niſi granũ frumenti ca-* Lib. 3. Dial. c. 31. Ioan. 12.

dens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Hoc fieri videmus in membris, quod factum ſcimus in capite. In Vviſigothorum etenim gente unus mortuus eſt, ut multi viverent, & dum unum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum ſeges multa ſurrexit. Ita Greg. Unde Tertull. ad Scapulam; *Non tamen deficiet hæc ſecta* (Chriſtianorum,) *quam tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. Quiſque enim tantam tolerantiam ſpectans, ut aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquirere accenditur, quid ſit in cauſa, & ubi cognoverit veritatem, ipſe ſtatim ſequitur.* Et rurſum; *Sanguis Martyrum, ſemen eſt Chriſtianorum, plures efficimur, quoties metimur à vobis.*

Tert. ad Scap.

In Apologet.

Cujus rei adumbratio quædam in populo videtur Iſraëlitico præceſſiſſe, quem in Ægypto peregrinantem, quantò magis affligebant atque opprimebant Ægyptii, tanto auctior indies numeroſiorque reddebatur. Aug. quoque; *Sparſus eſt ſanguis juſtus,* inquit, *& illo ſanguine tanquam ſeminatione facta per totum mundum, ſeges ſurrexit Eccleſia. Sicut palma rigata magis creſcunt,* ait Chryſ. *ita & fides noſtra oppugnata magis floret, & ſeditione agitata, incrementa majora ſumit. Neque horti aquis irrigati, ita germinant, & fœcundi ſunt, ut Eccleſia, ſi Martyrum irrigetur ſanguine.* Et quia videbat Julianus Apoſtata, videlicet res noſtras Martyrum morte fieri clariores, nolebat apertè bellum movere. Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quaſi ad alvearium apes volabunt, invidens eis gloriam martyrii, ut ibidem Chryſoſt.

In Pſal. 33.

In ſerm. de S. Iuventino, & Maximo.

Pulchrè ergo D. Leo; *Eccleſia,* inq. *non minuitur perſecutionibus, ſed augetur: & ſemper Dominicus ager*

Ser. 1. de Petro & Paulo.

ſegete

Digitized by Google

ſegete ditiori veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur. Per vincula enim ac ſupplicia, ait S. Proſp. *mortéſque ſanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, pérque univerſum mundum, Dominici agri ſegetis multiplicabatur ubertas. Tanta enim deſuper præbebatur conſtantia fidei, fiducia ſpei, fortitudo tolerantiæ, ut ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus S. accenderat, nullo modo ab opprimentibus poſſet extingui: cùm & qui cruciabantur, vehementius inardeſcerent, & qui ſæviebant, eandem quam perſequebantur, flammam ſæpè conciperent*, Ita D. Proſp. Lib. 2. de voc. gent, cap. 15.

MONITUM XCIV.

Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Ioan. 12.

UT quis verus Chriſti miniſter ſit ac dicatur, neceſſe eſt ut illum imitetur. Quod præ reliquis Chriſtianis fecerunt ſancti Martyres. Amaverant Chriſtum in vita ſua, imitati ſunt eum in morte ſua. Ad menſam enim potentis prudenter acceſſerant, ait S. Aug. De qua Sapiens; *Si ſederis cœnare ad menſam potentis, cognoſcens intellige quæ apponuntur tibi, & ſic extende manum tuam, ſciens quoniam ſimilia te oportet præparare.* Cujus cœnæ myſterium Joannes Apoſtolus evidenter expoſuit, dicens; *Sicut Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Intellexerunt hoc Martyres, ac fecerunt; & prorſus qualia ſumpſerunt in illa menſa, talia paraverũt. Et nos ergo ſi veraciter Chriſtum amemus, imitemur. Nõ Serm. 1 de S. Laurent Eccleſ. 31 1. Ioan. 3

Digitized by Google

enim meliorem reddere poterimus dilectionis fructum, quàm imitationis exemplum. *Chriſtus enim*
1. Petr. 2. *pro nobis paſſus eſt*, ait Petrus, *nobis relinquens exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus. Ac in hac ſententia*
Eodem ſer. *videtur eſſe S. Petrus*, ait Aug. *quod tantùm paſſus ſit pro iis qui ſequuntur veſtigia ejus*. Unde & D. Pau-
Hebr. 5. lus: *Factus eſt*, inquit, *omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis*. Contra hæreticos, qui dicunt, Chriſtus ſoluit omnia, nihil à nobis exigitur.

Secuti ſunt eum Martyres ſancti, uſque ad effuſionem ſanguinis, uſque ad ſimilitudiné paſſionis, ſed non ſoli. Non enim poſtquam illi tranſierunt, fons inciſus eſt; aut poſtquam ipſi biberunt, fons ipſe ſiccatus eſt. *Quæ eſt enim ſpes fidelium*, inq. S. Aug. *qui ſub fœdere conjugali jugum matrimonii castè*
Ibidem. *& concorditer ducunt; vel ſub continentia viduali, domant illecebras carnis, vel etiam ſanctitatis apicem*
Apoc. 14. *celſiùs erigentes, & in nova virginitate florentes, ſequuntur agnum quocunque ierit? Quæ eſt iſtis, inquam, quæ nobis omnibus ſpes eſt, ſi non ſequuntur Chriſtum, niſi qui pro ipſo ſanguinem fundunt?* Perditura eſt ergo filios ſuos, quos tantò fœcundiùs, quantò ſecuriùs tempore pacis enixa eſt Mater Eccleſia? Quos ne perdat, oranda eſt perſecutio, oranda tentatio?
Matth. 6. Abſit, fratres. Quomodo enim orare poteſt perſecutionem, quæ quotidie clamat, ne nos inferas in tentationem? *Habet hortus ille Dominicus*, ait idem
Eodé ſerm. Aug. *non ſolùm roſas Martyrum, ſed & lilia Virginum, & Conjugatorum hederas, violaſque Viduarum. Prorſus nullum genus hominum de ſua vocatione de-*
1. Tim. 2. *ſperet. Pro omnibus paſſus eſt Chriſtus: veraciter de illo ſcriptum eſt; Qui vult omnes ſalvos fieri.*

Intellige ergo, quomodo præter effuſionem ſanguinis

ſanguinis debeas ſequi Chriſtũ Chriſtianus. *Chriſtus, cùm in forma Dei eſſet, exinanivit ſemetipſum:* vide ejus humilitatem, illam imitare. *Factus eſt obediens uſque ad mortem*; vide obedientiam, illam imitare. Paſſus vincula, ſputa, alapas, flagella, irriſiones, &c. vide patientiam, illam imitare. *Peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus*; vide innocentiam, illam imitare: *Propter nos egenus factus eſt, non habens, ubi caput ſuum reclinaret*; vide ejus paupertatem, illam imitare: Oravit pro ſe crucifigentibus; vide charitatem, illam imitare. Deinde peracta mortalitate, aſcendit in cœlum; ſequamur eum: Quæ ſurſum ſunt quæramus, & ſapiamus: Delectabile mundi reſpuatur, ejus aſperum contemnatur. Ait D. Cyprianus. *In perſecutione militia, in pace conſcientia coronatur.* Et, *Qui coronam in perſecutione purpuream pro paſſione donavit; ipſe in pace viventibus, pro juſtitia meritis dabit candidam.* Dicitur Eccleſia; *Byſſus & purpura indumentum ejus. Byſſus, quia candida confeſſione; purpurea, quia glorioſa paſſione,* inquit Auguſtinus. *Non ſolùm effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed devota quoque mentis immaculata ſervitus, quotidianum martyrium eſt,* ait Hieronymus. *Illa corona de roſis & violis plectitur; iſta de liliis: Unde in Canticis ſcribitur; Fratruelis meus candidus & rubicundus: & in pace, & in bello eadem præmia vincentibus.*

Philip. 2. 1. Pet. 2. 2. Cor. 8. Matth. 8. De exhort. Mart. in fin. In tract. de oper. & eleemoſ. Prov. 31. Aug. ſer. 2. de omnib. Sanct. Ser. 30. in Nov. In Epitaph. Paulæ.

Duo autem ſunt, inquit D. Bernard. quæ maximè nos ad Chriſtum imitandum, eique ſerviendum movere debent. Primum, quia nihil juſtius. Secundum, quia nihil fructuoſius. Nihil juſtius; obligati enim ſumus ei. Primò, ratione condi-

tionis, qua homo à Deo accepit animam, variis potentiis, corpus variis membris ac ſenſibus egregiè inſtructum & adornatum: ſecundum quæ ab illo etiam gubernatur, & conſervatur: *In ipſo*, inquit

Actor 17. Apoſt. *vivimus, movemur, & ſumus. Valdè mihi amãdus eſt*, ait Bern. *per quem ſum, vivo, & ſapio.* Quorum

Ser. 20. in Cant. primum, homo cum inſenſatis, alterum cum beſtiis & plantis, tertium cum Angelis habet com-

Bern. ibid. mune. *Dignus planè eſt morte, qui tibi, ô Ieſu, recuſat vivere. Quid enim unquam tam ſuperbum, tam ingra-*

Epiſt. ad Celant. *tum videri poteſt, quàm adversùs ejus vivere voluntatem, à quo ipſum vivere acceperis?* inquit Hier. *Cùm omnia à Deo perfecta atque aucta retineamus, condignum eſt, ut ei ſe totum reddant, cui debere ſe re-*

Matth. 22. Hilar. in illud Matthæi. *colunt, & originem, & profectum*, ait Hilar. *Reddite quæ ſunt Dei, Deo: Totum exigit, qui totum fecit & dedit*, inquit Auguſt.

Deinde ei obligati ſumus, ratione redemptionis, à perditione; quod multò majus beneficium: quid enim prodeſſet creari, ſi pereundum eſt? attende

Pſal. 8. Pſal. 143. Aug. in illum pſal. pretium; quod eſt, ſanguis filii Dei. Quod obſtupeſcit Propheta, dicens: *Quid eſt homo, quod memor es ejus: aut filius hominis, quia reputas eum?* ut videlicet filii tui unici ſanguinem pro eo des, ait

Rom. 14. Aug. *In hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit*, inquit Apoſt. *ut vivorum & mortuorum dominetur.* Ad hoc quidem obligati eramus ratione conditionis; ut

Iob 10. ampliùs obligaret, etiam mori pro nobis voluit.

Cont. Iulian. lib. 5. cap. 9. De utroque beneficio gratias agens Deo Job, ait: *Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi. Parum enim erat*, inq. Aug. *vita, quam naſcendo ſortitus eſt: ideo*

Ephes. 2. Rom 9. 1. Cor. 6. 2. Cor. 7. *addidit, & miſericordiam, ne remaneret naturaliter filius iræ, ſicut cæteri, atque inter vaſa iræ, non miſeri-*

cordia

Digitized by Google

cordiæ fieret. Hâc rationem ſæpè urget Paulus: *Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno*. Et, *Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum. Super omnia te mihi amabilem reddit, Domine Ieſu, calix paſſionis quem bibiſti*, inq. Bern. *opus redemptionis noſtræ. Hoc omninò amorem noſtrum facilè totum ſibi vendicat. Hoc, inquam, eſt quod noſtram devotionem & blandiùs allicit, & juſtiùs exigit, & arctiùs ſtringit, & afficit vehementiùs*. Et alibi. *Si totum me debeo pro me facto, quid addam pro me refecto? nec enim tam facilè refectus, quàm factus. Semel dicendo fecit me, ſed multa dicendo, mira gerendo, dura, imò indigna perferendo, refecit me. In primo opere me mihi dedit, in ſecundo ſe, & ubi ſe dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus, me pro me debeo. Quid Deo retribuam pro ſe? nam etiamſi me millies rependere poſſem, quid ſum ego ad Dominum.* In cant. ſerm. 20. In lib. de dilig. Deo.

Alterum quod incitare debet ad ſerviendum Deo, eſt, quod nihil fructuoſius: propter duplicem mercedem, quam inde reportat. Prior eſt, conſcientiæ pax & tranquillitas, quam etiam in hac vita percipit, præguſtus quidam patriæ cœleſtis, omnẽ hujus vitæ voluptatem, quàm vani homines ſectantur excedens. *Quam juſtitiæ ſuavitatem, ac internum eius gaudium, cum corporalibus omnibus laboribus & moleſtiis, quas genus humanum pro conditione ſuæ mortalitatis patitur, cum omnibus etiam quæ propter ipſam juſtitiam, in eos qui juſtè vivunt, injurioſiſſimè cogitantur, ita quidam compenſarunt, ut ſequeſtrata etiam ſpe vitæ futuræ, jucundiùs & lætiùs præ amore veritatis torquerentur, quàm luxurioſi præ cupiditate ebrietatis epularẽtur*, inq. S. Aug. Si eſt gaudium in mundo; hoc utique poſſidet puri cordis homo. Lib. 83. q. 2. Thom. Kẽp. lib. 2.

homo. Et ſi eſt alicubi tribulatio & anguſtia, hoc meliùs novit mala conſcientia. *Filii per domos convivium faciunt*, ait Greg. *dum virtutes ſingula juxta modum proprium mentem paſcunt.* Econtra, curre per ſingula, tot invenies animæ tormenta, quot vitia.

Lib. 1. Mor. c. 32.

Altera merces eſt, æterna beatitudo, quæ in Dei viſione conſiſtit, qui ſolus bonum eſt naturæ rationalis. De quo Auguſt. *Tale bonum eſt Deus, ut nemini eum deſerenti bene ſit, & in rebus à Deo factis, tam magnum bonum eſt natura rationalis, ut nullum ſit bonum, quo beata ſit, niſi Deus. Tam dulcis autem eſt facies Domini quam videbunt ſancti, tam pulchra, ut vincat omnes concupiſcentias, ut illa viſa nihil aliud poſſit delectare*, inquit idem Auguſt. Hæc enim viſio planè ſatiat hominem, dum nihil eſt uſquam deſiderabile, quod in Deo non habeat, dum eum videt, juxta illud Prophetæ, *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

De natura boni, c. 7.

Serm. 13. in Nov.

Pſal. 16.

MONITUM XCV.

Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, de juſtitia, & de judicio.

Joan. 16.

MUndus hic, homines ipſi ſunt, qui relicto Deo, mundum & quæ in eo ſunt diligunt, & ſectantur. *Me odit mundus*, ait Chriſtus. Et ad Apoſtolos; *Si mundus vos odit*, &c. Unde diabolus dicitur *Princeps mundi*, quia tales ipſe poſſidet, regit. In quo

Joan. 7. Joan. 15. Joan. 14.

Digitized by Google

quo mundo ſunt omnium generum ſcelera, infidelitas, hæreſis, blaſphemia, luxuria, ambitio, &c. Tāta eſt autem, tamque efficax gratia & virtus Spiritus Sancti, quam ſuorum cordibus infundit, ut non ſolùm ea adjuti, mundum non diligant obſequentem, nec timeant terrentem, ſed & reſiſtentem arguant. Sic Elias, impio Regi Achab; *Tu es qui conturbas Iſraël, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.* Et Zacharias filius Joiadæ, ad Joaz regem, & populum: *Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum, ut derelinqueret vos?* 3. Reg. 18. 2. Paral. 24.

Sic & minimus Machabæorum Tyranno; *Non obedio præcepto regis, ſed legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu verò ſceleſtiſſime, non effugies manū Dei, ſed juſtas ſuperbiæ pœnas exſolves.* Et Petrus ad Judæos, *Petiiſtis homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfeciſtis.* Joannes Baptiſta, regi adultero: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Et Stephan. *Dura cervice & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper reſiſtitis Spiritui ſancto.* Similiter & teneræ Virgines Spiritu S. plenæ: ut Agatha Quintiano præſidi, *Crudelis Tyranne, non pudet te amputare in fœmina, quod in matre ſuxiſti?* Et Catharina cum Maximini juſſu, multos propter Chriſtianæ religionis profeſſionem variis tormentis cruciatos, ad ſupplicium rapi videret; non dubitanter ipſum adiit Maximinum, eique nefariam immanitatem objiciens, ſapientiſſimis rationibus Chriſti fidem ad ſalutem neceſſariam eſſe affirmavit. 2. Mach. 7. Act. 3. & 4. Marc. 6. Actor. 7. In vita. In vita.

Arguendus eſt autem mundus, primò, de peccato, videlicet infidelitatis, quia non credunt in Chriſtum:

homo. Et ſi eſt alicubi tribulatio & anguſtia, hoc meliùs novit mala conſcientia. *Filii per domos convivium faciunt*, ait Greg. *dum virtutes ſingulæ juxta modum proprium mentem paſcunt.* Econtra, curre per ſingula, tot invenies animæ tormenta, quot vitia.

Lib. 1. Mor. c. 32.

Altera merces eſt, æterna beatitudo, quæ in Dei viſione conſiſtit, qui ſolus bonum eſt naturæ rationalis. De quo Auguſt. *Tale bonum eſt Deus, ut nemini eum deſerenti bene ſit, & in rebus à Deo factis, tam magnum bonum eſt natura rationalis, ut nullum ſit bonum, quo beata ſit, niſi Deus. Tam dulcis autem eſt facies Domini quam videbunt ſancti, tam pulchra, ut vincat omnes concupiſcentias, ut illa viſa nihil aliud poſſit delectare*, inquit idem Auguſt. Hæc enim viſio planè ſatiat hominem, dum nihil eſt uſquam deſiderabile, quod in Deo non habeat, dum eum videt, juxta illud Prophetæ, *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

De natura boni, c. 7.

Serm. 13. in Nov.

Pſal. 16.

MONITUM XCV.

Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, de juſtitia, & de judicio.

Ioan. 16.

MUndus hic, homines ipſi ſunt, qui relicto Deo, mundum & quæ in eo ſunt diligunt, & ſectantur. *Me odit mundus*, ait Chriſtus. Et ad Apoſtolos; *Si mundus vos odit*, &c. Unde diabolus dicitur *Princeps mundi*, quia tales ipſe poſſidet, regit. In quo

Ioan. 7. Ioan. 15. Ioan. 14.

Digitized by Google

quo mundo ſunt omnium generum ſcelera, infidelitas, hæreſis, blaſphemia, luxuria, ambitio, &c. Tāta eſt autem, tamque efficax gratia & virtus Spiritus Sancti, quam ſuorum cordibus infundit, ut non ſolùm ea adjuti, mundum non diligant obſequentem, nec timeant terrentem, ſed & reſiſtentem arguant. Sic Elias, impio Regi Achab; *Tu es qui conturbas Iſraël, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim.* Et Zacharias filius Joiadæ, ad Joaz regem, & populum: *Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum, ut derelinqueret vos?* 3.Reg.18. 2.Paral.24.

Sic & minimus Machabæorum Tyranno; *Non obedio præcepto regis, ſed legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu verò ſceleſtiſſime, non effugies manū Dei, ſed juſtas ſuperbiæ pœnas exſolves.* Et Petrus ad Judæos, *Petiiſtis homicidam donari vobis, authorem verò vitæ interfeciſtis.* Joannes Baptiſta, regi adultero: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Et Stephan. *Dura cervice & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper reſiſtitis Spiritui ſancto.* Similiter & teneræ Virgines Spiritu S. plenæ: ut Agatha Quintiano præſidi, *Crudelis Tyranne, non pudet te amputare in fœmina, quod in matre ſuxiſti?* Et Catharina cum Maximini juſſu, multos propter Chriſtianæ religionis profeſſionem variis tormentis cruciatos, ad ſupplicium rapi videret; non dubitanter ipſum adiit Maximinum, eique nefariam immanitatem objiciens, ſapientiſſimis rationibus Chriſti fidem ad ſalutem neceſſariam eſſe affirmavit. 2.Mach.7. Act.3.& 4. Marc.6. Actor.7. In vita. In vita.

Arguendus eſt autem mundus, primò, de peccato, videlicet infidelitatis, quia non credunt in Chriſtum:

Threnor. 1. Chriſtum: quod per antonomaſiam Peccatum
Ioan. 15. vocatur. Duplices autem poſſumus diſtinguere infideles. Alii reverà non credunt, ut Pagani, Judæi, Turcæ, Hæretici. Hi omnes arguendi; quòd non credant, veritate Evangelii toto mundo coruſcante. Primò, multitudine miraculorum, ab initio Eccleſiæ uſque nunc; quæ omnia edita ad fidei Chriſtianæ & Catholicæ confirmationem. Deinde, ſequentium credentiumque multitudine.
Serm. 2. in Vig. Nat. *Fidem mihi credibilem facit credentium multitudo,* inquit Bernard. Et, *Tenet me in Eccleſiâ,* ait Auguſt.
Cont. epiſt. Fundam. cap. 2. *conſenſio populorum & gentium.* Tertiò, prædictionibus & promiſſionibus Prophetarum, de Chriſto, Eccleſia, hæreticis, perſecutionibus, cæteriſque ſimilibus, quibus omnibus reſpondit eventus.

Sunt alii infideles, mali Chriſtiani, qui ſic ſe
Tit. 1. gerunt, quaſi non crederent: *Confitentur ſe noſſe Deum, factis negant:* non habent eam fidem, quæ
Galat. 6. per charitatem operatur. *Fides appellatur,* inquit
Serm. 36. in Nov. ex Cic. 1. Offic. Auguſt. *quia fit quod dicitur.* Et Moyſes ille Ægyptius, *de fide cujuſque magis oculis, quàm auribus credebat.* Hi arguendi, propoſita offenſione Divinæ
Apud Ruffin. lib. 11. cap. 6. Majeſtatis, quod tam miſer vermiculus audeat levare calcaneum contra ſuum factorem. Deinde, turpitudine iniquitatis, quod cùm naturaliter amet res pulchras, abhorreat à fœdis; in cœno tamen Babylonis, tanquam in cinamomis & pretioſis unguentis volutetur. Denique, timore damnationis, quòd ob modicam voluptatem peccati, conjiciat ſe in certum periculum inferni. Notandum autem hoc arguendi officium non ſolùm
Tit. 1. ad Præpoſitos pertinere, qui *potentes eſſe debent exhortari*

hortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, vel vita, vel doctrina, inquit S. Aug. *arguere*; ſed etiam ad alios Chriſtianos. Unde Apoſtolus; *Nolite communicare infructuoſis operibus tenebrarum, magis autem redarguite: Ne inveniantur rei de ſilentio, etiam qui non contaminantur aſſenſu,* ut ait S. Leo.

De verb. Apoſt. ſer. 19.
Epheſ. 5.
De jeju. 10. menſ. ſer. 5.

Secundò arguendus eſt mundus de Juſtitia. Sed dicet aliquis, Non ſolemus aliquem arguere de juſtitia, ſed de iniquitate, *bonæ autem vitæ, bonorumque operum comes, & ſolet, & debet eſſe laudatio,* ait Auguſt. Deinde, in mundo non eſt juſtitia; *Cùm enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ,* inq. Apoſt. hoc eſt, ut explicat Chryſ. *à juſtitia prorſus alieni.* Et ut Joannes ait, *Mundus totus in maligno poſitus eſt.* De Juſtitia ergo non mundi, ſed fidelium, qui credunt & diligunt eum, quem non vident. Unde addit Dominus, *Quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me.* Sed quomodo? ex comparatione, ponendo ante eorum oculos, illorum juſtitiam, & ſic eos, ſi fieri poteſt, ad confuſionem adducendo, quòd eam non ſtudent imitari. Ille & ille credit, convertitur, benè vivit; quare tu, & tu non? Sic Judæos arguit Chriſtus, ab exemplo publicanorum & meretricum, qui convertebantur & credebant, illis in ſua cæcitate & malitia perdurantibus. Item comparatione Ninivitarum, qui egerunt pœnitentiam ad prædicationem Jonæ: non illi ad Chriſti, qui Jona major.

Lib. 10. Conf. c. 36.
Rom. 6.
ibid. Chryſ.
1 Joan. 5.
Matth. 21.
Matth. 12.

Sic & D. Greg. noſtram duritiam arguit comparatione Apoſtolorum, qui ad unius juſſionis vocem, relictis omnibus, ſecuti ſunt Dominum: nos tot ejus voces audimus, per prædicationes, inſpirationes, flagella, minas imminentis exitii, & tamen

Hom. 5. in Evang.

Threnor. 1. Chriſtum: quod per antonomaſiam Peccatum
Ioan. 15. vocatur. Duplices autem poſſumus diſtinguere infideles. Alii reverà non credunt, ut Pagani, Judæi, Turcæ, Hæretici. Hi omnes arguendi; quòd non credant, veritate Evangelii toto mundo coruſcante. Primò, multitudine miraculorum, ab initio Eccleſiæ uſque nunc; quæ omnia edita ad fidei Chriſtianæ & Catholicæ confirmationem. Deinde, ſequentium credentiumque multitudine.
Serm. 2. in Vig. Nat. *Fidem mihi credibilem facit credentium multitudo*, inquit Bernard. Et, *Tenet me in Eccleſia*, ait Auguſt.
Cont. epiſt. Fundam. cap. 2. *conſenſio populorum & gentium*. Tertiò, prædictionibus & promiſſionibus Prophetarum, de Chriſto, Eccleſia, hæreticis, perſecutionibus, cæteriſque ſimilibus, quibus omnibus reſpondit eventus.

Sunt alii infideles, mali Chriſtiani, qui ſic ſe
Tit. 1. gerunt, quaſi non crederent: *Confitentur ſe noſſe Deum, factis negant:* non habent eam fidem, quæ
Galat. 6. per charitatem operatur. *Fides appellatur*, inquit
Serm. 36. in Nov. Auguſt. *quia fit quod dicitur*. Et Moyſes ille Ægyptius, *de fide cujuſque magis oculis, quàm auribus credebat*.
ex Cic. 1. Offic. Hi arguendi, propoſita offenſione Divinæ
Apud Ruffin. lib. 11. cap. 6. Majeſtatis, quod tam miſer vermiculus audeat levare calcaneum contra ſuum factorem. Deinde, turpitudine iniquitatis, quod cùm naturaliter amet res pulchras, abhorreat à fœdis; in cœno tamen Babylonis, tanquam in cinamomis & pretioſis unguentis volutetur. Denique, timore damnationis, quòd ob modicam voluptatem peccati, conjiciat ſe in certum periculum inferni. Notandum autem hoc arguendi officium non ſolùm
Tit. 1. ad Præpoſitos pertinere, qui *potentes eſſe debent exhortari*

Digitized by Google

hortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, vel vita, vel doctrina, inquit S. Aug. *arguere*; ſed etiam ad alios Chriſtianos. Unde Apoſtolus; *Nolite communicare infructuoſis operibus tenebrarum, magis autem redarguite: Ne inveniantur rei de ſilentio, etiam qui non contaminantur aſſenſu,* ut ait S. Leo. De verb. Apoſt. ſer. 19. Epheſ. 5. De jeju. 10. menſ. ſer. 5.

Secundò arguendus eſt mundus de Juſtitia. Sed dicet aliquis, Non ſolemus aliquem arguere de juſtitia, ſed de iniquitate, *bona autem vitæ, bonorumque operum comes, & ſolet, & debet eſſe laudatio,* ait Auguſt. Deinde, in mundo non eſt juſtitia; *Cùm enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitia,* inq. Apoſt. hoc eſt, ut explicat Chryſ. *à juſtitia prorſus alieni.* Et ut Joannes ait, *Mundus totus in maligno poſitus eſt.* De Juſtitia ergo non mundi, ſed fidelium, qui credunt & diligunt eum, quem non vident. Unde addit Dominus, *Quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me.* Sed quomodo? ex comparatione, ponendo ante eorum oculos, illorum juſtitiam, & ſic eos, ſi fieri poteſt, ad confuſionem adducendo, quòd eam non ſtudent imitari. Ille & ille credit, convertitur, benè vivit; quare tu, & tu non? Sic Judæos arguit Chriſtus, ab exemplo publicanorum & meretricum, qui convertebantur & credebant, illis in ſua cæcitate & malitia perdurantibus. Item comparatione Ninivitarum, qui egerunt pœnitentiam ad prædicationem Jonæ: non illi ad Chriſti, qui Jona major. Lib. 10. Conf. c. 36. Rom. 6. ibid. Chryſ. 1 Joan. 5. Matth. 21. Matth. 12.

Sic & D. Greg. noſtram duritiam arguit comparatione Apoſtolorum, qui ad unius juſſionis vocem, relictis omnibus, ſecuti ſunt Dominum: nos tot ejus voces audimus, per prædicationes, inſpirationes, flagella, minas imminentis exitii, & Hom. 5. in Evang.

tamen

Digitized by Google

tamen vocantem contemnimus. Auguſtinum redarguit Continentia, difficultatem vel impoſſibilitatem continendi prætendentem. Tot pueri, & puellæ; tot virgines & adoleſcentes, omnis ætatis & ſexus homines continenter vixerunt, *& tu non poteris quod iſti & iſta?* Sic in Judicio eos qui ſe per infirmitatem carnis excuſare conabuntur, hac ratione redarguet & confundet Dominus, inquit Proſper; oſtendendo eis exempla ſervorum ſuorum, *qui cum fragilitate carnis in carne viventes, fragilitatem carnis in carne vincentes, quod fecerunt, utique fieri poſſe docuerunt.*

Lib. 8. conf. cap. 11.

Lib. 5. c. 12. 16. de vit. cont.

Talia autem exempla propoſita & cogitata magnam vim habere, expertus ipſe Aug. cum ſociis converſionis: *Carbones vaſtatores,* inquit in Confeſſ. id eſt, *exempla ſervorum tuorum, quos de nigris lucidos; de mortuis vivos feceras, congeſta in ſinum cogitationis noſtræ, urebant, & abſumebant gravem torporem noſtrum, & accendebant nos validè.* Et alibi: *Mirantur,* inquit, *homines, & dicunt; Ego illum aut illum novi, quàm ebrioſus fuit, quàm ſceleratus, modò quomodo ſervit Deo, quàm innocens factus eſt. Noli mirari, carbo eſt. Vivum gaudes, quem extinctum plangebas. Sed quando laudas vivum, adhibe illum mortuo, ut accendatur, id eſt, quicunque adhuc piger eſt ſequi Deum, admove illi carbonem, priùs mortuum, jam vivum, ut ille accendatur, & deſoletur in eo cogitatio terrena, &c.*

Lib. 9. c. 2.

In pſal. 119.

Tertiò, arguendus eſt mundus de judicio, quo ſcilicet, *Princeps hujus mundi jam judicatus eſt,* id eſt, ejectus eſt foras, de cordibus fidelium, ſuumque in eos jus & poteſtatem amiſit: Proſtratus eſt Goliath, diabolus, à Davide Chriſto, baculo

crucis.

Digitized by Google

crucis. Hinc arguendi Chriſtiani mali, quòd hoſtì diabolo, ita infirmato cruce Chriſti, ultrò ſe dedant ac ſerviant. Tertull. hac ratione inſultat Paganis: *Subjecta eſt Chriſtianis veſtra divinitas, & à quolibet juſſus Chriſtiano ſe dæmonem confitebitur.* Ac D. Cyprianus eoſdem arguit, quòd eum adhuc in idolis colerent, qui conſternabatur ante pedes Chriſtianorum. *Nos*, ait, *rogamur ab iis quos tu rogas: timemur ab iis, quos tu adoras, ſtant ſub manu noſtra victi, & tremunt captivi, quos tu ſuſpicis, & miraris Dominos, &c.* In Apolog. cap. 23. Ad Demetriadem.

D. Aug. de dæmonum imbecillitate loquens, *Quid tibi*, inquit, *facturus eſt vel princeps ipſorum diabolus? Si poſſet aliquid, nemo noſtrûm remaneret. Nónne in iſtum tanta dicuntur ore Chriſtianorum, & creſcit ſeges Chriſtianorum? Si poſſet, non ſe vindicaret? ſed non permittitur; & tantùm facit quantùm permittitur. Nam & Iob tentare voluit, & non niſi poteſtatem quæſivit, & nihil faceret, niſi poteſtatem accepiſſet. Quare ergo ſecurus non adoras Deum? quo nolente, nemo tibi nocet; & quo permittente, emendaris, non everteris.* Et alibi: *Alligatus eſt diabolus tanquam canis innexus catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum qui ſe illi mortifera ſecuritate conjunxerit. Iam videte, quàm ſtultus eſt homo ille, quem canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates ſeculi noli coniungere. & ille ad te non præſumet accedere. Canis eſt, latrare poteſt, ſollicitare poteſt; mordere non poteſt, niſi volentem. Non enim cogendo, ſed ſuadendo nocet, nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit.* In pſal. 96. Iob. 1. 2. Serm. 197. de Temp.

De D. Antonio narrat Athanaſ. quod dæmones ita contemnebat, ut illis exprobraret imbecillitatem; In vita ejus

litatem; iiſque ſic erat formidoloſus, ut multi per Ægyptum, ab illis agitati, invocato nomine Antonij, liberarentur. Et ad ſuos ita dicere ſolitus; *Ad primum ſignum Crucis dæmones evaneſcunt. Ridendi potiùs ſunt, quàm timendi. Cùm enim ſint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Adveniente enim Chriſto, omne penitus robur diaboli elanguit, & calcaneo Chriſtianorum ſubſtratus gemit.* Ita Anton. Oſſa S. Babylæ, prope idolum loquax poſita, id mutum reddiderunt, ut teſtatur Chryſoſt. Unde & Julian. Apoſtata transferri curavit. Ac in Serapidis templo dæmon ſe reſponſa daturum negavit, dum ibidem Apollinaris Petri Apoſtoli diſcipulus moraretur.

Apud Baro. tom. 4.

In vita.

Dominus, inquit Leo, *denuntiavit ſerpenti futurum ſemen mulieris, quod noxii capitis elationem ſua virtute contereret; Chriſtum ſcilicet in carne venturum, Deum hominemque ſignans, qui natus ex Virgine, violatorem humanæ propaginis incorrupta nativitate damnavit.* Quamvis ergo & fortis armatus & potens ſubinde vocetur, magis tamen id ex noſtra imbecillitate, quam illius viribus æſtimandum eſt. Fortis enim eſt, quia tenet invalidos, & quia homines infirmi facti ſunt, ſequentes vanitatem, fit ut facilè in eos prævaleat Dux & Princeps vanitatis. Quid ergo timendum Chriſtiano? Ubicunque ſit, ſic fictus eſt ut illudatur ei, ad hoc deputatus. Illuditur autem ei à Sanctis, quando vi crucis ejus conatus irritus redditur, & ejus tentationibus non læduntur, ſed cautiores humilioreſque efficiuntur.

Serm. 2. de Natali.

Luc. 11.

Vide Aug. in pſal. 103.

Pſal. 103.

MONI

MONITUM XCVI.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Lucæ 16.

D. Auguſt. *Dominus*, ait, *dicendo Mammona iniquitatis, ſignificat aliud Mammona, id eſt, alias divitias, quas niſi iuſti & boni poſſidere non poſſunt, ut ideò Mammona iniquitatis vocet, quia iniquitas eas vocat divitias. Iuſtitia verò novit alias eſſe divitias, quibus homo adornatur interior, ſicut Petrus ait, qui eſt ante Deum dives. Illæ juſtæ dicuntur divitiæ, quia bonis meritis juſtiſque tribuuntur. Illæ veræ dicuntur divitiæ, quia quiſque eas habuerit, non egebit. Illæ verò iniuſtæ divitiæ, non quia iniuſtum eſt aurum & argentum, ſed quia iniuſtum eſt, eas putare divitias, quæ non auferunt egeſtatem, ſed inflammant cupiditatem.* Alibi Auguſt. vocat divitias iniquitatis, *quia hoc videtur iniquitas, quod tu abundas, & alter eget.* Hieronym. verò, *quòd ſint de iniquitate collectæ: ſed iniquitas*, inquit, *benè diſpenſata, vertitur in iuſtitiam.* Sed nónne dicit Sapiens; *Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata?* Et, *Dona iniquorum non probat altiſſimus; nec reſpicit in oblationes iniquorum.* De bonis ergo injuſtè acquiſitis eleemoſynas facere non licet, ſed dominis reſtituenda: qui ſi ignorantur, danda pauperibus, aut in alios uſus pios convertenda, & ſic iniquitas benè diſpenſata vertitur in juſtitiam.

Serm. 19. in Nov. & hom. 40. inter 50.

1. Pet. 3.

In Pſal. 48.

Epiſt. 151. ad Algaſ. q. 6.

Eccleſ. 34.

Sed quid ſi quis mammona iniq. non habeat, unde ſibi amicos faciet? Una ſpecies eleemoſynæ exprimitur, reliquæ intelliguntur. Monet ergo Domi-

1. Pet. 4.

Dominus; Exercete vos in operibus miſericordiæ. *Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes*, ait Petrus. Et Tobias ad filium; *Quomodo potueris, eſto miſericors. Quid eſt miſericordia*, rogat Auguſtin. *niſi aliena miſeria quædam in noſtro corde compaſſio? qua utique ſi poſſimus, ſubvenire compellimur; ſervit autem iſte motus rationi, quando ita præbetur miſericordia ut juſtitia conſervetur, ſive cùm indigenti tribuitur, ſive cùm ignoſcitur pœnitenti*. In laude Cæſaris ponit Cicero, *Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt*. Eam inter vitia numerabant Stoici, quorum paradoxa irridens; *Supplices aliqui veniunt, miſeri & calamitoſi: ſceleratus & nefarius fueris, ſi quicquam miſericordia adductus feceris*.

Tob. 4.

De Civit. lib. 9. ca. 5.

Pro Q. Ligario.

Pro Murena.

Veriſſimè dixit Aug. *Sacrificium Chriſtiani eleemoſynam eſſe in pauperes, hinc enim fit Deus peccatis propitius. Niſi autem peccatis fiat Deus propitius, quis remanebit, niſi reus? A peccatis & delictis, ſine quibus præſens vita non ducitur, mundantur homines per Eleemoſynas. Quæ ſunt duorum generum, Erogando, & Remittendo. Erogando, quod habes bonum: remittendo, quod pateris malum*. Unde Dominus in Evang. *Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis*. Et hìc, *Ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*.

Hom. 29. inter 50.

Lucæ 6.

Omnes deficiemus. Primò, ex hac vita, quia omnes moriemur. *Mors ultima linea rerum*.

Debemur morti nos, noſtraque. Imò paulatim deficimus & morimur, *quia ſtabilitate ætatis amiſſa, in qua creati eramus, per mutabilitates ætatum imus in mortem*, ait Aug. Sic impletum eſt, quod dixerat

Horat.

Dominus

Dominus Adæ; *Qua die ederitis, morte moriemini*; Lib. 1. de pec. merit. cap. 16. Genes. 2.
quia ex illo die mori cœperunt, quò mortis legem, qua in ſenium veteraſcerent, acceperunt: Non enim ſtat vel temporis puncto, ſed ſine intermiſſione labitur quicquid continua immutatione ſenſim currit in finem non perficientem, ſed conſumentem. Corpus igitur Adæ in eodem ſtatu permanſiſſet, niſi ipſe peccaſſet; non enim paulatim fuiſſet diſſolutum, aut vitiatum, & ad mortem delapſum; at poſt peccatum cœpit diſſolui, & corrumpi, & ad interitum fluere: atque ex eo tempore mors ei cœpit dominari. Unde rectè Manilius, Manilius.

Naſcendo morimur, finiſque ab origine pendet.

Deinde omnes deficiemus, quia quis præſumat ſe ſua villicatione omni ex parte rectè functum eſſe? ibi ergo deficiemus, ubi minùs rectè fecimus. Matth. 25.
Sic dicunt prudentes virgines, *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis. Dictum eſt*, inquit Auguſt. *magna conſideratione humilitatis; oleum enim quod geſtamus in conſcientia, judicium eſt noſtrum de nobiſmetipſis, quales ſimus; & difficile eſt; ut de ſe quiſque perfectè judicet. Et quis gloriabitur caſtum ſe habere cor?* Aug. in Pſal. 147. Iacob. 3.
Oleum ergo nemini ſufficit, quia in multis offendimus omnes, & ibi deſtituimur teſtimonio bonæ conſcientiæ: hinc deficiemus, quia deerit teſtimonium bonæ conſcientiæ omni ex parte. Unde & ibi miſericordia opus erit, quâ fiet *beatus, cui non imputavit Dominus peccatum*; quam in illa die precabatur Paulus Oneſiphoro. Et David dicit de Domino animæ ſuæ: *Qui coronat te in miſericordia & miſeratione.* Et mater Machabæorum, illum diem vocat diem miſerationis. Quam & Auguſtinus matri defunctæ optabat. *Væ enim*, inquit Do- Pſalm 31. 2. Tim. 1. Pſal. 102. 2. Mach. 7. Lib. 9. Conf. cap. ult.

Digitized by Google

mino, *etiam laudabili vita hominum, ſi remota miſericordia, diſcutias eam.* Quam ſibi etiam precabatur S. Fulgentius ex hac vita diſceſſurus: *Da mihi, Domine,* inquit, *modò hic patientiam, poſtea indulgentiam. Non intres*, orat David, *in iudicium*, videlicet ſine miſericordia, *cum ſervo tuo, Domine, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. Hæc intelligi volens,* ait Hieron. *quod etiam qui hominibus ſancti videntur, Dei ſcientia atque notitia nequaquam ſancti ſint.*

In vita. Pſal. 142. In epiſt. ad Cteſiph.

Illi ergo, quos nobis operibus miſericordiæ amicos fecimus, cùm defecerimus, recipient nos in æterna tabernacula: etiamſi fortè illi met quibus fecimus miſericordiam, ibi non erunt, quòd mali ſint; quia merito miſericordiæ, quam illis impendimus, tribuetur nobis & remiſſio peccatorum, & vita æterna. *Tunc pro bonorum operum meritis*, ait Auguſt. *iuſto judicio etiam ipſa miſericordia tribuetur. Cùm enim dicitur, Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam; manifeſtatur in his, in quibus inveniuntur opera miſericordiæ, judicium cum miſcordia fieri, ac per hoc etiam ipſam miſericordiam meritis bonorum operum reddi.* Unde & Dominus in Evangelio; *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Ubi regnum cœlorum variis modis exprimitur, & præmia meritis accommodantur.

De cor. & grat. ca. 13. Iac. 2. Matth. 5.

Propriè locus hic ad Sanctos pertinet, quibus maximè dandæ eleemoſynæ, & qui ubique aliis omnibus præferendi? quorum preces in die judicij pro aliis plurimùm valituras, ait D. Cyprian. quia totum abolebunt, quod adhuc debebunt. Et S. Auguſt. dicit, quod multi juvabuntur precibus ſancto

Cypr. de lapſ. De Civit. lib. 15. cap. vlt.

ſanctorum in die iudicii, quibus propria vita ad ſalutem non ſufficit. *Illi,* inq. *qui recipiuntur à Sanctis in æterna tabernacula, fatendum eſt, quod non ſint his moribus præditi, ut eis liberandis ſine ſuffragio ſanctorum, ſua poſſit vita ſufficere.* De his idem alibi; *Vide de fœno quid facias, vide de re vili quid emas. Ut recipiant, inquit, vos in æterna tabernacula. Ubi erunt ipſi, illuc vos recipiant. Quare hoc? quia qui recipit juſtũ in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Quam mercedem? Recipient vos in æterna tabernacula. Quis non feſtinet? quis non alacrius currat?* In Pſ. 103. conc. 3. & in Pſ. 146. Matth. 10.

Unde & Chriſtus ſignificanter ait: *Quicunque dederit calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, non perdet mercedem ſuam.* Et, *Quandiu feciſtis uni de fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Nunquid illi pauperes,* inquit D. Hieronym. *inter quorum pannos & illuuiem corporis flagrans libido dominatur, fratres Chriſti ſunt? ut Chriſtus dicatur accipere, quod ipſi accipiunt? Minimè gentium. Sed hi ſunt in quibus Chriſtus accipit eleemoſynam, qui cum acceperint, dolent; ſeminantes ſpiritalia, & metentes carnalia.* Item qui Dei faciunt voluntatẽ, ut fratres & ſorores Chriſti dici poſſint. Hi qui in corpore ſunt Chriſti, ejuſque ſunt membra, ut quod eis præſtatur, Chriſto verè fieri dicatur. Marc. 9. Matth. 25. Cont. Vigilant. Matth. 12.

Ponit Auguſt. differentiam, quomodo juſto danda eleemoſyna, quomodo alteri mendico. *Mendicus,* inq. *ad te venit, ut petat: juſtum tu præueni, ne petat. Sicut enim de illo qui te quærit, dictũ eſt; Omni petenti te, da: ſic de illo, quem juberis quærere, dictum eſt; Sudet eleemoſyna in manu tua, donec inuenias iuſtum, cui eam tradas.* Qui ergo exercent ſe in operibus qualiſcunque miſericordiæ, *theſaurizant* In Pſ. 103. conc. 3. Lucæ 6. Eccleſ. 24.

Digitized by Google

Matth.6. *ſibi theſauros in cœlo*, quod monet Dominus;*theſaurizant ſibi bonum fundamentum in futurum*,id eſt,pro
Lucæ 12. futuro tempore , quod monet Apoſtolus : vocans
1.Tim.6. ipſa opera miſericordiæ fundamentum bonum pro futuro tempore,ut acquiratur & ſuperſtruatur vera vita. Sicut alibi dicit , nos ſuperveſtiendos gloria corporis , *ſi hic veſtiti , non nudi inveniamur*, id eſt , ut Divus Ambroſius , non deſtituti
2. Cor.5. In illum locum Apoſt. gratia Dei , ſed bonis operibus ornati , & Chriſto induti.

MONITVM XCVII.

Laxatę retia veſtra in capturam piſcium.

Lucæ 5.

AGendum nobis hîc eſt de duplici piſcatione: Una ante reſurrectionem Chriſti,de qua hîc Lucas,& ſignificat collectionem hominum in Ec-
Vide Aug. ſerm.5. & 6. & 71. in Nou. cleſiam Chriſti , tempore vitæ præſentis ; Altera poſt reſurrectionem,de qua Joannes xxj. & ſignificat collectionem electorum in regnum cœlorum, tempore futuri judicij. In quibus piſcationibus triplex notanda differentia.

In prima enim ſimpliciter dicitur, *Laxate retia veſtra*,non additur ad dexteram , vel ſiniſtram, ne ſoli boni, aut ſoli mali putarentur convocari & congregari in Eccleſiam : conveniunt enim in eam omnis generis homines , boni & mali, electi
Geneſ.7. Matth. 4. & reprobi. Hæc eſt enim arca Noë,in quam convocavit

vocavit munda & immunda animalia. Hæc eſt area cum tritico; ſimul continens & paleas, noviſſima ventilatione ſeparandas: Hæc eſt ſagena Evangelica ex mari hujus ſeculi congregans bonos piſces & malos, ſeparandos in littore. Hæc eſt vinea Domini, habens palmites fructuoſos & ſteriles, ſuo tempore tollendos. Sancta tamen eſt Eccleſia, & ſemper permanet, quia plurimi in ea coram Deo ſancti ſunt, & malorum intra eam impietas non conſentientibus obeſſe non poteſt. Et quanquam in ea plures ſint mali, quàm boni, tamen *unus timens Deum pluris eſt, quàm mille impii.* Sicque ſi non à majori, tamen à meliori parte ſumitur denominatio. In hæreſi autem & ſchiſmate omnes mali ſunt, nullus bonus, & tametſi inveniantur opera ſpeciem juſtitiæ habentia, impura tamen ſunt & fœtida. Unde in eorum perſona Eſaias; *Et facti ſumus ut immundus omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ, univerſæ juſtitia noſtræ: & cecidimus quaſi folium univerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.*

Matth. 12. Ioan. 15. Eccleſ. 16. Iſai. 64.

Quidam, ait D. Aug. *incautè laudant Eccleſiam, quidam invidè vituperant: tu qui laudas, dic mixtos malos: tu qui vituperas, vide ibi & bonos.* Et alibi, *Ad quamcunque profeſſionem te converteris, para te pati fictos, alioqui invenies, quod non ſperabas, & deficies, aut perturbaberis.* Et de Catech. rudib. præmonendum docet eſſe catechumenum, quòd in Eccleſia & bonos inveniet & malos, utque bonis ſe conjungat, eóſque imitetur, malos toleret. *Ipſi boni ſimus*, inquit, *toleremus malos, pro illis oremus, nec de illis deſperemus, quia & nos mali fuimus.* In ſecunda autem piſcatione dicitur, *Mittite rete in dexteram*

In Pſal 99. In Pſal. 36. initio. De catech. rud. cap. 25 & ſeq. In pſal. 54. Ioan. 21.

Matth. 25. *nauigii*, quia ſoli boni in regnum cœlorum colliguntur, qui à dextris ſtatuentur, quibus à Iudice dicetur, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum*: reprobis ſeparatis, ac in ſiniſtra collocatis, quibus dicet Iudex, *Ite maledicti in ignem æternum*.

Secunda differentia, quòd in ſecunda piſcatione exprimitur certus numerus piſcium captorum, CLIII. (cujus numeri myſterium habet Auguſt.) In prima autem non exprimitur, quia in Eccleſia præſenti multiplicantur ſuper numerum.

Loc. citat initio. Numerus electorum eſt, de quo dicitur: *Cognovit dominus qui ſunt ejus*. Et, *Vocat eas nominatim*. Certus eſt numerus electorũ, nec augendus, nec minuendus. Unde in Apoc. dicitur: *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non eſt accepturus, niſi iſte perdiderit, certus eſt numerus electorum*, inquit Auguſt. De quo idem, *quod integer perducetur ad regnum, & illic integerrimus ſine fine beatiſſimus ſervabitur*.

2 Tim. 2. Ioan. 10. Apoc. 3. De cor. & grat. c. 13.

Dicit Propheta David; *Qui numerat multitudinem ſtellarum*. Stellæ dicuntur electi: primò, quia firmiter adhærent firmamento Scripturæ ſacræ, & doctrinæ Eccleſiæ, quam Apoſtolus vocat *columnam & firmamentum veritatis*. Etſi quorundam fides ſubverſa erat, tamen ait Apoſt. *firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, cognovit Dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis*, &c. Et de ovibus, id eſt electis, dicitur quod *paſtorem ſuum ſequuntur, alienum autem non audiunt, ſed fugiunt ab eo*. Audiunt illud Pauli; *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci*. Deinde ſtellæ lucent in nocte, in tenebris; ſic electi inter infideles & & malos. De Philippenſibus dicebat Apoſtolus, quod

Pſal. 146. & ibi Auguſt. 1. Tim. 3. 2. Tim. 2. Ioan. 10. Hebr. 13.

quod *in medio nationis pravæ & perverſæ lucerent, ſicut luminaria in mundo.* Lucebant per fidem, & bona opera; inter infideles credebant, inter malos, benè vivebant.

De muliere forti dicitur: *Non extinguetur in nocte lucerna ejus. Sicut ſtellas cœli non extinguit nox, ſic mentes fidelium adhærentes firmamento ſanctæ Scripturæ, non obſcurat mundana iniquitas*, inq. Auguſt. Et alibi; *Videat quiſque utrùm luceat in tenebris, utrùm in iniquitate tenebroſa non ſeducatur: ſi hoc, jam ſtella eſt, quam numerat Deus.* Atque hoc modo etiam fidei & ſpei noſtræ, juxta præceptum Petri, rationes reddimus, ait V. Beda, *ſi ipſam fidei profeſſionem illibatam ſemper teneamus, etiam inter preſſuras adverſantium, oſtendentes per patientiam, quàm rationabiliter eam ſeruandam didicerimus, pro cujus amore nec adverſa pati, nec mortem ſubire formidemus.* Numerus ergo electorũ, certus eſt, reliqui ſupernumerarij ſunt. *Annuntiavi & locutus ſum*, ait Chriſtus apud Prophetam, per me, per Apoſtolos & alios prædicatores; *multiplicati ſunt ſuper numerum.* Multi vocati ad fidem & Eccleſiam: ex iis pauci electi, ad regnum. Plures ſunt in Eccleſia, quàm ſint futuri in regno Dei, jam quidem corpore juncti bonis, voluntate & actione ſeparati, tum etiam corpore in æternum ſeparandi.

Prov. 31. Sent. 120. apud Proſperum. In Pſ. 146. 1. Pet. 3. Beda in hunc locũ Petri. Pſalm. 39. & ibi Aug. Matth. 20.

Tertia differentia eſt, quod in prima piſcatione præ piſcium multitudine ruptum eſt rete, & periclitata navigia, etſi non ſubmerſa. De ſecunda autẽ piſcatione, dicitur; *Et cùm tanti eſſent, non eſt ruptũ rete.* In Eccleſia ergo præſenti fiunt diviſiones, & ſchiſmata, maximè ab iſtis ſupernumerariis,

Luc. 5. Ioan. 21.

In vita. rariis,qui ſuperbi ſunt,carnales, ambitioſi, avari, &c. *Petro Alexandrino Epiſcopo ſciſcitanti à Domino,cur ſibi veſte diſciſſa appareret*;reſpondit, *Arius veſtem meam,quæ eſt Eccleſia,dilaceravit*. Sic hæretici & ſchiſmatici,qui ut Apoſtolus Paulus,*ex nobis ipſis exurgunt*,& ut Joannes,*ex nobis exeunt*,Eccleſiæ unitatem dividunt,in fide,moribus,ſcripturis,Sacramentis,hominibus. Credunt Trinitatem; coporalem Chriſti præſentiam in Euchariſtia non credunt: ſobrietatem laudant; abſtinentiam condemnant: laudant conjugium; votum caſtitatis improbant. Ex ſeptem Sacramentis à Chriſto inſtitutis,alii duo tantùm,alii tria recipiunt: *Et Divinas Scripturas ſic accipiunt*,inquit Aug.*ut ſuo quodam privilegio,imò ſacrilegio, quod volunt, ſumant; quod nolunt,rejiciant*.Quod ipſum & Tertull.teſtatur.Et quoniam ſeparant homines ab Eccleſia, & abducunt diſcipulos poſt ſe, etiam in hominibus diviſionem faciunt, qui antea fidei ac doctrinæ communione erant conjuncti.

Actor.20. 1.Ioan.2. De bono perſ.ca.11. De præſcript.hæret.

In ſecunda autem piſcatione non eſt ruptum rete,quia in regno cœlorum, licèt omnes magni erunt, æquales angelis Dei; nulla eſt tamen inter illos diſſenſio aut diviſio,quia eſt magnitudo cum humilitate conjuncta,nemo ibi ſuperbit, nemo alteri invidet: quiſque ſua gloria contentus erit: imò quiſque gaudebit & laudabit Deum de bonis alterius,æquè atque de ſuis. Hic autem ſcimus hæreſes & ſchiſmata ferè oriri ex *ſuperbia, quam tanquam filia pediſſequa ſequitur invidentia*,omnis unitatis & charitatis hoſtis. *Eam quippe ſuperbia continuò parit*, ait Auguſt. *nec unquam eſt ſine tali prole & comite; quibus duobus malis,hoc eſt, ſuperbia & inviden*

Luc.20. Aug.contr. Epiſt.Fundam.cap.6. Cypr. de zelo & liv.

invidentiæ, Diabolus præeſt. A cœlo utraque exulat: ibi ſumma humilitas, ſumma charitas, ac proinde ſumma pax & unitas. *Id etiam*, ait Aug. *beata illa civitas magnum in ſe bonū videbit, quod nulli ſuperiori ullus inferior invidebit; ſicut nunc non invident Archangelis Angeli cæteri, tanquam nolit eſſe unuſquiſque quod non accepit, quamvis ſit pacatiſſimo concordiæ vinculo ei qui accepit obſtrictus, quum nec in corpore velit oculus eſſe qui eſt digitus, quum membrū utrumque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne velit amplius*. Sic Auguſtin. De civit. lib. 22. c. ult.

MONITUM XCVIII.

Eccleſia eſt columna & firmamentum veritatis. 1. Timoth. 3.

Eccleſia dicitur columna & firmamentum veritatis, quòd ipſa firmet ac ſuſtineat veritatem. Sed quomodo id, cùm ipſa potius per veram doctrinam contineatur? Explicat hoc pulcrè V. Beda: *Eccleſias*, inquit, *per orbem ſeptiformi gratia Spiritus erexit, quæ domum ejus, id eſt, myſterium Incarnationis ejus, ne perfidorum improbitate memoria tollatur, credendo, colendo, & prædicando, quaſi ſuſtentando continerent*. Dicitur igitur Eccleſia firmare veritatem, quia veram doctrinam in cordibus hominum firmat, cùm ipſa tamen per veram doctrinam firmetur à Deo. Unde Chryſoſt. videtur utrumque hoc loco intelligere, quod Eccleſia dicatur colūna veritatis & firmamentum, quia & à veritate, vel à Deo per veritatem ipſa firmatur, & fortis atque invi- In cap. 9. Proverb. In hunc locum Pauli.

ćta

cta efficitur, ut per eandem veritatem alios ſuſtentet, firmetque. Sicut populus Chriſtianus, & Dei filius eſt, dicens ei, Pater noſter, & ſponſa ac vxor Dei, pariens ei ſingulos fideles. Quemadmodum & Chriſtus dicitur ſol juſtitiæ, petra juſtitiæ. Item Deus dicitur, Deus veritatis; quia & ipſe juſtus eſt, & nos juſtificans; & ipſe veritas eſt, & veritatem ſuam in nobis complens. Et Theodoretus; *Domum*, inquit, *Dei, & Eccleſiam appellavit cœtum eorum, qui crediderunt; eos dixit columnam & firmamentum veritatis: ſupra petram enim fundati, ſtabiles & immobiles permanent, & rebus ipſis prædicant dogmatum veritatem.*

Malach. 4. Pſalm. 30. Ioan. 14. In hunc locum Apoſtoli.

Conformiter huic loco Apoſt. Irenæus; *Tantæ*, inq. *oſtenſiones* (Eccleſiæ) *cum ſint hæc, non oportet apud alios quærere veritatem, quā facilè eſt ab Eccleſia ſumere, cùm Apoſtoli, quaſi in depoſitorium dives, pleniſſimè in ea contulerint omnia, quæ ſunt veritatis, ut omnis quicunque velit, ſumat ex ea potum vitæ: hic eſt enim vitæ introitus. Omnes autem reliqui fures ſunt & latrones, propter quod oportet devitare quidem illos: quæ ſunt Eccleſiæ, cum magna diligentia diligere & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim? etſi de modica aliqua quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum & liquidum eſt? Quid autem? ſi ne Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ſequi ordinem traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in Chriſto credunt, ſine charactere vel atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, veterem traditionem diligenter cuſtodientes.*

Lib. 4. ca. 4. Ioan. 10.

Et

Et Rurſum; *Traditionem itaque Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam, in Eccleſia adeſt perſpicere omnibus, qui vera velint audire, & habemus adnumerare eos, qui ab Apoſtolis instituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum vſque ad nos.* Et infrà: *Sed quoniam valdè longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maxima & antiquiſſima, & omnibus cognita, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ; eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem vſque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam ſententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter principalitatem potentiorem, neceſſe eſt convenire omnem Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.* Ita Irenæus. Ibid cap.3. Vide ibid. cap.40. & lib.4. c.63.

Et D. Hieron. *Poteram,* inquit, *omnes propoſitionum tuarum rivulos, uno Eccleſiæ ſole ſiccare.* Et, *Brevem tibi apertamque animi mei ſententiam proferam; In illa eſſe permanendum Eccleſia, quæ ab Apoſtolis fundata, uſque ad hanc diem durat.* Et rurſum; *Semper habui ſtudio, audientibus loqui, quod publicè in Eccleſia didiceram, nec Philoſophorum argumenta ſectari, ſed Apoſtolorum ſimplicitati acquieſcere.* Cont. Lucifer. in fine lib. 1. Ibidem. In ep. ad Cteſiphōt.

D. quoque Ambr. *Utrumque,* ait, *ad Moſen à Domino dictum eſt; Ubi ſtas, terra ſancta eſt.* Et, *Tu hîc ſta mecum, hoc eſt, mecum ſtas, ſi ſtes in Eccleſia. Ipſe enim* Epiſt. 82.

Exod.3. Deut.5. *enim locus eſt ſanctus, ipſa terra fœcunda ſanctitatis, & opima virtutum meſſibus. Sta ergo in Eccleſia, ſta ubi tibi apparui, ibi ego tecum ſum. Ubi eſt Eccleſia, ibi firmiſſima ſtatio tua mentis; ibi fundamentum animi tui, ubi tibi de rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo. Ego in carne propterea ignis, ut tibi luceam, ut tuas ſpinas & tua peccata conſumam, & meam tibi demonſtrem gratiam.* Sic & S. Aug. *Ego Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoveret authoritas. Quibus ergo obtemperavi dicentibus; Credo Evangelio, cur non obtemperem dicentibus mihi; Noli credere Manichæo?* Et alibi; *Nullis me video credidiſſe* (Chriſtum ſcilicet eſſe ſectandum) *niſi populorum atque gentium confirmatæ opinioni; ac famæ admodum celeberrimæ. Hos autem populos Eccleſiæ Catholicæ myſteria uſquequaque occupaſſe. Cur non igitur apud eos notiſſimum diligenter requiram, quid Chriſtus præceperit, quorum authoritate commotus, Chriſtum aliquid utile præcepiſſe jam credidi? Tune mihi meliùs expoſiturus es, quid ille dixerit, quem fuiſſe, aut eſſe non putarem, ſi abs te mihi hoc commendaretur eſſe credendum? Hoc ergo credidi (ut dixi) famæ celebritate, conſenſione, vetuſtate roborata. Vos autem & tam pauci, & tam turbulenti, & tam novi, nemini dubium eſt quin nihil dignum authoritate præferatis.* Ita Auguſtin.

Cont. ep. Fundam. cap. 5.

De utilit. cred. c. 14.

Si quæras, quomodo & per quid ſit Eccleſia columna veritatis? Reſpond. per continuam & indefectibilem Spititus aſſiſtentiam. Sed quia hæc reſponſio generalis eſt, latiùs explicanda ſunt chariſmata ſpiritus, quibus id præſtat. Primum eſt multitudo miraculorum, quibus & ad fidem adducta eſt, & in eadem retinetur. *Nihil enim,* ut Aug. ait;

De utilit. cred. ca. 16.

ait, *eſt populis aptius & omninò ſtultis hominibus, quàm id miraculum, quod ſenſibus admovetur.*

Alterum quo Eccleſia firmat veritatem, eſt ſequentium credentiumque multitudo, ut ibidem Aug. Conjungit autem hæc duo, cap. xvij. ejuſdem lib. & de civit. Dei, lib. xxij. cap. v. & ſeq. Quibus locis oſtendit admiranda eſſe miracula initio Eccleſiæ facta, & multa adhuc ad fidem ſtabiliendam edi quotidie. Maximum autem eſſe quod mundus res tam incredibiles, paucis, iiſque idiotis, & juxta ſeculum infirmis atque abjectis annuntiantibus credidit; *Qui etſi ſtupenda miracula non feciſſent, majus tamen eſt miraculum, mundum eis ceſſiſſe ſine miraculis. Quiſquis etiam nunc quærit prodigium, ut credat in Chriſtum, magnum eſt ipſe prodigium, qui mundo credente non credit.*

Ibid. ca. 17. De civit. Lib. 22. c. 9. & ſeq.

In multitudine autem ſequentium, eſt conſenſio tot populorum atque gentium, per tot tempora hucuſque perdurans, per tot loca extenſa. Et in his ſupra modum mirabile eſt, quod res tam arduas, tamque incredibiles, perſonarum trinitatem in una natura, Deum hominem crucifixum, carnis reſurrectionem jam noſcant omnes, etiam anus & puellæ. Quod unicus Deus à vulgo colatur, & quod nullum corpus jam pro Deo colant. Sed in his eminet tam innumera turba Martyrum, tam horrenda & magna ſupplicia pro Chriſti fide tolerantium: perfecta caſtitas innumerabilium Virginum, humanas nuptias contemnentium: Amor abſtinentiæ & paupertatis in innumeris maximus: quodque omne vulgus ſe infirmum agnoſcat, dum talia non amplectitur; *Populi*, inquit Auguſtinus, *favent*

Vide Hier. in epiſt. ad Paulinum.

Digitized by Google

Ibidem. *fauent, prædicant & laudant*. Item ardens charitas, & ſumma pax atque unitas inter Catholicos, de qua Chriſtus, *In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei ſitis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem*. De quo & Irenæus dotes Eccleſiæ enumerans: *Eſt in ea*, inquit, *præcipuum dilectionis munus, quod eſt pretioſius quàm agnitio, glorioſius autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis chariſmatibus eminens*.

Ioan. 13.

Lib. 4. c. 63.

Tertium eſt, quod hæc omnia, quæ iam in mundo videmus apud Chriſtianos impleri & ab Eccleſia prædicari, à Prophetis ante multa ſecula monſtrantur eſſe prædicta, etiam ipſius Eccleſiæ à Gentilibus & Hæreticis oppugnatio, quod utique nullius hominis induſtriæ, vel frudulentiæ, vel magiæ poteſt adſcribi. Nec poſſunt hi libri poſt rerum euentum dici eſſe conficti, cùm inimici Chriſti Iudæi per varias gentes diſperſi, teſtentur libros illos ante Chriſti natalem, ut ſacros à gente Iudæa receptos. De quo ſigno pulchrè Auguſt. contra Fauſt. Hæc ergo chariſmata, miracula, Prophetarum vaticinia conſona euentui, credentium extenſio in omnia loca & tempora, uniformitas doctrinæ, virtus vera, tam heroïca, quàm communis, ea ſunt, per quæ firmat Eccleſia veritatem in cordibus.

Aug. in Pſ. 58. ep. 59. ad q. 9.

Lib. 13. ca. 7. & ſeq.

Sed præter hæc omnia chariſmata, per quæ vera eſſe probatur Eccleſiæ doctrina, eſt & aliud, de quo etiam Irenæus, nempe miniſterium docendi, prædicandi, atque veritatem perpetuò cuſtodiendi; & hoc eſt apud Paſtores & doctores, *quos dedit Dominus ad conſummationē ſanctorum, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, &c.* ut Apoſt. ait. Et primò, atque præcipuè apud Chriſti

Lib. 3. c. 40.

Epheſ. 4.

Chriſti Vicarium Petrum, ejuſque ſucceſſores, ut ait Chriſtus, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et, *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.* Matth. 16. Luc. 22.

De quibus Auguſt. contra epiſt. Fundamenti: *Tenet me in Eccleſia; conſenſio populorum atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata; tenet ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas, poſt reſurrectionem ſuam Dominus commendavit, uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum; tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen (quo videlicet ab univerſo orbe nuncupatur) quod inter tam multas hæreſes non ſine cauſa iſta Eccleſia, ſola ſic obtinuit, ut cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum vel Baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere. Non enim poſſet intelligi, niſi hoc nomine Eccleſiam diſcernat, quo ab univerſo orbe nuncupatur.* Meritò certè tenebat Auguſtinum Catholicæ nomen, quia hoc etiam ab Eſaia prædictum fuerat, cùm dixit, Deum vocandum *Deum omnis terræ;* quæ prædictio impletur, cùm Deus verus, Deus Catholicæ Eccleſiæ appellatur. Cont. ep. Fundam. cap. 4. Ioan. ult. Iſai. 54.

D. Aug. maximi fecit ſemper Cathedram Petri. In qua ſcribit *ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguiſſe principatum.* Et quam Optatus *inter veras Eccleſiæ notas primam eſſe teſtatur,* lib. 2. Unde & S. Hier. *Hinc præſidiis fulta mundi Ariana rabies fremit. Hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat. Ego interim clamito; Si quis Cathedræ Petri jungitur, meus eſt.* Et rurſum; *Ego nullum prævium, niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ* Hieron. ad Damaſ. Ad eundem.

Petri communione conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque tecum non colligit, ſpargit, hoc eſt, qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt. Dicit D. Ambroſ. *cupere ſe in omnibus ſequi Romanam Eccleſiam.* Et ejus frater Satyrus advocavit ad ſe Epiſcopum, nec ullam veram putavit, niſi veræ fidei gratiam, *percunctatuſque eſt ex eo, utrumne cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt cum Eccleſia Romana conveniret, ad quam,* ut antè dictum ex D. Irenæo, *neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam.* Unde & illa eſt S. Hippolyti Martyris, olim Novatiani, apud Prudentium adhortatio:

Lib. 3. de Sacram. c. 1. De obitu fratris.

Una fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt.
Quam retinet Paulus, quamque Cathedra Petri.

Lib. 1. ep. 3. lib. 4. ep. 9.

Ac D. Cyprian. omnium hæreſum & ſchiſmatum pullulantium cauſam in eo ſtatuit, *quod uni ac ſummo Sacerdoti ac Iudici vice Chriſti non obtemperatur.*

MONITUM XCIX.

Vinea Domini, domus Iſraël eſt.

Eſaiæ 5.

VInea Domini Eccleſia eſt, plantata manu Domini, quam ille ſolus compluit, ut fructum ferat; homo fodit, putat, &c. Deus ſolus compluit, quia incrementum dat. Primi rami & palmites hujus vineæ fracti ſunt, Judæi: inſerti alii, Gentiles. Minatus enim erat illi vineæ atrociſſima comminatione; *Auferam ſepem ejus, erit in direptionem*

Aug. in pſ. 66. & 104. conc. 1. Iſaiæ 5.

Digitized by Google

reptionem & conculcationem, non putabitur, non foditur, & mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper eam. Quia pro dulci pluvia, ſpinas generabat, bona audiebat, & mala faciebat, exſpectabat uvas, & fecit labruſcas. Synagogam ergo repudiavit, & Vinea Domini jam ex Gentibus collecta eſt. Dicebat Paulus Judæis; *Quoniam repellitis verbum Dei, ecce convertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Poſui te in lucem Gentium,* &c. Palmites hujus vineæ, quique fideles, qui in ea ſunt. Quidam autem fructuoſi ſunt, alii ſteriles. Quid de utriſque fiat, oſtendit Dominus. Eum palmitem, qui fert fructum, purgat, ut fructum plus afferat; non ferentem fructum, tollit. *Eccleſia*, inquit Auguſt. *eſt tanquam vitis, creſcendo ubique diffuſa: hæretici autem tanquam ſarmenta inutilia, agricolæ falce præciſa, merito ſterilitatis ſuæ, ut vitis putaretur, non amputaretur.* Actor. 13. Iſaiæ 46. Ioan. 15. Serm. 79 in Nov.

In Vinea duo potiſſimùm conſideranda, Vilitas ligni, & nobilitas fructus ejus. Eccleſia vilis & abjecta apparet, maximè oculis impiorum, qui decorem & gloriam ejus non vident, quia perſecutionibus agitatur, miſeriis ſubjacet. Unde ipſa dicit, *Decoloravit me Sol,* id eſt, æſtus tribulationis, perſecutionis. Palmites ejus, etiam præcipui, abjecti & contemptibiles; *Boni enim latent,* inq. Aug. *quia bonum ipſorum in occulto eſt; nec viſibile enim eſt, nec corporale quod diligunt, & tam merita eorum ſunt in abſcondito conſtituta, quā præmia.* Unde Apoſt. *Vita veſtra abſcondita eſt cū Chriſto in Deo.* Et, *Habemus theſaurum iſtum* (fidei, ſcientiæ, charitatis) *in vaſis fictilibus,* id eſt, corporibus fragilibus, corruptibili- Cant. 1. Sent. 201. apud Proſp. Coloſ. 3. 2. Cor. 4.

bus. Lignum vitis ad quid utile, niſi ad comburendū? ſic æſtimati Apoſt. Martyres, & alii boni Chriſtiani, *tanquam oves occiſionis, ut David*; *tanquam morti deſtinati, tanquam purgamenta hujus mundi, omnium peripſema, ut Apoſtolus.* Deſpiciebantur tanquam ſtulti, inſani, ebrij, quia præſentia contemnebant, projiciebant etiam ipſam vitam, & futura ſibi ac inviſibilia promittebant.

Pſal. 43.
1. Cor. 4.

Tamen ſicut vitis nobilem fructum profert, qui Reges, Principes, & cæteros recreat; ſic Eccleſia & boni fideles, fructus bonorum operum, qui Deum ipſum, Angelos cœlorum, ac homines ſanctos lætificant. Dicitur de Chriſto, Sponſo ſpirituali, quod *paſcitur inter lilia*, quia candore & odore virtutum delectatur, ut ait D. Bern. Qui & illud, *Lachrymæ pœnitentium vinum Angelorum. Gaudium enim eſt illis ſuper peccatore pœnitentiam agente.* Sic gaudent de patientia, humanitate, miſericordia, caſtitate, charitate bonorum. Ipſi etiam homines boni gaudent & recreantur, quando vident alios in veritate ambulantes. *Qui timēt te*, ait David Domino, *videbunt me*, rectè viventem, *& lætabuntur.* Sicut contriſtantur de erroribus & peccatis hominum, contra quod dicitur, *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei*, id eſt, homines Spiritu ſancto plenos, inquit Auguſt.

Cant. 2.
Ser. 71. in Cant.
In quibuſd. Sent.
Luc. 15.
Ioan. ep. 3.
Pſal. 118.
Epheſ. 4.
De Geneſi ad lit. lib. 4 cap. 9.

In Evangelio dicit Chriſtus, quod huic *Vineæ ſuæ ſepem circumdederit.* Atque hæc primò, eſt traditio & ſcriptura, quas excedere non licet, quibus contra hoſtium inſultus munitur. Chriſtiana enim Religio, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ jure duplici recta fuit, nimirum ſcripto, & ſine ſcripto; legibus videlicet, & conſuetudine. Quod cuique

Matth. 21.

Digitized by Google

cuique benè inſtitutæ Reip. commune fuit. Lacedæmones enim, Athenienſes, Romanos, & alios ad benè adminiſtrandam Rempub. tum ſcriptis, tum non ſcriptis legibus, & iis quæ majorum conſenſione probatæ, & communi uſu receptæ eſſent, uſos eſſe, perſpicuum eſt omnibus. Secundò, ſepes eſt cuſtodia Angelica. Nam ſicut ſunt Angeli aliqui à Deo deputati ad cuſtodiam hominum in particulari, ita aliqui deputati ſunt ad cuſtodiam communitatum, provinciarum, &c. ut pulchrè D. Thomas. Matth. 18. Part. 1. q. 113. art. 3. in fol. ad 1.

Sicut igitur per ſepem arcentur beſtiæ ab ingreſſu vineæ, ne eam demoliantur: ita & per cuſtodiam Angelorum arcentur dæmones, ne tantum noceant, quantum vellent. *Non ſolùm*, inq. Ambroſ. *Epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinavit, ſed & Angelos deſtinavit*. Unde & Eſai. *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes*. D. Hilar. *Iis*, inquit, *qui ſtare volunt in Eccleſia Catholica, non deſunt ſanctorum cuſtodiæ, & Angelorum munitiones*. Et, *Angeli Eccleſiam quadam cuſtodia circumſepiunt*. Et in Apoc. dicitur *projectus Draco in terram, ſic ut non poſſit amplius habitare in cœlo*, id eſt, in electis, Michaële & Angelis ejus pugnantibus contra eum. Sic dicit Eliſæus miniſtro ſuo, *Plures nobiſcum ſunt quàm cum illis*. Ambr. lib. 3. in Luc. Eſai. 62. In pſal. 124. Apoc. 12. 4. Reg. 6.

Deinde dicitur in Evang. quod *fodit in ea torcular*. Hoc autem eſt altare, quod non minus ſanguine victimarum maduit, quàm torcular vino. In altari fiebat oblatio, qua præfigurabatur Chriſti paſſio, quæ eſt vineæ fundamentum: ſanguine enim Chriſti aſpergitur Eccleſia, ut plantetur, multiplicetur, fructificet. Vel poteſt intelligi ſcri-

Digitized by Google

ptura, quæ ut torcular vinum à botro, ita malum diſcernit à bono. Ex ea etiam ſic potant ſancti, ut inebrientur, & omnia terrena obliviſcantur, ſolum Deum amplectantur. *Calix meus inebrians quàm præclarus eſt*, ait David. Et Ambroſ. *Læti bibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus.*

Pſal. 22.

Ambr. in hymno.

Denique dicitur, quod ædificavit turrim, ad ſpeculandum. Ergo ſpeculatores ad hanc turrim pertinent, ut Epiſcopi, Prælati, Paſtores, & alii qui curam gerunt populi. Speculantur primò eos qui intra vineam ſunt, ſingulorum actus obſervando, & diligenter vigilando, & procurando, ut quiſque ſuo officio rectè fungatur. Et quoniam ipſi quaſi in ſpecula ſunt conſtituti, & omnium in ſe oculos conjectos habent, ſeipſos etiam obſervare debent; (ne cùm eorum converſatio magiſtra ſit publicæ diſciplinæ) quid committant, quod aut qui reprehendere volunt, dignè laceſſere videantur, aut qui imitari, cogantur delinquere. *Super montem excelſum aſcende tu qui Evangelizas Sion*, ait Iſaias, ut videlicet ima terrenorum operum deſerens, in rerum culmine ſtare videatur, tantóque faciliùs ſubditos ad meliora pertrahat, quantò per vitæ meritum de ſupernis clamat, ait D. Gregor.

Hieron. in epiſt. ad Heliod. Epiſc.

Eſai. 40.

In Paſt. part. 2. c. 3.

Denique etiam eos ſpeculantur & obſervant, qui extra ſunt, & eam invadere aut demoliri conantur. Contra tales muniunt ſuos, & opponunt ſe docendo, ſcribendo, patiendo, & aliis modis. Talis ſpeculator fuit D. Cyprianus contra Novatum, Athanaſius contra Arium, Baſilius contra Eunomium Hieronymus contra Vigilantium, Jovinianum, Auguſtinus contra Pelagium, &c. ſtatim deprehendunt

prehendunt errores & fraudes hæreticorum, detegunt, eoſque à caulis ſuorum gregum propellunt. His dicitur, *Capite nobis vulpes parvulas exterminantes vineas. Quid eſt capite? comprehendite, convincite, confutate*, inq. D. Aug. *ne exterminentur Eccleſiaſtica vineæ. Quid eſt aliud vulpes capere, niſi hæreticos Divinæ legis authoritate revincere, & ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis, velut quibuſdam vinculis alligare atque conſtringere?* Quod ſignificatur etiam in facto Samſonis. Cant. 2. Aug. ſerm. 107. de Temp. Iudic. 15.

Poſtremò dicitur, quod *locavit eam agricolis*, id eſt, eam illis tradidit excolendam, per doctrinam, Sacramenta, &c. ut ex ea fructus recipiat; fructus bonus, bonum opus, patientia, humilitas, charitas, miſericordia, &c. Iidem agricolæ, qui ſpeculatores; nemo autem hoc agere debet, ut vinea ſibi fructificet, ſed domino. Cuique etiam fideli partem hujus vineæ colendam tradidit ſupremus agricola, nempe ſeipſum; quiſque enim hujus vitis palmes eſt, ſeipsũ ergo obſervare debet, atque excolere, purgare à pravis & ſuperfluis cupiditatibus, & affectibus, qui fructus bonos impedire ſolent. *Viro ſapienti*, inquit Bern. *ſua vita vinea eſt, ſua mens, ſua conſcientia, nil quippe incultũ in ſe ſapiens relinquit, ibi eſt vitis virtutis, botrus boni operis, vinum lætitiæ ſpiritualis.* De ſtulto autem dicitur, *Tranſivi per vineam viri ſtulti, & ſpinæ operuerant faciem ejus.* Quod in ſe deplorat ante converſionem Aug. in Confeſſ. *Exarſi*, ait, *aliquando ſatiari in inferis in adoleſcentia mea, & ſilveſcere auſus ſum variis & umbroſis amoribus, & contabuit ſpecies mea.* Et rurſum; *Exceſſerunt caput meum vepres libidinum. & nulla erat eradicans manus. Omnia igitur, quæ animi puritatem, & ſpeculum* Bern. 5. & 64. in Cant. Prov. 24. Lib. 2. conf. cap. 1. Ibid. c. 3.

Digitized by Google

mentis obnubilant, abſtergenda ſunt ſedulò, & quadam elimatione radenda: & omni circumſpectione præcavendum, ne ulla eam macula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga dedecoret, inquit S. Leo.

Ser. 3. de Quadrag.

MONITUM C.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

Lucæ 10.

OPtimum hominis bonum, ac præcipuum Dei erga eum beneficium eſt, quòd videat, quod oculos habeat nō corporis, ſed cordis, quod Chriſtianus ſit, quod fidem habeat per charitatem operantem. Fides enim lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ. *Quæ prima datur, ut per illam cætera impetrentur*, quæ ad juſtitiam & vitam pertinent. In illa omnes Chriſtiani facultates & copiæ: ideoque etſi omnia alia perdat, modò illam retineat, nihil, aut parum perdit. *Amiſerunt omnia*, inq. D. Aug. *quæ habebant*, (Chriſtiani, videlicet, in iſta vaſtatione Urbis Romæ per Gothos.) *Nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis bona, qui eſt ante Deum dives? Hæ ſunt opes Chriſtianorum, quibus opulentus dicebat Apoſtolus; Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia*. Dicit Oroſius. *Nihil perdidi, ubi nihil amavi; totumque habeo, quando is quem diligo mecum eſt.* lib. 5. c. 2. *habitat autem per fidem in cordibus noſtris.*

Aug. de prædeſt. Sanct. c. 7.

Aug. lib. 1. cap. 10. de Civit.

1. Per. 3.

Tim. 6.

Epheſ. 3.

Scribit de fratre ſuo Cæſario Greg. Nazianz. quod *inter dignitates & honores, quibus apud Imp. Julianum pollebat, illud præcipuum ducebat, quod Chriſtianus eſſet ac haberetur, idque tanti æſtimabat,* quod

In orat. funebri Cæſar.

quod præ hoc uno reliqua omnia in unum congeſta, ludi & nugarum inſtar haberet: unde & illa omnia deponere maluit, ne illud amitteret, dicens Iuliano, Chriſtianus ſum, ſemperque ero. Cùm impia edicta Iuſtinæ Imperatricis Arianæ dictanda mandarentur Benevolo Præfecto, ille negat ſe impia verba proferre poſſe, & contra Deum loqui. Celſior ei honor promittitur, ſi impleret injuncta: Ille qui nobilior in fide eſſe, quàm in honoribus cuperet; Quid mihi, ait, pro impietatis mercede, altiorem promittitis gradũ? hunc ipſum quem habeo, tollite; tantũ mihi conſcientia fidei duret illæſa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientiũ, cingulum jecit. Ruff. lib. 2. cap. 10.

Quanti æſtimarit S. Monica D. Auguſtini mater, donum illud fidei, quo Deus & Divina videtur, teſtantur ejus preces & lachrymæ, quas fudit ad Dominum per novem annos, ut filius à pietate fidei devius, illud conſequi poſſet. Ac in fine vitæ teſtata eſt, quod *propter hoc unum cuperet in hac vita aliquantulum immorari, tametſi nulla alia re in ea delectaretur, ut filium poſſet videre Chriſtianum Catholicum.* Quod conſecuta à Domino, lætiſſima diſceſſit. Atque his potiſſimũ de rebus quidam ſapiẽs, Deo gratias agere ſolitus, *quòd inter Chriſtianos natus, Chriſtianis ſacris à primordio vitæ initiatus, Chriſtianis parentibus ortus, ac Chriſtiana fide ac moribus ab ineunte ætate inſtitutus eſſet.* Eunuchus Reginæ Æthiopum Theſaurarius, poſtquam Philippus eum Chriſtiana fide imbuiſſet, *ibat per viam ſuam gaudens* de tanto ſibi dono collato. Et cuſtos carceris ab Apoſtolo in fide inſtructus, ac baptizatus, *Lætatus eſt*, inq. Luc. *cum omni domo ſua, credẽs Deo.* Lib. 9. conf. cap. 10. Th. Kemp. in ejus vita Actor. 8. Actor. 16.

Vani ſunt omnes, ait Sap. *in quibus non ineſt ſcientia Dei. Alii tantum valuerunt, ut poſſent æſtimare ſeculum;*

Digitized by Google

ſeculum; ſed ejus Dominum minimè invenerunt, & multa vera de creatura dixerunt, & Veritatem creaturæ artificem non cognoverunt. Alii verò Deum ex his quæ videntur cognoſcentes, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis. Nec viam, quæ ad Deum ducit vel reducit invenerunt, & de ſilveſtri cacumine patriam pacis videntes, fruſtrà ad eam per invia conati ſunt. Fides autem Chriſtiana, & patriam monſtrat, ad quam nobis tendendum, & ſimul viam. Unde cum gaudio dicebat David Domino, *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Non ſolùm vitam, quæ poſt corporis mortem ſupereſt beata ac immortalis, ſed etiam vitæ vias. *Cùm me docuiſti fidem, miſericordiam, juſtitiam, caſtitatem, his enim itineribus pervenitur ad ſalutem*, inquit Ambroſius.

Roman. 1. Lib. 7. conf. cap. ult. Pſal. 15. Serm. 74.

Hanc fidem commendans D. Leo; *Magnum*, inquit, *præſidium eſt fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab ullo quicquam, nec minui poteſt, quia niſi una eſt, fides non eſt, dicente Apoſtolo, Unus Dominus, una fides. Huic unitati inconcuſſis mentibus inhærete, & in hac omnem ſectamini ſanctitatem, & in hac præceptis Domini deſervite, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: Et ſine illa nihil ſanctum, nihil caſtum eſt, nihil vivum. Iuſtus enim ex fide vivit: quam qui Diabolo decipiẽte perdiderit, vivens mortuus eſt. Infelix homo*, ait Aug. *qui ſcit illa omnia, te autem (Domine) neſcit: beatus autem qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò & te, & illa novit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolũ beatus eſt, ſi cognoſcens te, ſicut Deũ glorificet & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.*

Serm. 4. de Nat. Epheſ. 4. Heb. 11. Hebr. 10. Lib. 5. conf. cap. 4.

Media autem conſervandi fidem, eaque quibus illa gignitur, nutritur, conſervatur, varia ſunt. Primum

rimum eſt,gratitudo & amor erga illa,ut videlicet, homo de tantis donis,quibus ad æternam ſalutem provehitur, diligenter gratias agat, ea magni faciat, diligat,utatur. Quando enim ingrati ſumus, non æſtimamus,non diligimus dona Dei; nec eis utimur, facilè etiam amittimus. De Philoſophis utcunque illuminatis à Deo, ait Apoſtolus; *Cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Et alibi dicit, quod *quia homines charitatem veritatis non receperunt, mittit illis operationem erroris,ut credant mendacio.* Veriſſima eſt ſententia Salvatoris: *Qui habet*,id eſt, Auguſtino interprete, ea quæ habet amat, æſtimat,iis utitur,de iis gratias agit,*dabitur ei,& abundabit*.Contra, *qui non habet, & quod habet perdet.Grati ergo ſimus ex eo quod habemus*,inquit Aug.*ut addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus.* Rom.1. 2.Theſſ.2. De doct. Chriſt.lib.1 c.1.ſerm. 120.in No. Matth.13. Serm.16.de verb.Apoſt.

Secundum medium, eſt morum emendatio, ac vitæ bonitas. Deus enim in pœnam peccatorum ſolet auferre fidem, prædicationem, Sacramenta, & quæ eò pertinent. *Auferetur à vobis regnum Dei*, dixit Chriſtus Judæis impiis & ſceleratis: ad quod pertinent Sacramenta, ſacrificium, fides, prædicatio veritatis, & ſimilia,& factum eſt ita. Idem ob ſcelera contigit Eccleſiæ Orientali, quæ olim tot inſignes viros protulit,ubi primùm Apoſtoli fidem plantarunt. Idem quoque in noſtro orbe regnis ac provinciis quotidie accidit.Sic minatur Dominus in Script.peccatis hominum; *Emittam famem in terram; non famem panis,neque ſitim aquæ,ſed audiendi verbum Domini*, id eſt, defectum veræ fidei, & doctrinæ ſalutaris; quæ fames ac Matth.21. Amos 8. Auguſt.in Pſalm.7.

inopia

inopia peſſima eſt,etſi pane corporali,& aliis omnibus abundent. Sic minatur vineæ non ferenti
Iſai.5. uvas, ſed labruſcas; *Ponam eam deſertam, non fodietur, non putabitur, & mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam.*

Tertium denique eſt aſſidua & devota oratio. Tanti enim facit Deus orationes noſtras, ut dicat ſeſe per eas quodammodò teneri, ne faciat quod
Exod.32. facere voluerat. *Dimitte,* ait Moyſi, *ut iraſcatur furor meus. Dicendo, Dimitte me, indicat,* inquit Hieron.
In ep. ad Gaudent. *ſe teneri poſſe, ne faciat, quod minatus eſt. Dei*
Iac.5. *enim potentiam, ſervi preces impediebant.* Helias oratione impetravit, ut cœlum daret pluviam, & terra daret fructum ſuum. Sic ſancti ſuis precibus impetrant à Deo, ut prædicatores dent pluviam doctrinæ ſalutaris, ut terra ſic irrigata det fructum ſuum pietatis, miſericordiæ, caſtitatis, juſtitiæ, &c. Orent ergo Chriſtiani, adhuc fidem, ejuſque do-
Hier.14. ctrinam, ac cætera eò pertinentia habentes; *Tu autem in nobis es, Domine, & nomen ſanctum tuum in-*
Lucæ 24. *vocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos Domine Deus noſter.* Et: *Manè nobiſcum Domine, quoniam ad-*
Pſal.70. *veſperaſcit*; accedente enim fine ſeculi, irruunt te-
1.Cor.10. nebræ errorum & peccatorum. Et; *Ne projicias me*
1.Ioan.2. *in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Senuit jam Eccleſia, eſt enim noviſſima mundi ætas, ideoque tot malis oppreſſa jacet, orandus diligenter Dominus, ne eis ſuccumbat.

Digitized by Google

MONITUM CI.

Grave jugum ſuper filios Adam.

Eccleſiaſt. 40.

IN *hac vita*, inquit S.Aug. *uſque adeò valet quod ſcriptum eſt, Grave jugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium, ut etiam videamus parvulos poſt lavacrum regenerationis diverſorum malorum afflictione cruciari, ut intelligamus totum quod ſalutaribus agitur Sacramentis, magis ad ſpem futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel adeptionem præſentium pertinere.* Et rurſum: *Hanc vitam, de qua ſcriptum eſt, Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram? In qua quotidie clamamus ad Dominum, Libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis, quamvis ut in eam veniret miſeriam, primùm fuerit cauſa peccatum. Productior eſt enim pœna quàm culpa, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Itaque temporaliter hominem detinet pœna, quem ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa, vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ*, inquit Aug.

Ench.c.66 Eccleſ.40. Tract.ult. in Ioan. Iob 7. Matth. 6.

Prima ergo utilitas remanentis pœnæ eſt, ut demonſtretur homini debita miſeria, & peccati admiſſi magnitudo, quo omnium hominum infecta ac depravata natura eſt. Illud ante oculos habere debet, odiſſe ac deteſtari, ob quod, tam benè creatus, animo ſcilicet omninò recto, corpore ſano & valido.

Ibidem.

validò, nulli miſeriæ ſubjecto, à neceſſitate moriendi prorſus immuni, in tantas animæ & corporis miſerias incidit. Ait David; *Sagitta tuæ*, id eſt, flagella & punitiones tuæ, *infixæ ſunt mihi*, id eſt, ſunt in me. Recenſet autem duplices, animæ & corporis: *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Duplex in carne ægritudo, mortalitatis, & concupiſcentiæ malæ; utraque ex peccato, & ira Dei. *Non eſt pax oſſibus meis*, id eſt, viribus animæ, à facie peccatorum meorum. Si intellectus videat quid agendum, non vult voluntas. Si velit voluntas, mēs cæca eſt, non videt quid agendum: animus recordatur ſæpe, quod mens refugit: voluntas rejicit, obliviſcitur quæ nollet. Unde Themiſtocles, cùm ei Simonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur: *Oblivionis*, inquit, *mallem; nam memini etiam quæ nolo: obliviſci non poſſum, quæ volo.*

Pſalm. 37. Ibi D. Aug. Cicero lib. 2. de finib.

Circumfert homo, ait D. Aug. *mortalitatem ſuam teſtimonium peccati ſui: teſtimonium, quia ſuperbis Deus reſiſtit.* Etiam rebellans concupiſcentia teſtimonium peccati eſt; *in ea enim ſimilis inobedientiæ pœna retributa eſt*, ut idem aſſerit, *quòd inobediens motus in carne, ex motu inobedientis animæ exortus eſt.* *Quamvis autem ex una cauſa omnium hominum ſit orta mortalitas*, inquit S. Proſp. *non in unam tamen, ſed in multiplicem infirmitatem corruptibilis natura diſtrahitur. Sicut unicuique Deus ſuum ortum, quo venit in mundum; & ſuum occaſum, quo exit è mundo, præordinavit, ita & modum atque menſuram miſeriæ, dum vivit in mundo. Inſcrutabile autem eſt, cur tantis differentiis humana conditio varietur. Omnes tamen in omnia mala per communem conditionē inciderent, ſed Deus quædam miſericors remittit, quædam*

Lib. 1. conf. cap. 1. De civit. lib. 13. c. 15. Lib. 2. de voc. gent. cap. 21. 22.

Digitized by Google

dam juſtus exigit, ait idem Proſp. Rectè D. Bern. Ibidem.
Laborante corpore, anima quoque ſuo intenta ſit operi. Cauſam laboris cogitet in labore: & dum videt vulnerum ligaturas, ipſa ſub pannis vulnera meditetur. Sicque humiliet ſe, & miſerabilem exhibeat coram oculis miſericordiæ Domini. Ita Michæas Propheta; *Iram Domini portabo, quia peccavi ei, donec cauſam meam judicet, & faciat juditium meum.* Mich. 7.
Et David, *Priuſquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquium tuum cuſtodivi.* Pſalm. 118.

Altera utilitas eſt emēdatio labilis vitæ. Sic enim expiantur peccata vitæ prioris, vel nævi intercurrentes corriguntur, & quæ admitti poterant, compeſcuntur. Orabat David, *Da nobis auxilium de tribulatione*, fac ut ipſa tribulatio nobis proſit ad purganda vel ad vitanda peccata, ad facienda bona. Quam utilitatem expertus; *Bonum mihi*, inq. Domino, *quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.* Quam tribulationis utilitatem illi perdunt, qui miſeri ſunt vel fiunt, & mali permanent. *Deus*, inq. Greg. *pravidens quoſdam multùm peccare poſſe, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent; ut eis utilius ſit frangi languoribus ad ſalutem, quàm remanere incolumes ad damnationem.* Et; *Plerumque adverſitatis magiſterio ſub diſciplina animus premitur, & qui priùs extra ſe in elationem ducebatur, cui ſit conditioni ſubditus, ex percuſſa, quam ſuſtinet, carne recordatur.* Refert Plutarchus de Antigono Rege, quod amicis morbum quo laborabat deplorantibus, dixerit: *Hic morbus admonuit nos ne efferremur, cùm ſimus mortales.* Et Alexander Magnus accepto ex muro vulnere: *Omnes*, inquit, *jurant, me filium eſſe Iovis, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat.*

Pſalm. 118. Aug. lib. 1. c. 33. civit. Part. 1. c. 3. & part. 3. adm. 13. Paſtor. Plut. in Apophtheg. Seneca epiſt. 60.

D. Aug.

Seneca epiſt.66.
De catech. rudib.c.17.
Li.7.epiſt.

D. Aug. volens oſtendere inanitatem voluptatum hujus ſeculi; *Vel una febricula*, inq. *aufert omnia iſta mundana gaudia. Quem infirmum*, ait Plinius, *aut avaritia, aut libido ſollicitat? non amoribus ſervit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, ut relicturus, ſatis habet. Tunc Deum cogitat, tunc hominem ſe eſſe meminit. Invidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis, aut attendit, aut alitur: balnea potius imaginatur & fontes.* Ita Plinius. Cùm Nazianzenus coram Baſilio ægrotante explicaret pſal. LXXII. in hanc vocem erupit; *Gratias tibi ago, Pater, ô conditor hominũ tuorum, quòd nos etiã invitos rectè fingis, & per externum hominem internum purgas, & per adverſa ad beatum nos finem perducis. Res ſecundæ*, inq. Greg. *ſæpius per tumorem cor inquinant; adverſæ verò cor per dolorem purgant. In illis ſe animus erigit, in his etiam quando ſe erexerat, ſternit. In illis ſe homo obliviſcitur, in his ad ſui memoriam, etiam nolens & coactus revocatur. In illis ſæpe anteacta bona depereunt, in his longi quoque temporis admiſſa terguntur, & quæ admitti poterant compeſcuntur.*

Baſil. epiſt. 120.
Vide Baron.to.4.
In Paſt. part.1. c.3.

Tertia utilitas eſt exercitatio neceſſariæ patientiæ, quæ exercita roboratur & augetur, & aucta magis coronatur. *Patiẽtia vobis neceſſaria eſt*, ait Apoſt. ob varia & innumera mala, quibus hæc vita obnoxia eſt. Diſtinguit Aug. duo hujus vitæ mala. *Quædam per continentiã expugnanda*, ut concupiſcentiæ malæ. *Quædam per patientiam toleranda*, ut omnis generis miſeriæ. Et alibi inquit, *Duo ſunt quæ in hac vita veluti laborioſa præcipiuntur à Domino; Continere & Suſtinere: Iubemur enim continere ab his quæ in hoc mundo dicuntur bona; & ſuſtinere, quæ in hoc mundo*

Heb.10.
Cont. Iul. lib.5. cap.4.
Ser.34. in novis.

mundo dicuntur bona; & ſuſtinere, quæ in hoc mundo abundant mala, illa continentia, iſta ſuſtinentia vocatur. Virtutum munera otioſa eſſe non poſſunt, ait D. Proſp. *Non enim ad hoc datur continentia, ut concupiſcentiis non repugnet: nec ideo quippe tribuitur ſapientia, & intellectus, ut non die ac nocte in lege Domini meditetur. Quid agit donum dilectionis, ſi benevolentiæ ſolicitudo non vigilet? Quis fructus eſt patientiæ, ſi non habeat fortitudo quod toleret? aut quomodo in Chriſto piè vivere oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur?* Ita Proſp. Denique D. Auguſt. *Cæcitati cordis*, inquit, *debet reſiſtere ſcientia, libidini continentia; eam verò pœnam, quæ nec error eſt, nec libido, debet tolerare patientia*; ut ita exerceatur ac probetur, cui exercitatæ probatæque clarior merces uberiorque ſervatur. Lib 2. c. 35. de voc. gẽt. Lib. 4. c. 5. cont. Iulia.

Adde quartam utilitatem, ut ſeculum hoc nobis amareſcat & vileſcat, quibus ſi voluptates tantum peperiſſet, facilè in contemptum veniſſet cœleſtis vita. In cœlo ſiquidem regnum & vitam nobis meliorem præparavit, ac jucundiorem. Sed quis eam expeteret, ad eamque anhelaret, ſi hîc poſſet ſine ulla afflictione vivere? Quærebat Aug. adhuc carni & mundo deditus, *Si eſſemus immortales, & in perpetua corporis voluptate ſine ullo amiſſionis terrore viveremus, cur non eſſemus beati, aut quid aliud quæreremus? Sed ideò tu, Domine*, inquit, *miſericorditer ſæviebas, & amariſſimis aſpergebas offenſionibus omnes illicitas jocunditates meas, ut ita quærerem ſine offenſione jocundari, & ubi hoc poſſem, non invenirem quicquam præter te, Domine, præter te qui fingis dolorem in præcepto, & percutis ut ſanes, & occidis nos, ne moriamur abs te.* Voluit itaque hanc vitam nobis ama- Lib. 6. cõf. cap. ult. Lib. 2. conf. cap. 2.

reſcere, ut dulceſcere ampliùs illa poſſet; avidiuſque à nobis peteretur,& benefaciendo vigilantiùs quæreretur. *Moleſtiæ,* inq. Aug. *cùm in hujus vitæ* Epiſt.144. *fragilitate crebreſcunt, æternam requiem nos deſiderare compellunt. Mundus quippe iſte periculoſior eſt blandus quàm moleſtus; & magis cavendus, cùm ſe illicit diligi, quàm cùm admonet, cogitque contemni.* Et Sent.186. rurſum: *Non conqueratur homo, quando in his quæ juſtè poſſidet, patitur aliquas adverſitates: per amaritudinem enim inferiorum docetur homo amare meliora, ne viator tendens ad patriam, ſtabulũ pro domo eligat.*

MONITUM CII.

Nemo poteſt duobus dominis ſervire.

Matth. 6.

DIcit D.Aug. *Duas in toto mundo civitates faciunt duo amores; Hieruſalem facit amor Dei,* Sent.221. apud Proſ. *Babyloniã amor ſeculi. Interroget ergo ſe quiſque quid amet, & inveniet unde ſit civis.* Et rurſum; *Cives terrenæ civitatis parit peccato vitiata natura, qui ſunt vaſa iræ. Cives verò cœleſtis patriæ parit à peccato na-* Sent.156. *turam liberans gratia, qui ſunt vaſa miſericordiæ.* Qui ergo vult noſſe unde ſit civis, interroget ſe, inquit Aug. quid amet. *Rationabilis enim animus,* ait Leo, *qui ſine dilectione eſſe nõ poteſt, aut Dei amator eſt, aut* Serm.5.de jeiun.7. menſ. *mundi: Si mundi amator eſt, civis eſt Babylonis; ſi Dei, Hieruſalem.* Etſi ergo nemo poteſt duobus dominis ſervire, neceſſe eſt tamẽ, omnem hominem, aut Dei ſervum eſſe, aut Diaboli. *Qui enim noluerit ſervire charitati,* ait Aug. *neceſſe eſt, ut ſerviat iniquitati.* In pſal.18. Non inde tamen ſequitur, boni hominis omnia

opera

opera eſſe bona; mali mala : cûm conſtet & juſtos peccare venialiter, & injuſtos non pauca laudabiliter peragere. Non enim in omni hominis mali opere ſe exerit regnans cupiditas, nec in omni boni hominis opere dominans charitas.

Sed unde ſciet homo quid amet? Sanctè & eleganter Fulgent. *Vis noſſe, inq. ubi eſt theſaurus tuus? attende, quid ames. Vis noſſe quid ames? attende quid cogites, hoc eſt enim, Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Pulchrè quidam Sapiens: *Ibi, inq. eſt frequenter cogitatio mea, ubi eſt quod amo. Hoc mihi citò occurrit, quod naturaliter delectat, aut ex uſu placet: Unde veritas apertè dixit; Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Si cœlum diligo, de cœleſtibus libenter penſo; ſi mundum amo, felicitatibus mundi congaudeo, & de adverſitatibus ejus triſtor. Si carnem diligo, quæ carnis ſunt, ſæpiſſimè imaginor. Si ſpiritum amo, de ſpiritualibus cogitare delector. Quæcunque enim diligo, de his libenter loquor & audio, atque talium imagines ad domum mecum reporto.* Hom. de Confeſſ. Matth. 6. Tho. Kemp lib. 3. c. 53. Matth. 6.

Harum autem civitatum, de quibus antè duas differentias dat Sapiens, quas benè explicat Auguſtinus de Civitate Dei; una ſumitur ex ipſis Regibus. In Babylonia enim rex puer eſt, vel adoleſcens, ut Auguſtinus legit, Diabolum ita vocans, ob vitia huic ætati convenientia, ut ſunt, temeritas, ſuperbia, ſtultitia, petulantia, & alia quibus hæc ætas ſolet abundare. In Jeruſalem autem Rex nobilis eſt, ſeu Princeps ingenuorum, ſanctorum videlicet Patriarcharum, pertinentium ad liberam civitatem, ex quibus eſt in carne progenitus. *Quomodo autem dies & nox miſceri nequeunt,* ait Divus Hieronymus, *ſic nec juſtitia & iniquitas,* Eccleſ. 10. Lib. 17. cap. 20. Lib. 17. cap. 20. Lib. 1. in 80. Iovinia. ad

mentis obnubilant, abſtergenda ſunt ſedulò, & quadam elimatione radenda: & omni circumſpectione præcavendum, ne ulla eam macula iniquitatis obfuſcet, aut duplicis cordis ruga dedecoret, inquit S. Leo.

Ser. 3. de Quadrag.

MONITUM C.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis.

Lucæ 10.

OPtimum hominis bonum, ac præcipuum Dei erga eum beneficium eſt, quòd videat, quòd oculos habeat nō corporis, ſed cordis, quòd Chriſtianus ſit, quòd fidem habeat per charitatem operantem. Fides enim lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ. *Quæ prima datur, ut per illam cætera impetrentur*, quæ ad juſtitiam & vitam pertinent. In illa omnes Chriſtiani facultates & copiæ: ideoque etſi omnia alia perdat, modò illam retineat, nihil, aut parum perdit. *Amiſerunt omnia*, inq. D. Aug. *quæ habebant*, (Chriſtiani, videlicet, in iſta vaſtatione Urbis Romæ per Gothos.) *Nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioris hominis bona, qui eſt ante Deum dives? Hæ ſunt opes Chriſtianorum, quibus opulentus dicebat Apoſtolus; Eſt autem quæſtus magnus pietas cum ſufficientia.* Dicit Oroſius. *Nihil perdidi, ubi nihil amavi; totumque habeo, quando is quem diligo mecum eſt.* lib. 5. c. 2. *habitat autem per fidem in cordibus noſtris.*

Aug. de prædeſt. Sanct. c. 7.

Aug. lib. 1. cap. 10. de Civit.

1. Pet. 3.

Tim. 6.

Epheſ. 3.

Scribit de fratre ſuo Cæſario Greg. Nazianz. quod *inter dignitates & honores, quibus apud Imp. Iulianum pollebat, illud præcipuum ducebat, quod Chriſtianus eſſet ac haberetur, idque tanti æſtimabat,*

In orat. funebri Cæſ. frat.

quod

quod præ hoc uno reliqua omnia in unum congeſta, ludi & nugarum inſtar haberet: unde & illa omnia deponere maluit, ne illud amitteret, dicens Iuliano, Chriſtianus ſum, ſemperque ero. Cùm impia edicta Iuſtinæ Imperatricis Arianæ dictanda mandarentur Benevolo Præfecto, ille negat ſe impia verba proferre poſſe, & contra Deum loqui. Celſior ei honor promittitur, ſi impleret injuncta: Ille qui nobilior in fide eſſe, quàm in honoribus cuperet; Quid mihi, ait, pro impietatis mercede, altiorem promittitis gradũ? hunc ipſum quem habeo, tollite; tantũ mihi conſcientia fidei duret illæſa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientiũ, cingulum jecit. Ruff. lib. 2. cap. 10.

Quanti æſtimarit S. Monica D. Auguſtini mater, donum illud fidei, quo Deus & Divina videtur, teſtantur ejus preces & lachrymæ, quas fudit ad Dominum per novem annos, ut filius à pietate fidei devius, illud conſequi poſſet. Ac in fine vitæ teſtata eſt, quod *propter hoc unum cuperet in hac vita aliquantulum immorari, tametſi nulla alia re in ea delectaretur, ut filium poſſet videre Chriſtianum Catholicum*. Quod conſecuta à Domino, lætiſſima diſceſſit. Atque his potiſſimũ de rebus quidam ſapiẽs, Deo gratias agere ſolitus, *quòd inter Chriſtianos natus, Chriſtianis ſacris à primordio vitæ initiatus, Chriſtianis parentibus ortus, ac Chriſtiana fide ac moribus ab ineunte ætate inſtitutus eſſet.* Eunuchus Reginæ Æthiopum Theſaurarius, poſtquam Philippus eum Chriſtiana fide imbuiſſet, *ibat per viam ſuam gaudens* de tanto ſibi dono collato. Et cuſtos carceris ab Apoſtolo in fide inſtructus, ac baptizatus, *Lætatus eſt*, inq. Luc. *cum omni domo ſua, credẽs Deo.* Lib. 9. conf. cap. 10. Th. Kemp. in ejus vita Actor. 8. Actor. 16.

Vani ſunt omnes, ait Sap. *in quibus non ineſt ſcientia Dei. Alii tantum valuerunt, ut poſſent æſtimare ſeculum;*

ſeculum; ſed ejus Dominum minimè invenerunt, & multa vera de creatura dixerunt, & Veritatem creaturæ artificem non cognoverunt. Alii verò Deum ex his quæ videntur cognoſcentes, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis. Nec viam, quæ ad Deum ducit vel reducit invenerunt, & de ſilveſtri cacumine patriam pacis videntes, fruſtrà ad eam per invia conati ſunt. Fides autem Chriſtiana, & patriam monſtrat, ad quam nobis tendendum, & ſimul viam. Unde cum gaudio dicebat David Domino, *Notas mihi feciſti vias vitæ.* Non ſolùm vitam, quæ poſt corporis mortem ſupereſt beata ac immortalis, ſed etiam vitæ vias. *Cùm me docuiſti fidem, miſericordiam, juſtitiam, caſtitatem, his enim itineribus pervenitur ad ſalutem*, inquit Ambroſius.

Roman. 1. Lib. 7. conf. cap. ult. Pſal. 15. Serm. 74.

Hanc fidem commendans D. Leo; *Magnum*, inquit, *præſidium eſt fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab ullo quicquam, nec minui poteſt, quia niſi una eſt, fides non eſt, dicente Apoſtolo, Unus Dominus, una fides. Huic unitati inconcuſſis mentibus inhærete, & in hac omnem ſectamini ſanctitatem, & in hac præceptis Domini deſervite, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: Et ſine illa nihil ſanctum, nihil caſtum eſt, nihil vivum. Iuſtus enim ex fide vivit: quam qui Diabolo decipiẽte perdiderit, vivens mortuus eſt. Infelix homo,* ait Aug. *qui ſcit illa omnia, te autem (Domine) neſcit: beatus autem qui te ſcit, etiamſi illa neſciat. Qui verò & te, & illa novit, non propter illa beatior, ſed propter te ſolũ beatus eſt, ſi cognoſcens te, ſicut Deũ glorificet & gratias agat, & non evaneſcat in cogitationibus ſuis.*

Serm. 4. de Nat. Epheſ. 4. Heb. 11. Hebr. 10. Lib. 5. conf. cap. 4.

Media autem conſervandi fidem, eaque quibus illa gignitur, nutritur, conſervatur, varia ſunt. Primum

mum eſt, gratitudo & amor erga illa, ut videlicet, homo de tantis donis, quibus ad æternam ſalutem provehitur, diligenter gratias agat, ea magni faciat, diligat, utatur. Quando enim ingrati ſumus, non æſtimamus, non diligimus dona Dei; nec eis utimur, facilè etiam amittimus. De Philoſophis utcunque illuminatis à Deo, ait Apoſtolus; *Cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Et alibi dicit, quod *quia homines charitatem veritatis non receperunt, mittit illis operationem erroris, ut credant mendacio.* Veriſſima eſt ſententia Salvatoris: *Qui habet*, id eſt, Auguſtino interprete, ea quæ habet amat, æſtimat, iis utitur, de iis gratias agit, *dabitur ei, & abundabit.* Contra, *qui non habet, & quod habet perdet. Grati ergo ſimus ex eo quod habemus*, inquit Aug. *ut addatur quod non habemus, & non perdamus quod habemus.* Rom. 1. 2. Theſſ. 2. De doct. Chriſt. lib. 1 c. 1. ſerm. 120. in No. Matth. 13. Serm. 16. de verb. Apoſt.

Secundum medium, eſt morum emendatio, ac vitæ bonitas. Deus enim in pœnam peccatorum ſolet auferre fidem, prædicationem, Sacramenta, & quæ eò pertinent. *Auferetur à vobis regnum Dei*, dixit Chriſtus Judæis impiis & ſceleratis: ad quod pertinent Sacramenta, ſacrificium, fides, prædicatio veritatis, & ſimilia, & factum eſt ita. Idem ob ſcelera contigit Eccleſiæ Orientali, quæ olim tot inſignes viros protulit, ubi primùm Apoſtoli fidem plantarunt. Idem quoque in noſtro orbe regnis ac provinciis quotidie accidit. Sic minatur Dominus in Script. peccatis hominum; *Emittam famem in terram; non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini*, id eſt, defectum veræ fidei, & doctrinæ ſalutaris; quæ fames ac Matth. 21. Amos 6. Auguſt. in Pſalm. 7.

inopia

inopia peſſima eſt, etſi pane corporali, & aliis omnibus abundent. Sic minatur vineæ non ferenti uvas, ſed labruſcas; *Ponam eam deſertam, non fodietur, non putabitur, & mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam.*

Iſai. 5.

Tertium denique eſt aſſidua & devota oratio. Tanti enim facit Deus orationes noſtras, ut dicat ſeſe per eas quodammodò teneri, ne faciat quod facere voluerat. *Dimitte*, ait Moyſi, *ut iraſcatur furor meus. Dicendo, Dimitte me, indicat*, inquit Hieron. *ſe teneri poſſe, ne faciat, quod minatus eſt. Dei enim potentiam, ſervi preces impediebant.* Helias oratione impetravit, ut cœlum daret pluviam, & terra daret fructum ſuum. Sic ſancti ſuis precibus impetrant à Deo, ut prædicatores dent pluviam doctrinæ ſalutaris, ut terra ſic irrigata det fructum ſuum pietatis, miſericordiæ, caſtitatis, juſtitiæ, &c. Orent ergo Chriſtiani, adhuc fidem, ejuſque doctrinam, ac cætera eò pertinentia habentes; *Tu autem in nobis es, Domine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos Domine Deus noſter.* Et: *Manè nobiſcum Domine, quoniam adveſperaſcit*; accedente enim fine ſeculi, irruunt tenebræ errorum & peccatorum. Et; *Ne projicias me in tempore ſenectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Senuit jam Eccleſia, eſt enim noviſſima mundi ætas, ideoque tot malis oppreſſa jacet, orandus diligenter Dominus, ne eis ſuccumbat.

Exod. 32.
In ep. ad Gaudent.
Iac. 5.
Hier. 14.
Lucæ 24.
Pſal. 70.
1. Cor. 10.
1. Ioan. 2.

MONI

MONITUM CI.

Grave jugum ſuper filios Adam.

Eccleſiaſt. 40.

IN hac vita, inquit S. Aug. *uſque adeò valet quod ſcriptum eſt, Grave jugum ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium, ut etiam videamus parvulos poſt lavacrum regenerationis diverſorum malorum afflictione cruciari, ut intelligamus totum quod ſalutaribus agitur Sacramentis, magis ad ſpem futurorum bonorum, quàm ad retentionem vel adeptionem præſentium pertinere.* Et rurſum: *Hanc vitam, de qua ſcriptum eſt, Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram? In qua quotidie clamamus ad Dominum, Libera nos à malo, cogitur homo tolerare etiam remiſſis peccatis, quamvis ut in eam veniret miſeriam, primùm fuerit cauſa peccatum. Productior eſt enim pœna quàm culpa, ne parva putaretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Itaque temporaliter hominem detinet pœna, quem ad damnationem ſempiternam reum non detinet culpa, vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ,* inquit Aug.

Ench. c. 66 Eccleſ. 40. Tract. ult. in Ioan. Iob 7. Matth. 6.

Prima ergo utilitas remanentis pœnæ eſt, ut demonſtretur homini debita miſeria, & peccati admiſſi magnitudo, quo omnium hominum infecta ac depravata natura eſt. Illud ante oculos habere debet, odiſſe ac deteſtari, ob quod, tam benè creatus, animo ſcilicet omninò recto, corpore ſano & validò. Ibidem.

Digitized by Google

validò, nulli miſeriæ ſubjecto, à neceſſitate moriendi prorſus immuni, in tantas animæ & corporis miſerias incidit. Ait David; *Sagitta tuæ*, id eſt, flagella & punitiones tuæ, *infixa ſunt mihi*, id eſt, ſunt in me. Recenſet autem duplices, animæ & corporis: *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.* Duplex in carne ægritudo, mortalitatis, & concupiſcentiæ malæ; utraque ex peccato, & ira Dei. *Non eſt pax oſſibus meis*, id eſt, viribus animæ, à facie peccatorum meorum. Si intellectus videat quid agendum, non vult voluntas. Si velit voluntas, mẽs cæca eſt, non videt quid agendum: animus recordatur ſæpe, quod mens refugit: voluntas rejicit, obliviſcitur quæ nollet. Unde Themiſtocles, cùm ei Simonides, aut quis alius, artem memoriæ polliceretur: *Oblivionis*, inquit, *mallem*; *nam memini etiam quæ nolo: obliviſci non poſſum, quæ volo.*

Pſalm. 37. Ibi D. Aug.

Cicero lib. 2. de finib.

Circumfert homo, ait D. Aug. *mortalitatem ſuam teſtimonium peccati ſui: teſtimonium, quia ſuperbis Deus reſiſtit.* Etiam rebellans concupiſcentia teſtimonium peccati eſt; *in ea enim ſimilis inobedientiæ pœna retributa eſt*, ut idem aſſerit, *quòd inobediens motus in carne, ex motu inobedientis animæ exortus eſt. Quamvis autem ex una cauſa omnium hominum ſit orta mortalitas*, inquit S. Proſp. *non in unam tamen, ſed in multiplicem infirmitatem corruptibilis natura diſtrahitur. Sicut unicuique Deus ſuum ortum, quo venit in mundum; & ſuum occaſum, quo exit è mundo, præordinavit; ita & modum atque menſuram miſeriæ, dum vivit in mundo. Inſcrutabile autem eſt, cur tantis differentiis humana conditio varietur. Omnes tamen in omnia mala per communem conditionẽ inciderent, ſed Deus quadam miſericors remittit, quædam*

Lib. 1. conf. cap. 1.

De civit. lib. 13. c. 15.

Lib. 2. de voc. gent. cap. 21. 22.

Digitized by Google

dam juſtus exigit, ait idem Proſp. Rectè D. Bern. Ibidem.
Laborante corpore, anima quoque ſuo intenta ſit operi. Cauſam laboris cogitet in labore: & dum videt vulnerum ligaturas, ipſa ſub pannis vulnera meditetur. Sicque humiliet ſe; & miſerabilem exhibeat coram oculis miſericordiæ Domini. Ita Michæas Propheta; *Iram Domini portabo, quia peccavi ei, donec cauſam meam judicet, & faciat judicium meum.* Et David, *Priuſquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquium tuum cuſtodivi.* Mich. 7. Pſalm. 118.

Altera utilitas eſt emēdatio labilis vitæ. Sic enim expiantur peccata vitæ prioris, vel nævi intercurrentes corriguntur, & quæ admitti poterant, compeſcuntur. Orabat David, *Da nobis auxilium de tribulatione*, fac ut ipſa tribulatio nobis proſit ad purganda vel ad vitanda peccata, ad facienda bona. Quam utilitatem expertus; *Bonum mihi*, inq. Domino, *quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.* Quam tribulationis utilitatem illi perdunt, qui miſeri ſunt vel fiunt, & mali permanent. *Deus*, inq. Greg. *pravidens quoſdam multùm peccare poſſe, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccent; ut eis utilius ſit frangi languoribus ad ſalutem, quàm remanere incolumes ad damnationem.* Et; *Plerumque adverſitatis magiſterio ſub diſciplina animus premitur, & qui priùs extra ſe in elationem ducebatur, cui ſit conditioni ſubditus, ex percuſſa, quam ſuſtinet, carne recordatur.* Refert Plutarchus de Antigono Rege, quod amicis morbum quo laborabat deplorantibus, dixerit: *Hic morbus admonuit nos ne efferremur, cùm ſimus mortales.* Et Alexander Magnus accepto ex muro vulnere: *Omnes*, inquit, *jurant, me filium eſſe Iovis, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat.* Pſalm. 118. Aug. lib. 1. c. 33. civit. Part. 1. c. 3. & part. 3. adm. 13. Paſtor. Plut. in Apophtheg. Seneca epiſt. 60.

D. Aug.

Seneca epiſt.66. De catech. rudib.c.17. Li.7.epiſt.

D.Aug.volens oſtendere inanitatem voluptatum hujus ſeculi; *Vel una febricula*, inq. *aufert omnia iſta mundana gaudia. Quem infirmum*, ait Plinius, *aut avaritia, aut libido ſollicitat? non amoribus ſervit, non appetit honores, opes negligit, & quantulumcunque, ut relicturus, ſatis habet. Tunc Deum cogitat, tunc hominem ſe eſſe meminit. Invidet nemini, neminem miratur, neminem deſpicit, ac ne ſermonibus quidem malignis, aut attendit, aut alitur: balnea potiùs imaginatur & fontes.* Ita Plinius. Cùm Nazianzenus coram Baſilio ægrotante explicaret pſal.LXXII. in hanc vocem erupit; *Gratias tibi ago, Pater, ô conditor hominũ tuorum, quòd nos etiã invitos rectè fingis, & per externum hominem internum purgas, & per adverſa ad beatum nos finem perducis. Res ſecundæ*, inq. Greg. *ſæpius per tumorem cor inquinant; adverſæ verò cor per dolorem purgant. In illis ſe animus erigit, in his etiam quando ſe erexerat, ſternit. In illis ſe homo obliviſcitur, in his ad ſui memoriam, etiam nolens & coactus revocatur. In illis ſæpe anteacta bona depereunt, in his longi quoque temporis admiſſa terguntur, & quæ admitti poterant compeſcuntur.*

Baſil. epiſt. 120. Vide Baron.to.4.

In Paſt. part.1. c.3.

Tertia utilitas eſt exercitatio neceſſariæ patientiæ, quæ exercita roboratur & augetur, & aucta magis coronatur. *Patiẽtia vobis neceſſaria eſt*, ait Apoſt. ob varia & innumera mala, quibus hæc vita obnoxia eſt. Diſtinguit Aug. duo hujus vitæ mala. *Quædam per continentiã expugnanda*, ut concupiſcentiæ malæ. *Quædam per patientiam toleranda*, ut omnis generis miſeriæ. Et alibi inquit, *Duo ſunt quæ in hac vita veluti laborioſa præcipiuntur à Domino; Continere & Suſtinere: Iubemur enim continere ab his quæ in hoc mundo dicuntur bona; & ſuſtinere, quæ in hoc mundo*

Heb.10. Cont.Iul. lib.5.cap.4.

Ser.34. in novis.

mundo dicuntur bona; & ſuſtinere, quæ in hoc mundo abundant mala, illa continentia, iſta ſuſtinentia vocatur. Virtutum munera otioſa eſſe non poſſunt, ait D. Proſp. *Non enim ad hoc datur continentia, ut concupiſcentiis non repugnet: nec ideo quippe tribuitur ſapientia, & intellectus, ut non die ac nocte in lege Domini meditetur. Quid agit donum dilectionis, ſi benevolentiæ ſolicitudo non vigilet? Quis fructus eſt patientiæ, ſi non habeat fortitudo quod toleret? aut quomodo in Chriſto piè vivere oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur?* Ita Proſp. Denique D. Auguſt. *Cæcitati cordis*, inquit, *debet reſiſtere ſcientia, libidini continentia; eam verò pœnam, quæ nec error eſt, nec libido, debet tolerare patientia*, ut ita exerceatur ac probetur, cui exercitatæ probatæque clarior merces uberiorque ſervatur. Lib 2. c.35. de voc.gēt. Lib.4.c.5. cont.Iulia.

Adde quartam utilitatem, ut ſeculum hoc nobis amareſcat & vileſcat, quibus ſi voluptates tantum peperiſſet, facilè in contemptum veniſſet cœleſtis vita. In cœlo ſiquidem regnum & vitam nobis meliorem præparavit, ac jucundiorem. Sed quis eam expeteret, ad eamque anhelaret, ſi hîc poſſet ſine ulla afflictione vivere? Quærebat Aug. adhuc carni & mundo deditus, *Si eſſemus immortales, & in perpetua corporis voluptate ſine ullo amiſſionis terrore viveremus, cur non eſſemus beati, aut quid aliud quæreremus? Sed ideò tu, Domine*, inquit, *miſericorditer ſæviebas, & amariſſimis aſpergebas offenſionibus omnes illicitas jocunditates meas, ut ita quærerem ſine offenſione jocundari, & ubi hoc poſſem, non invenirem quicquam præter te, Domine, præter te qui fingis dolorem in præcepto, & percutis ut ſanes, & occidis nos, ne moriamur abs te.* Voluit itaque hanc vitam nobis amareſcere, Lib.6.cōf. cap.ult. Lib.2. conf. cap.2.

reſcere, ut dulceſcere ampliùs illa poſſet; avidiuſque à nobis peteretur,& benefaciendo vigilantiùs quæreretur. *Moleſtiæ,* inq. Aug. *cùm in hujus vitæ*
Epiſt.144. *fragilitate crebreſcunt,æternam requiem nos deſiderare compellunt. Mundus quippe iſte periculoſior eſt blandus quàm moleſtus; & magis cavendus,cùm ſe illicit diligi,quàm cùm admonet,cogitque contemni.* Et
Sent.186. rurſum: *Non conqueratur homo, quando in his quæ juſtè poſſidet,patitur aliquas adverſitates:per amaritudinem enim inferiorum docetur homo amare meliora, ne viator tendens ad patriam,ſtabulũ pro domo eligat.*

MONITUM CII.

Nemo poteſt duobus dominis ſervire.

Matth. 6.

DIcit D.Aug. *Duas in toto mundo civitates faciunt duo amores; Hieruſalem facit amor Dei,*
Sent.221. apud Proſ. *Babyloniã amor ſeculi.Interroget ergo ſe quiſque quid amet,& inveniet unde ſit civis.* Et rurſum; *Cives terrenæ civitatis parit peccato vitiata natura, qui ſunt vaſa iræ.Cives verò cœleſtis patriæ parit à peccato na-*
Sent:156. *turam liberans gratia,qui ſunt vaſa miſericordiæ.* Qui ergo vult noſſe unde ſit civis,interroget ſe, inquit Aug.quid amet. *Rationabilis enim animus,* ait Leo, *qui ſine dilectione eſſe nõ poteſt,aut Dei amator eſt,aut*
Serm.5.de jeiun.7. menſ. *mundi.Si mundi amator eſt,civis eſt Babylonis;ſi Dei, Hieruſalem.* Etſi ergo nemo poteſt duobus dominis ſervire,neceſſe eſt tamẽ,omnem hominem, aut Dei ſervum eſſe,aut Diaboli. *Qui enim noluerit ſervire charitati,* ait Aug. *neceſſe eſt, ut ſerviat iniquitati.*
In pſal.18. Non inde tamen ſequitur, boni hominis omnia opera

opera eſſe bona; mali mala: cùm conſtet & juſtos peccare venialiter, & injuſtos non pauca laudabiliter peragere. Non enim in omni hominis mali opere ſe exerit regnans cupiditas, nec in omni boni hominis opere dominans charitas.

Sed unde ſciet homo quid amet? Sanctè & eleganter Fulgent. *Vis noſſe, inq. ubi eſt theſaurus tuus? attende, quid ames. Vis noſſe quid ames? attende quid cogites, hoc eſt enim; Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Pulchrè quidam Sapiens: *Ibi, inq. eſt frequenter cogitatio mea, ubi eſt quod amo. Hoc mihi citò occurrit, quod naturaliter delectat, aut ex uſu placet: Unde veritas apertè dixit; Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Si cœlum diligo, de cœleſtibus libenter penſo; ſi mundum amo, felicitatibus mundi congaudeo, & de adverſitatibus ejus triſtor. Si carnem diligo, quæ carnis ſunt, ſæpiſſimè imaginor. Si ſpiritum amo, de ſpiritualibus cogitare delector. Quæcunque enim diligo, de his libenter loquor & audio, atque talium imagines ad domum mecum reporto.* Hom. de Confeſſ. Matth. 6. Tho. Kemp lib. 3. c. 53. Matth. 6.

Harum autem civitatum; de quibus antè duas differentias dat Sapiens, quas benè explicat Auguſtinus de Civitate Dei; una ſumitur ex ipſis Regibus. In Babylonia enim rex puer eſt, vel adoleſcens, ut Auguſtinus legit, Diabolum ita vocans, ob vitia huic ætati convenientia, ut ſunt, temeritas, ſuperbia, ſtultitia, petulantia, & alia quibus hæc ætas ſolet abundare. In Jeruſalem autem Rex nobilis eſt, ſeu Princeps ingenuorum, ſanctorum videlicet Patriarcharum, pertinentium ad liberam civitatem, ex quibus eſt in carne progenitus. *Quomodo autem dies & nox miſceri nequeunt,* ait Divus Hieronymus, *ſic nec juſtitia, & iniquitas,* Eccleſ. 10. Lib. 17. cap. 20. Lib. 17. cap. 20. Lib. 2. in Iovinia.

iniquitas, peccatum & bona opera, Chriſtus & Antichriſtus. Si ſuſceperimus Chriſtum in hoſpitio noſtri pectoris, ilico fugamus Diabolum. Si peccaverimus, & per peccati januam ingreſſus fuerit Diabolus, protinus Chriſtus recedit. Iſti ſunt ergo duo Domini, quibus nemo ſervire poteſt.

De Civit. ibid.

Altera differentia eſt quod cives civitatis Babylonicæ *mane comedunt, id eſt, ante horam congruam, quia non exſpectant opportunam, quæ vera eſt, in futuro ſeculo felicitatem, feſtinanter beari hujus ſeculi celebritate cupientes.* Alterius autem civitatis cives *tempus non fallacis beatitudinis patienter expectant.* Audiunt ſcripturam; *Qui credit in eum, non feſtinet.* Et, *Exſpecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram.*

Eſai. 28. Pſal. 30. Rom. c. 5. & 6.

Has duas civitates Apoſtol. Paulus vocat Regnum Gratiæ, & Regnum peccati, datque duas alias differentias, duo conſideranda proponens, finem & fructum. Fructum referens ad præſentem vitam, finem ad futuram. Habitatores Babylonis fructum ſervitii ſui, quo peccato & Diabolo ſerviunt, habent brevem voluptatem, in ſenſibus, in carne, pro ea tamen mille dolores, & cruciatus cōſcientiæ, quæ pœnæ ſunt graviſſimæ. Ad illos Apoſtolus, *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Habet hoc voluptas omnis, ſtimulis agit fruentes, apiumque par volantum, ubi grata mella fudit, fugit. Et nimis tenaci ferit icta corda morſu,* inquit Boët. Habitatores autem Jeruſalem ſervitii ſui, quo Deo & juſtitiæ ſerviunt, fructum, etiam voluptatem habent, ſed in ſpiritu & conſcientia, cujus eſt ſumma ſuavitas. *Dulciores ſunt fructus juſtitiæ quàm iniquitatis,* ait Aug. *& veriùs atque jucundiùs*

Proſp. Sent. 191. Rom. 6.

De conſ. Phil. lib. 3. met. 7.

Catech c. 16.

diùs gaudet homo de bona conſcientia inter moleſtias, quàm de mala inter delicias. Si ſeipſum ſibi rationalis homo comparet; inquit Leo, *omneſque ſuorum actuum qualitates vera inſpectione dijudicet, nunquid in intimis conſcientiæ ſuæ hoc delectationis inveniet de iniquitate commiſſa, quod de æquitate ſervata? aut tantùm ei jucunditatis voluptas carnalis, quantùm ſpiritalis pariet appetitus? Non ſinit ratio, ut cordibus non uſquequaque captivis ita placeat ſatiata ira, ut remiſſa vindicta; aut tantum generent gaudium mala quæſita de alieno, quantum bona expenſa de proprio.* Ser. 8. de jejun. 10. menſ.

Deinde habitatores Babylonis, finem habent mortem æternam, quia æterna felicitate, Deo ad quem conditi ſunt, in æternum privantur, & ſempiternis ignis pœnis ſine ulla ſpe redemptionis addicuntur. Expendatur quid ſit æternitas, & conſideratio infelicitatis eorum nos planè obſtupefaciet. Habitatores autem Jeruſalem, finem habent vitam æternam, ubi nullum erit malum, nullum deerit bonum. Deus enim *erit omnia in omnibus, & ſuper omnia bona ſua conſtituet eos.* Unde David, *Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.* Et, *Oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe.* Expendatur etiam hîc quid ſit æternitas, & conſideratio felicitatis eorum nos planè obſtupefaciet. *Ut facias benè, amas Deum, & times Deum. Ut autem facias malè, amas mundum, & times mundum. Sed quidquid tibi iniquo promiſerit mundus, nunquid poteſt dare quantùm dabit juſto Deus? Quicquid tibi juſto minatus fuerit mundus, nunquid poteſt facere, quod facit iniquo Deus?* Ita Auguſt. 1. Cor. 15. Matth. 24. Pſal 83. Iſai. 64. 1. Cor. 2. In pſal. 80.

Conqueritur Chryſoſt. *quod Chriſto innumera* In c. 2. ad Epheſ.

promittenti, nec attendit quiſquam: Diabolo verò nihil tale promittenti, ſed in gehennam dimittenti, omnes ſeſe ſubjiciunt. D. Cyprian. Diabolum in die Judicij ita loquentem introducit: *Ego pro iſtis quos mecum vides, nec alapas accepi, nec flagella ſuſtinui, nec crucem pertuli, nec ſanguinem fudi, nec familiam meam pretio paſſionis & crucis redemi, ſed nec regnum cæleſte illis promitto, nec ad paradiſum reſtituta immortalitate denuò revoco; & tamen uſque ad laſſitudinem multam, mihi in via iniquitatis ſervierunt, me audierunt, conſiliis meis acquieverunt. Nonne ergo juſtum eſt, ut in eandem mecum ſortem deſcendant?* Civis ergo mundi migret ad Civitatem Dei, & ſervus Diaboli fiat ſervus Chriſti.

In ſer. de eleemoſ. Vide & Baſ. in c. 10. Eſai.

Sapient. 5.

MONITUM CIII.

Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.

Pſalm. 1.

HOrtus Dominicus Eccleſia eſt, in qua quiſque Chriſtianus plantatus eſt, tanquam arbor. Det operam ut bona ſit, quia malæ arbori ſervatur ſecuris & ignis. Bona erit, ſi plantata ſit ſecus decurrentes aquas, dans fructum ſuum in tempore ſuo. Ubi quatuor notanda.

Matth. 3. & 7.

Primum, quod juſtus bonæ arbori comparatus, plantatus eſt ſecus decurrentes aquas. Significatur gratia Spiritus Sancti (cui omnino nititur juſtus) neceſſaria ad bonos fructus producendos. *Sine me*

Joan. 15.

me nihil poteſtis facere, ait Chriſtus. Ubi de fructibus mandatorum agitur. *Quid ſum mihi ſine te*, ait Aug. *niſi dux in præceps?* Et, *Quid eſt homo, quia memor es ejus?* ait David. *Imò*, inquit Aug. *quid eſt homo, niſi quia memor es ejus?* Aqua multiplicem habet qualitatem; refrigerat, ſic & gratia Spiritus, auferendo vel temperando calorem noxium, id eſt, æſtum libidinis. Unde & in hymno de illo dicitur, *dulce refrigerium, & in æſtu temperies*. Deinde aqua fœcundat terram, gratia animam, ut fructificet in operibus bonis; purgat etiam, ſicut & gratia abluit à ſordibus vitiorum: præterea ſedat ſitim, ſic & gratia deſiderium rerum carnalium. Atque hîc quidem ſemper juſti eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, ſed per ſpiritus gratiam etiam in futura vita ſaturabuntur. *Satiabor*, ait Propheta, *cùm apparuerit gloria tua*. Poſtremò dicitur decurrens, quòd in modum aquæ ſemper profluentis nunquam quieſcat, ſed aſſiduè procedat, ad ulteriorem virtutum progreſſum provocans, & exſtimulans. Lib. 4. conf cap. 1. Lib. 12. cap. 26. Matth. 5. Pſalm. 16.

Secundum, quod notari debet, *Dat fructum*. *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Domini*, ait Propheta. Maledixit Dominus ficui quæ non habebat fructus, ſed folia tantùm. *Terra venientem ſuper ſe bibens imbrem, & non faciens fructum, maledicto proxima eſt*, inquit Apoſtol. Et Chriſtus & Baptiſta minantur: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur*. Et dixit Chriſtus hanc ſimilitudinem; *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in illa, & non invenit: dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac &* Pſalm. 51. Matth. 21. Hebr. 6. Matth. 3. 7. Lucæ 13.

Digitized by Google

Actor.9. *non invenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram*
1.Tim.6. *occupat?* De Tabitha vidua dicitur in Actis, quod *Erat plena operibus bonis, & eleemoſynis quas faciebat.* Et Apoſt. *divites vult bene agere, divites fieri in*
Jacob.3. *operibus bonis.* Et Jacobus Apoſt. dicit de cœleſti ſapientia, quod ſit *plena miſericordia, & fructibus bo-*
Ecclef.9. *nis.* Et monet Sapiens, *Quodcunque poteſt facere ma-*
1.Cor.15. *nus tua, inſtanter operare.* Et Paulus, *Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper.*

Tertium eſt, quod dat fructum ſuum, non alienum, ſed ſuum, id eſt, ſuo ſtatui & vocationi convenientem. In agro vel horto quælibet arbor ſuum
Rom.12. fructum profert, ficus ficum, pyrus pyrum, malus malum. *In uno corpore,* ait Apoſtolus, *multa membra habemus, omnia autem membra non eundem*
1.Cor.7. *actum habent. Unuſquiſque habet donum ex Deo, unus*
Lib.8. Conf.c.1. *ſic, & alius ſic.* Et Aug. in ſua converſione; *Videbam,* inquit, *plenam Eccleſiam, & alius ſic ibat, alius verò ſic.* Multi alienum fructum dant, ſuum relinquunt, ut quando Monachus, relicta obſervatione monaſtica, dat ſe negotiis ſecularibus. Quando uxor, relicta cura domeſtica, totos dies in templo deſidet, &c. Nonne abſurdum eſſet, ſi oculi vellent audire, aures videre, manus ambulare? Quiſque det ſuum fructum, conditioni ſuæ congruum.

1.Reg.13. 2.Par.26. Puniti ſunt graviter, qui ſibi uſurpare voluerunt alienum officium, ut Saul, Ozias. Ita Oſius Cordubenſis Epiſcopus Conſtantio Imp. *Non te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe,*
Apud Athanaſ. in lib. ad ſolitarios. *ſed potiùs ea à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ, non credidit. Et quemadmodum, qui tuum Imperium malignis carpit oculis,*

contra

contradicit ordinationi Divinæ,ita & tu cave,ne quæ ſunt Eccleſiæ,ad te trahens,magno crimini ſias obnoxius,&c.Et D.Ambr.Valent.Aug.*Noli te gravare, Imperator,ut putes te in ea quæ Divina ſunt,imperiale aliquod jus habere.Noli te extollere, ſed ſi vis diutiùs imperare,eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt, Quæ Dei,Deo;quæ Cæſaris,Cæſari.Ad Imperatorem palatia pertinent,ad Sacerdotem Eccleſiæ,&c*.Et D.Baſil. Demoſtheni coco Imp.Valentis, de Scripturis diſſerere volenti; *Tuum eſt*,inquit,*de pulmentariis cogitare,non dogmata Divina decoquere.* Epiſt.33. Lib.3.hiſt. Tripart. cap.5.

Diſce,inquit Perſius,*quem te Deus eſſe*
Juſſit,& humana qua parte locatus es in re. Sat.3.

Ut videlicet ſecundùm illud vivat, & muneri ſuo ſatisfaciat.

Quartum notandum, *In tempore ſuo*, quod variam habet interpretationem. Primò, in tempore ſuo,id eſt,in hac vita, quod eſt tempus noſtrum, hoc eſt,nobis ad operandum,& merendum à Deo attributum. *Ecce nunc tempus acceptabile*, ait Propheta,& Apoſtolus:*Dum tempus habemus,operemur bonum*. Quod tempus explicat, dum dicit, unumquemque recepturum, prout geſſit, dum eſſet in corpore. *Hodie*,id eſt,in hac vita,*ſi vocem Domini audieritis,nolite obdurare corda veſtra*.Nemo ſe ſperet,quod hîc neglexit, cùm obierit, apud Deum promereri.Deinde in tempore ſuo,cùm ſe obtulerit benè agendi occaſio & opportunitas, quando quis ridetur,injuriam accipit,&c.tempus eſt edendi fructum patientiæ:cùm ſe offert pauper nudus, rudis,triſtis,&c.tempus eſt miſericordiæ:cùm tentaris ad impudicitiam, tempus eſt dandi fructum pudicitiæ.Denique in tempore ſuo,ideſt,non alieno, Iſai.49. 2.Cor.6. Galat.6. 2.Cor.6. Pſalm.94. Heb.3.

no, non importuno. Poſſet etiam bonum opus fieri non benè, & cum offenſione aliorum; ideoque ſi non neceſſarium, intermittendum, vel occultandum.

Rom. 14. 1. Cor. 8. Reprehendit Apoſtolus graviter eos, qui quovis cibo veſcebantur; quod tamen bonum erat, & ad libertatem Chriſtianam pertinebat, quia faciebant id cum ſcandalo infirmorum. *Noli*, inquit, *cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.* Sic orare, ſtudere, fructus bonus; ſed ſi quis hoc facere vellet alieno tempore, quando juxta vocationem aliud agendum, malum eſt, & omittendum.

Ecclеſ. 3. *Tempus amplexandi*, inquit Sapiens, *tempus longè fieri ab amplexibus: tempus tacendi, tempus loquendi: tempus flendi, tempus ridendi.* Matth. 24. *Fidelis ſervus & prudens* in Evangelio *dat ſuis cibum in tempore*, id eſt, ubi, quando, & quantùm oportet. Vide Greg. in Paſtorali, part. 3. Quidam non audiunt ſani, audiunt infirmi; tempus opportunum eſt, quidam non audiunt divites, audiunt pauperes, tempus opportunum eſt. Eccleſ. 32. *Ubi non eſt auditus*, ait Sapiens, *non effundas ſermonem.* Contrà, Eccleſ. 4. *ne retineas verbum in tempore ſalutis.*

MONI

MONITUM CIV.

Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

Matth. 16.

ECcleſia Chriſti perſecutionibus non corrumpitur, ut hæretici prætendunt, ſed potius à vitiis & erroribus, qui dormientibus hominibus tempore pacis ſolent obrepere, veluti à ſomno excitatur & purgatur, promittente Domino apud Pſalmiſtam; *Si dereliquerint filii tui legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, & juſtitias meas prophanaverint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.* Non enim continet Deus in ira miſericordias ſuas, ſed corripit in miſericordia & miſerationibus. Sicut enim orat Eccleſia apud Pſalmiſtam; *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Non enim in ira corripit, quando ad hoc corripit, ut emendet & purget palmites in ſe fructum facientes, ut fructum plus afferant. Matth. 13. Pſalm. 88. Pſalm. 76. Pſalm. 6. Ioan. 15.

Unde etiam confidenter dicit, *Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*; *fructu*, videlicet, qui ex flagellis naſcitur. *Bonum*, inq. *mihi quia humiliaſti me, ut diſcam juſtificationes tuas.* De quo Apoſtolus; *In diſciplina perſeverate: tanquam filiis vobis offert ſe Deus.* Et rurſus apud Pſalmiſtã; *Sæpè expugnaverunt* Pſal. 22. Pſalm. 118. Hebr. 12. Pſalm. 128.

runt me à juventute mea, dicat nunc Iſraël, id eſt, ſe antiquis exemplis in perſecutione conſoletur. *Sæpè expugnaverunt me à juventute mea, etenim non*
Gen. 25. *potuerunt mihi,* ſcilicet nocere, ſed potiùs prodeſſe, quia *major ſerviet minori:* & omnis iniquorum perſecutio conſumitur operando ſalutem juſtorum.

Diſciplinam Eccleſiæ non perſecutio, ſed pax longa corrumpit. *Cladis cauſa cognoſcitur*, ait Cy-
Cypr. de lapſ. prian. *quia traditam nobis diſciplinam pax longa corruperat, jacentem fidem, & penè dixerim dormientem, cenſura cœleſtis erexit; & dum Domini mandata contempſimus, ad correctionem delicti, & probationem fidei, remediis ſeverioribus venimus. Inimici Eccle-*
Sent. 158. *ſiæ,* ait Proſper, *quolibet errore cæcentur, vel malitia depraventur, ſi accipiunt poteſtatem corporaliter eam affligendi, exercent ejus patientiam: ſi tantummodò malè ſentiendo adverſantur, exercent ejus ſapientiam; & ut etiam inimici diligantur, exercent e ius benevo-*
Rom. 8. *lentiam, quia Deus iis qui eum diligunt, omnia cooperantur in bonum.*

Hæreſum & ſchiſmatum eſt inſtar torrentis ſubitò extolli, & ſedata tempeſtate, paulatim deficere,
Auguſt. in pſalm. 57. Pſalm. 36. ſicut teſtatur Pſalmiſta; *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum, ſicut cedros libani, & tranſivi, & esce non erat; & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Sicut defecerunt Donatiſtæ, qui de ducentis ſeptuaginta Epiſcopis gloriabantur; & Ariani, qui multis annis Eccleſiam infeſtarunt, ſecum habentes Imperatores, Principes, Epiſcopos, &c. & alii hæretici, quos Deus ad noſtram correptionem, & purgationem permiſit exſurgere; qui aut non flagellantur, recedente ab eis zelo Domini, aut flagel-
lis

Digitized by Google

lis non emendantur,ſed proficiunt in peius,errantes,& in errorem mittentes. Ezech.16. 2.Tim.3.

Chriſti verò Eccleſia,*adversùs quam portæ inferi non prævalebunt*,ſtabit in æternum,& licèt aliquando velut obnubiletur multitudine ſcandalorum,& falſorum fratrum, qui orta perſecutione exeunt,& inſtar palearum vento flante, huc atque illuc rapiuntur; attamen tunc etiam in ſuis firmiſſimis eminet, ut nunquam abſcondatur civitas ſuper montem Chriſtum poſita, ſed ſemper & bonis ad conſolationem,& malis ad perſecutionem ſatis ſit nota,& ab hæreſibus,ſchiſmatibuſque diſcreta.*Eccleſia,* inq. D.Ambr. *in illo altiſſimo omnium locata monte,id eſt,Chriſto,non poteſt tenebris & ruinis hujus mundi abſcondi, ſed fulgens candore ſolis æterni, luce nos gratiæ ſpiritualis illuminat.*Et rurſum;*Videtur*,inq.*Eccleſia interdum ſicut luna deficere ,ſed non deficit; obumbrari poteſt,deficere non poteſt; quæ aliquorum quidem in perſecutionibus diſceſſione minuitur,ut Martyrum confeſſionibus impleatur.* Matth.16. Aug.ep.4 Matth.5. Lib.7.in Luc. Li.hexam. de opere 4. diei.

Urbium autem ruinæ,hominum excidia, gentium ac populorum interneciones, quæ tempore perſecutionis fieri ſolent,non ſunt Eccleſiæ Dei in moribus & doctrina corruptiones, ſed potiùs vitiorum purgationes,quæ tempore pacis,ſeu potiùs pacatæ libidinis,ſolent irrepere.Quæ enim hæretici & alii tunc in Sanctos committunt impiè, non ſunt Eccleſiæ, quæ in fide & moribus eſt, corruptiones,ſed tantum terræ & carnis vaſtationes.*Terra enim data eſt in manus impii*,ait Job.Unde Eccleſia apud Pſalm.*Dum appropiant ſuper me nocentes, ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei,ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.*Qui igitur Eccleſiam Iob 9. Pſalm.15.

Digitized by Google

cleſiam Dei perſequuntur, carnem vaſtant; non ſpiritum, in quo Eccleſia eſt, nec illam infirmant:
2.Cor.12. *Cùm enim infirmor, tunc potens ſum,* ait Apoſtolus; ſed ipſi infirmantur, & cadunt, & ſine effectu malæ ſuæ voluntatis, mercedem juſtam accipiunt.

Pſalm.26. Matth.16. Ipſa verò Eccleſia, in die malorum protecta in petra, ſuper quam ædificata eſt, hoſtium ſuorum perſecutionibus exaltatur. Primùm quidem in iis, qui pro Catholica Religione occiſi ſunt, & falce paſſionis expurgati, calcato leone & dracone, in horreum Domini congregantur. Deinde in
Pſalm.90. iis qui mendaciis & calumniis oppreſſi, incarcerantur, ſpoliantur, in exilium mittuntur, & his tribulationibus exercitati, diſcunt præſentia deſpicere, & ad eos pertinent; de quibus ait Chriſtus; *Omnem palmitem in me ferentem fructum, pur-*
Ioan.15. *gabit eum, ut fructum plus afferat. Patientia enim opus perfectum habet,* ait Jac. In iis etiam, qui etſi
Iac.1. non affligantur, tamen in medio nationis pravæ ac perverſæ lucent ſicut luminaria in mundo, recta
Philip.2. fide ac moribus Catholicis, aliis facem præferentes. Deinde in iis, qui ſcriptis, & concionibus conſtanter contra hoſtes eam propugnant, per hæreticos, veluti per ſpinas, è ſomno excitati. Denique in iis qui ex converſatione hæreticos propiùs cognoſcentes, ingemiſcunt & deteſtantur, quòd unquam dolis ac fallaciis eorum crediderunt.

Qui verò amore terrenorum, aut antiquæ Religionis pertæſi, ante tempus noviſſimæ ventilationis, ſeſe à ſocietate Sanctorum ſeparantes, ad hæreticos tranſeunt, illiſque tantò acceptiores

res ſunt, quantò in perſequendis Sanctis ſunt ardentiores, hi Eccleſiam Dei non maculant, ſed à ſordibus exonerant, quæ ad eos quotidiè defluentes, ſocietatem illorum magis, magiſque ſordeſcere faciunt: ſicut in Apocal. legimus, *Qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc.* In qua ſocietate qui ſalvari ſe poſſe putant, falluntur maximè. Apoc. 22. *Quiſquis enim*, inquit Divus Cyprianus, *ab Eccleſia ſegregatus adultera jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur; nec pervenit ad Chriſti præmia, qui reliquit Eccleſiam Chriſti.* De Vnit. Eccleſ. Et Chriſtus in Evang. *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis qui eſt in cœlo*; Ioan. 3. caput, videlicet cum corpore; ſolus Chriſtus, ſed tamen totus Chriſtus, ait Auguſt. Serm. 14. de ver. Ap. Dictum eſt Eccleſiæ; *Gens & regnum quod non ſervierit tibi, peribit.* In pſal. 121 Eſai. 60. Et, *quiſquis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio*, inquit Hieronym. In epiſt. ad Damaſ.

MONITVM CV.

Quærite primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus.

Matth. 6.

PRohibet hîc Dominus, non hominis laborem, non induſtriam, nec omnem ſollicitudinem, ſed nimiam & inquietam, ac noxiam anxietatem, quæ oritur ex diffidentia quadam de Dei providentia, propriæque providētiæ & labori innititur.

Digitized by Google

Non quod tentare debeat Deum ſuum, quando habet quod faciat homo, ut ipſe otioſus ac deſes ſit, & totum exſpectet à Deo. *Qui non laborat, non manducet*; inquit Apoſtol. Sed labore & cura, quam debet, adhibita, adhuc ſe debet Divinæ providentiæ committere, ac ab ea pendere, qua ſine, omnis humanus labor vanus ac irritus eſt: cum qua etiam parvo labore homo ſæpe mirabiliter proficit. Videmus quoſdam parvo negotio diteſcere, alios inter magnos labores deficere, ac depauperari. Sollicitudo de terrenis in tantùm prohibetur, in quantùm eſt ſuperflua. Ea autem triplicis generis eſt, quidam enim præcipuum bonum in rebus terrenis & caducis ponunt: alii etſi id non faciant, per illas tamen à principalibus abſtrahuntur: alii verò ita ſervant ſuperflua, ut de Deo aliquo modò diffidant. Contra hos præcipuè hîc agit Chriſtus, omnem metum inanem excutit: & inhibet præoccupare debitum ſollicitudinis tempus: non autem ſimpliciter de futuris cogitare. Nam & in loculis Domini quædam pro futuro condebantur: & Apoſtoli in Actis futuræ fami providerunt.

Aug. cont. Fauſt. lib. 22. c. 36.
1. Theſſ. 3.
Ioan. 13.
Act. 11.

Oſtenditur ergo, in quo præcipuè labor ac ſollicitudo hominis verſari debet, non in conquirendis rebus terrenis, vilibus & abjectis; ſed in acquirenda felicitate æterna, Deique juſtitia. Solliciti eſtote de regno Dei, ejuſque juſtitia; hanc ſollicitudinem alteri opponit, neceſſariam ſupervacaneæ, bonam malæ. Eſt autem homini naturalis beatitudinis appetitus. Unde Auguſt. *Non potuit natura humana in omnibus ſuis malis amittere beatitudinis appetitum: acquirendæ enim beatitudinis cauſa faciunt*

Ench. 25.
De nat. & grat. c. 46.

ciunt omnes homines quicquid faciunt vel boni vel mali. Quis enim ullo modo velle eſſe poſſit infelix; etiamſi aliud vult; ubi eum & nolentem infelicitas conſequatur? Nam peccando nec pietatem, nec felicitatem tenuimus; voluntatem felicitatis, nec perdita felicitate perdimus. Vera autem beatitudo non eſt niſi in regno Dei: multi quærunt eam extra illud in hoc ſeculo; quidam in ſanitate, alij in divitiis, forma, voluptatibus poſuerunt. Quibus Aug. *Non eſt beatitudo ubi quæritis eam; quærite quod quæritis, ſed non eſt ibi, ubi quæritis. Vitam beatam quæritis in regione mortis? non eſt ibi. Quomodo enim beata vita, ubi nec vita? In hoc oſtendit Deus*, ait idem Aug. *quàm magnam fecerit creaturam rationalem, cui nullo modo ſufficit ad beatam requiem, quicquid illo minus eſt, ac per hoc nec ipſa ſibi. Hoc ſcio*, inquit ibidem, *quia mihi malè eſt præter te, Domine, non ſolùm extra me, ſed & in meipſo, & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.* Quærenda eſt ergo ſalus, beatitudo, requies in regno Dei. Quod ut nobis adveniat, quotidie orare juſſit Dominus.

In Pſal. 32. conc. 2.

De nat. & gratia ca. 49.

De Civit. lib. 22. ca. 30.

Lib. 4. confeſſ. cap. 12.

Lib. 13. conf. c. 8.

Ibidem.

Matth. 6.

Iuſtitia autem Dei eſt; quæ eò ducit; omnes beatitudinem appetunt; ſed pauci juſtitiæ viam ingredi volunt, quæ ad illam ducit. Poteſt autem intelligi juſtitia regni, quæ in regno eſt; videlicet perfecta & conſummata, ad quam aſpirare & contendere debemus. Unde Paulus monet; *Quæ ſurſum ſunt, quærite*, id eſt, perfectam juſtitiam, humilitatem, obedientiam, charitatem, pacem, quam etiam mandavit Dominus; *Eſtote perfecti*. Et quotidie in oratione petere docuit; *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra*, id eſt, quomodo tibi Angeli inculpatè ſerviunt in cœlis, ita & nos in terra

Coloſſ. 3.

Matth. 5.

Matth. 6. Hieron. in hunc loc. Aug. lib. 2. de ſer.

Aug.lib. 1. de ſer. Dom. in mont. Hom.23.

tibi ſerviamus: & ſicut illi præceptis tuis ſemper obediunt, & quod tibi gratum fore ſciunt, id ſemper præſtant, ita & nos agamus quæ tibi placent, ut Angelis ſimus ſimiles. *Ad hoc enim,* inq. D.Baſil. *miſſus eſt homo in terram, ut probè diſpoſitam in cœlis diſciplinam adumbret in terris.*

Vel ſimpliciter intelligitur iuſtitia Dei, quæ in via eſt. Si enim homo deſideret regnum, non debet negligere juſtitiam, per quam itur ad regnum; ſi deſideret patriam, non debet eum pigere ingredi viam, quæ ad eam ducit. Sita eſt autem juſtitia in plena obſervatione mandatorum Dei, & continet in ſe omnes virtutes, ut Ariſtoteles etiam ait. Quam homines horrent, & fugiunt, quia per naturæ noſtræ corruptionem, ſicut *proclivia facta ſunt vitia, ita juſtitia laborioſa,* inq. V.Beda. Ardua humilitas, quia natura ad ſuperbiam propendet; difficilis obedientia, quia natura libertatem appetit; laborioſa caſtitas, quia natura libidini dedita eſt. Unde Dominus; *Anguſta & ardua eſt via, quæ ducit ad vitam.* Et David, *Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodivi vias duras.* Et rurſum; *Fingis laborem in præcepto,* id eſt, facis ut præceptum tuum nobis ſit laborioſum, juſto judicio; quia enim homo noluit benè agere, cùm facilè poterat, hinc jam etiam cùm benè vult, difficulter poteſt.

Chryſ. hom. 18. in Matth.

In Ethicis.

In 1. Pet.4.

Matth 7.

Pſal. 16.

Pſal. 93.

Hieron. ad Cteſiph.

Lib.4.conf. cap. ult.

Iuſſeras, inq. Aug. *& ita fiebat in me, ut terra ſpinas & tribulos pareret mihi, & cum labore pervenirē ad panem meum,* veritatis ſcilicet, & juſtitiæ. *Imò cum tanta ignorantia veritatis, quæ etiam in infantibus manifeſta eſt, & tanta abundantia vanæ cupiditatis, quæ in pueris incipit apparere, homo venit in hanc vitam,* inq. Aug. *ita ut ſi ſibi dimittatur facere*

De Civit. lib.22.c.22.

quod

quod velit, in omnia peccata præceps labetur. In exſtirpanda ergo ignorantia veri, & cupiditate mali, ut ad veritatem & juſtitiam perveniatur, difficultas ac moleſtia ſentitur.

Non quiſquam fruitur veris odoribus,
Hyblæos latebris nec ſpoliat favos,
Si fronti caveat, ſi timeat rubor.
Armat ſpina roſas, mella tegũt apes, ait Claud. In nupt. Honorii Imp.

Prima ergo homini cura eſſe debet regni Dei, & juſtitiæ ejus: quod ſi facit homo, jam promittit ei Dominus; *Hæc omnia*, temporalia, vitæ neceſſaria, pro ſtudio pietatis, *adjicientur vobis. Pietas ad omnia utilis eſt*, Ait Apoſtolus, *habens promiſſionem vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Non affliget Dominus fame animam iuſti*, ait Sap. Et David, *Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.* Sed quærat aliquis, Nonne fuerunt & ſunt qui primùm quærentes regnum Dei ejuſque juſtitiam; fuerunt tamen & ſunt in paupertatis anguſtiis, in fame & ſiti, in frigore & nuditate? Ut Sancti veteris Teſtamenti, de quibus Apoſtolus ad Hebr. Ipſi Apoſtoli, Martyres in carceribus ſqualore & inedia conſumpti: Lazarus mendicus, portatus ab Angelis in ſinum Abrahæ. Et Sapiens ait, *Univerſa æquè eveniunt juſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti. Sicut bonus, ſic & peccator: ut periurus, ita & ille qui verum deierat. Placuit enim Divinæ providentiæ*, inquit Aug. *præparare in poſterum bona juſtis, quibus non fruentur injuſti; & mala impiis, quibus non excruciabuntur boni. Iſta verò temporalia bona & mala, utriſque voluit eſſe cõmunia, ut nec bona cupidiùs appetantur,*

1. Tim. 4. Prov. 10. Pſalm. 33. Hebr. 11. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11. Luc. 16. Eccleſ. 9. De Civit. lib. 1. c. 8.

quæ mali quoque habere cernuntur; nec mala turpiter evitentur, quibus & boni plerunque afficiuntur.

Verùm hoc altius conſilium miſericordiæ Dei, quo electis ſuis ſibi ſervientibus æterna bona etiam per mala temporalia procurat, non derogat veritati promiſſionis Dei, qua terrena promittit; quemadmodum eum nemo falſitatis arguerit, qui cùm promiſerit ſtannum, dat eius loco aurum; cùm promiſerit cereviſiam, dat ejus loco vinum: nec proinde falſa eſt promiſſio, qua quærenti regnum Dei & iuſtitiam ejus, promittuntur temporalia; eo quòd ſi ea tibi non præſtentur, ob cauſas quas novit Dominus, quia vult probare, exercere, purgare, &c. abundè in vita futura compenſabitur. Deinde etiam in hac vita benè compenſatur, quando loco temporalium dantur ſpiritualia, quæ comparatione & merito ſui longiſſimè ſuperant, ut ſunt patientia, ſolatium ſpiritus, pax conſcientiæ, ſpes vitæ æternæ, quibus bonis iuſti in anguſtiis abundare ſolent. Unde Pſalmiſta, *Secundùm multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Et Apoſtolus: *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* Quinetiā, ut D. Ambr. ait, *præponderant conſolationes perturbationibus, quia & præſentium ſedationem afferunt, & ſpem futurorum. Unde & Apoſt. Indigna, inquit, ſunt paſſiones hujus temporis ad ſuperventuram gloriam. Indignæ utique ad conſolationis comparationem, non ad fructum redemptionis.* Sic Ambroſ.

Hieron. in cap. 14. Matth.

Pſal. 93.

2. Cor. 1.

Lib. 1. de interpellat. cap. 1.

Roman. 8.

MONI

MONITUM CVI.

Appropinquate Deo.

Iacob. 4.

DIcit Pſalmiſta Domino; *Qui elongant ſe à te, peribunt.* De his & D. Aug. *Eant & fugiant te inquieti & iniqui, & tu vides eos, & diſtinguis umbras, & ecce pulchra ſunt cum eis omnia, & ipſi turpes ſunt. Et quid nocuerunt tibi, aut in quo imperium tuũ dehoneſtaverunt, à cœlis uſque in noviſſima iuſtum & integrum? Quò enim fugerunt, cùm fugerent à facie tua, aut ubi tu non inuenis eos? Sed fugerunt, ut non viderent te videntem ſe, atque excæcati in te offenderent, quia non deſeris aliquid eorum quæ feciſti. In te offenderent iniuſti, & iuſtè vexarentur, ſubtrahentes ſe lenitati tuæ & offendentes in rectitudinem tuam, & cadentes in aſperitatem tuam: videlicet neſciunt, quod ubique ſis, quem nullus circumſcribit locus, & ſolus es præſens etiam his qui longè ſiunt à te. Convertantur ergo & quærant te, quia non ſicut ipſi deſeruerunt te creatorem ſuum, ita & tu deſeruiſti creaturam tuam.* Ita Auguſt. Sic jubet Jacobus; *Appropinquate Deo.*

Pſalm. 72. Lib. 5. conf. cap. 2. Matth. 5. Pſal. 138. Sap. 11.

Sed nónne ubique æquè propè, & præſentes ſumus Deo, qui ubique præſens, ubique totus, & in omnibus eſt? *Non locorum intervallis acceditur ad Deum, vel receditur ab eo: non, inquam, greſſibus corporis, ſed affectibus mentis. Similitudo facit propinquum, diſſimilitudo longinquum.* Chriſtus, ut ait Apoſtolus, *annuntiatus eſt iis, qui longè, & qui prope,* animo, affectu, deſiderio, opere. Ideò homo miſſus

Hieron. in cap. 40. Iſa. Proſp. Sent. 91. Epheſ. 1.

Digitized by Google

Homil.23. in terram, inquit S.Baſil. *ut virtutem exerceat, plaſten imitetur.* Et Diuus Leo, *Ideo homo ad imaginem Dei conditus eſt, ut imitator ſui eſſet auctoris. Et hac eſt naturalis noſtri generis dignitas, ſi in nobis quaſi in quodam ſpeculo, Divinæ bonitatis forma reſplendeat.* Et, *Nihil dignius, quàm ut homo ſit ſui auctoris imitator, & ſecundùm modum propriæ facultatis, Divini ſit operis executor.*

Serm. 1. de jeiun. 10. menſ.

Levit. 19 & 20. *Sancti eſtote*, ait Dominus, *quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* Et Chriſtus; *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter perfectus eſt.* Et Chriſtus Dominus ubique ſe ad imitandũ proponit; *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Qui non tollit crucẽ ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemet ipſum, tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me. Chriſtus*, inq. Leo, *univerſis in ſe credentibus & Sacramentum condidit & exemplum, ut unum apprehẽderent renaſcendo, alterum ſequerentur imitando. Si*, inq. Hier. *periculoſum eſt imitari illos, de quibus dubitas an imitandi ſunt; hunc certè imitari tutiſſimum eſt, atque ejus veſtigia ſequi qui dixit, Ego ſum via, veritas, & vita. Nunquã enim errat, qui ſequitur veritatẽ. Ceſſet omnis excuſatio errorum, auferantur peccandi fœda ſolatia, Nihil omninò agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, & ad conſolationẽ noſtram, aliena ſæpe numerantes vitia, deeſſe nobis dicimus, quos debeamus imitari. Ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur imitandum.* Sic Hieronymus.

Matth. 5. Matth. 11. Matth. 10. Joan. 11. Serm. 14 & 16. de paſſ. In ep. ad Celant. Joan. 14.

Lucæ 14. Ut autem Deo appropinquemus, eique ſimiles efficiamur. Primò obſervemus diligenter eum, non

non quomodo Iudæi, de quibus dicitur in Evang. *Et ipſi obſervabant eum*, ad reprehendendum, ad capiendum eum in ſermone, & opere; ſed ad eum imitandum. Queritur ipſe in Pſal. *Non eſt qui requirat animam meam.* Multi quærebant ad perdendum, ſed pauci aut nulli ad diligendnm, ad imitandum. Monet Apoſt. *Aſpicite in authorem fidei & conſummatorem Ieſum.* Et, *Recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem.* Hinc dicitur *poſitus in ſignum*, quod intueri, ad quod collimare debemus. Luc. 2. Et dictum eſt Moyſi; *Fac ſecundum exemplar quod tibi oſtenſum eſt in monte*, intellige Calvariæ. *Lignum enim cui affixa ſunt membra patientis, cathedra fuit Magiſtri docentis*, inquit Auguſtinus.

Pſalm. 141.

Heb. 11.

Exod. 25.

Tract. 119. in Ioan.

Thom. Kemp. lib. 1. cap. ult.

Memor eſto arrepti propoſiti, monet quidam ſapiens; *& imaginem tibi propone Crucifixi. Benè verecundari potes, inſpecta vita Ieſu Chriſti, quia nedum magis illi te conformare ſtuduiſti. Qui ſe intentè & devotè in ſanctiſſima vita & paſſione Domini exercet, omnia utilia & neceſſaria ſibi abundanter ibi inveniet; nec opus eſt, ut extra Ieſum aliquid melius quærat.*

Deinde frequenter & devotè illum in Sacramento Euchariſtiæ ſuſcipiamus. *Non enim aliud agit*, inquit Sanctus Leo, *participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quàm ut in id quod ſumimus, tranſeamus.* Et Auguſtinus: *Audivi vocem tuam de excelſo: Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me: Nec tu me in te mutabis, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Dicit D. Hier. quod *corpus Chriſti abſque coitu & ſemine viri de Virgine conceptum, ſpiritu munditiæ pleniſſimum, calore Spiritus S. exſiccat fontes libidinis*; ergo per hoc efficimur

Serm. 15. de paſſ.

Lib. 7. conf. cap. 10.

In Epitaph. Licin. Bætici.

ei ſimiles in caſtitate. Et D. Bern. ad ſæpe communicantes; *Si quis veſtrum non tam ſæpè modò, non tã acerbos ſentit iracũdiæ motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum hujuſmodi, gratias agat corpori & ſanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in illo.* Ergo per hoc efficimur ei ſimiles, in manſuetudine, charitate, caſtitate, & aliis. Unde hortatur S. Damaſc. *Corpus crucifixi ſuſcipiamus, ut participatione divini ignis igniamur, & deificemur.*

Lib. 4. cap. 14.

Deinde obſervemus, & ſcrutemur etiam nosipſos, ut ſciamus quid in nobis augeri, & quid oporteт à nobis auferri. *Qui*, inquit Auguſt. *vera pietate in Deum, quem diligit, credit & ſperat, plus intendit in ea, in quibus ſibi diſplicet, quàm in ea, ſi qua in illo ſunt, quæ non tam ipſi, quàm veritati placent. Neque id tribuit unde jam poteſt placere, niſi ejus miſericordiæ, cui metuit diſplicere: de his ſanatis gratias agens, de illis ſanandis preces fundens. Quis fidelium*, ait Leo, *conſcientiæ ſuæ aut tam gratioſus, aut tam negligens eſt arbiter, qui ignoret quid à ſe auferri, aut quid in ſe oporteat augeri? Quis neſciat quibus virtutibus ſtudere, quibus vitiis debeat repugnare?* Dicitur in Proverb. de muliere forti: *Conſideravit ſemitas domus ſuæ.* Quomodo prudens materfamilias luſtrat omnia, ut quid ad rerum neceſſariarum domeſticas proviſiones deſit, proſpiciat, & comparet. Permagni certè intereſt quotidiano ac peculiari vitæ examine uti diligenter, ut tecum teipſe conferas, ut te tuaque facta omnia divinæ veritatis ſtatera examines: quid foris demùm ac rei familiaris domi tuæ ſit intelligas, atque hac ratione ſcias quid deſit tibi. *Tecum habita ut noris, quàm ſit tibi curta ſupellex*, ait Poëta. Hoc faciebat S. Benedictus, ut eſt Mon. 35.

De civit. lib. 5. c. 20.

Ser. 11. de Quadr.

Prov. 31.

Poſtre

Poſtremò crebrò intueamur ſpeculum, quod in Scripturis ſacris ſplendidiſſimum condidit Dominus, in quo homo mentis ſuæ faciem inſpiceret, & quàm conformis imagini Dei, aut quàm diſſimilis eſſet, agnoſceret. *Scriptura ſancta ſit tibi tanquam ſpeculum*, inq. D. Aug. *quod habet ſplendorem non mendacem, non adulantem, nullius perſonam amantem. Formoſus es, formoſum te ibi vides: fœdus es, fœdum te ibi vides. Sed cùm fœdus acceſſeris, & fœdum te ibi videris, noli accuſare ſpeculum. Ad te redi, non te fallit ſpeculum: tu te noli fallere. Iudica te, contriſtare de tua fœditate, ut cùm abieris & deceſſeris triſtis fœdus, correctus poſſis redire formoſus.* Sic & D. Gregor. *Scriptura ſacra mentis oculis quaſi quoddam ſpeculum opponitur: ut interna noſtra facies in ipſa videatur. Ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus; ibi ſentimus quantum proficimus, ibi à profectu quam longè diſtamus.* Curet ergo qui ſpeculum hoc inſpicit, ut quæ fœda in ſe invenit, corrigat; quæ pulchra, plus ornet, quo ſic Deo magis magiſque propinquet.

Serm. 36. in Nou.

Lib. 2 Moral. cap. 1.

MONITUM CVII.

Vos eſtis Templum Dei vivi.

2. Cor. 6.

SPirituale Dei templum eſt quiſque fidelis, ut Apoſtolus teſtatur: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et, *Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis?* Et rurſum; *Vos eſtis templum Dei vivi; ſicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo.* Multa autem neceſſaria, ut quis verum Dei templum efficiatur.

1. Cor. 3.

2. Cor. 6. Leuit. 26. Vide Aug. Ser. 2. de dedic. templi, cap. 5.

Primò,

De prædeſt. Sanct. c. 7. Primò, Fundamentum bonum & firmum; quod eſt fides, ut ait Auguſt. Sine hoc fundamento, quod ſtruitur aut ædificatur, quantumcunque pulchrum ac excellens videatur, nihil eſt, etiamſi quis ſanguinem pro Chriſto fundat; *Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo, aut ad eum accedere*, ait Apoſtol. Nec fides eſt, niſi integra ſit. Unde D. Athanaſius; *Fidem Catholicam niſi quis integram inviolatamque ſervaverit, abſque dubio in æternum peribit.* Hanc maximè conatur diabolus impedire, benè permittens interim in ſuis quædam veluti opera bona, per quos amplius decipere affectat, ſciens ea ſine fide nihil prodeſſe.

Hebr. 11. In Symbolo. Aug. epiſt. 107.

Secundò pavimentum requiritur, & eſt humilitas. Pavimentum, infimum domus eſt, ſic humilis minimus eſt in oculis ſuis, omnibus ſe ſubjicit, alios omnes ſibi præponens, uti monet Apoſtol. *Superiores ſibi invicem arbitrantes.* Ad quam & alius hortatur; *Non te reputes aliis meliorem, ne fortè coram Deo deterior habearis, qui ſcit, quid eſt in homine. Nec ſuperbias de operibus bonis, quia alia ſunt iudicia hominum, alia Dei; cui ſæpe diſplicet, quod hominibus placet. Si aliquid boni habueris, crede de aliis meliora, ut humilitatem conſerves. Sed etſi videas aliquem apertè peccare, non debes te tamen meliorẽ æſtimare, quia neſcis quamdiu poſſis in bono ſtare.* Deinde pavimentum proteritur pedibus ambulantium, nec cedit; ſic humilis, etſi contemnatur, rideatur, conculcetur, manet conſtans. Seipſum nihili reputat, & in veritate deſpicit; atque ab aliis etiam deſpici & humiliari magis gaudet, quàm honorari. *Sicut ſuperbi gaudent honoribus, ita humiles deſpectionibus*, ait Greg. *viles volunt reputari, non humiles*

Philip. 2. Tho. Kemp. lib. 1. c. 7. In Dialog. lib. 1. cap. 5. Ber. ſer. 16. in Cant.

humiles prædicari. Denique nullus facilè cadit in pavimento bono & æquo; ſic humilis ita ſe gerit in omnibus, ut nullus in eo meritò poſſit offendi, quod monet Apoſtol. *Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei.* Et, *Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum.* 1. Cor. 10. 2. Cor. 6.

Tertiò requiruntur parietes & oſtia, quibus defendatur adversùs incurſus hoſtium, & ſunt orationes, quibus defendimur adversùs diabolum, & Angelos ejus, ne intrent cor, illudque occupent. Diuus Antonius diſcipulos ſuos docens, quibus armis vinceretur diabolus, eóſque ad ſpiritualem pugnam excitans; *Mihi credite*, inquit, *pertimeſcit ſathanas piorum jejunia, vigilias, orationes, &c.* Unde & D. Hilarius; *Aduersùs diabolum orationum noſtrarum ſonitu certandum eſt.* Et Chryſoſt. hominem oratione munitum, comparat civitati muro circundatæ, quæ facilè hoſtium acceſſum arcet. Inſtigabit & exacerbabit ſerpens antiquus, ait alius Sapiens; ſed oratione fugabitur. Hinc Chriſtianus orando ita debet eſſe exercitatus, ut ſimul ac tentatione aliqua pulſatur, ad orationem ſtatim recurrat. Athanaſ. in Vita. Lib. 2. de Orat. Thom. Kemp.

Quartò feneſtræ neceſſariæ ſunt, ne tenebroſum ſit templum; & ſunt Dei verba, doctrinæ ſacræ, quibus templum ſpiritale illuminatur, & quibus implendus eſt animus. Unde hortatur Celantiam D. Hieron. *Maximum ad iuſtitiam auxilium eſt, implere Divinis eloquiis animum, & quod opere exequi cupias, ſemper corde meditari. Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Et, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Ad Celant. Pſalm. 18. Pſal. 118.

Plures

In Pſalm. 118. initio. *Plures arbitrantur*, inquit Hilar. *ſimplicitatem fidei ad abſolutam æternitatis ſpem poſſe ſufficere, quaſi ſtudium innocentiæ doctrinæ ſalutaris non egeat inſtitutis.* Multi per ignorantiam peccant, & de rebus
Pſalm. 118. malè iudicant. Hinc David, *Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus.* Fuit tempore Bernardi, qui diceret, non peccari per ignorantiam: Quem ipſe ex Scri-
Epiſt. 77. pturis redarguit, quòd Dominus minetur igno-
Lucæ 12. rantibus, & vapulaturos dicat in Evang. & ejus
1. Cor. 14. Apoſtolus: *Ignorans*, inquit, *ignorabitur*. Deus
Levit. 4. etiam petit Sacrificium pro ignorantiis, & Pro-
Pſalm. 24. pheta David orat pro ignorantiis; & Paulus ad
Hebr. 9. Hebr. quod ſemel in anno Pontifex ſolus introïens in ſecundum tabernaculum, pro ſua & populi ignorantia offerebat.

Quintò, in templo ſolent eſſe columnæ, quæ firmant & ſuſtentant illud, & eſt primò, Timor Domini, de quo Sap. *Niſi in timore Dei te conſtan-*
Eccleſ. 27. *ter tenueris, citò ſubvertetur domus tua.* Eſt enim hic timor Dei baſis quædam, unde imbecilla voluntas ſtandi accipit firmitatem. Quem proinde
Lib. 2. ep. 2 timorem Diuus Cyprian. *innocentiæ cuſtodem vocat. Ut quod in mentes noſtras*, inquit, *indulgentia cœleſtis illapſa clementer Dominus influxit, in animi oblectantis hoſpitio, juſta operatione teneatur, ne accepta ſecuritas negligentiam pariat, & vetus denuò hoſtis obrepat.* Deinde patientia, qua mala hujus
Eccleſ. 2. vitæ portantur, ut eſt morbus, paupertas, &c. *In dolore ſuſtine*, ait Sap. *& in humilitate tua patientiam habe.* Eadem etiam portantur alienæ infirmitates, ſive morum, ſive corporum, ad quod nos
Galat. 6. monet Apoſt. *Alter alterius onera portate.* Et, *ſup-*
Epheſ. 4. *portantes invicem in charitate.* Et, *Debemus nos*
Rom. 1. *firmiores,*

Digitized by Google

firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere.

Sextò neceſſarium eſt bonum tectum, quod eſt charitas. Primò, quia tegit ſordes, quæ etiam in templo Dei non deſunt. *Quis enim gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut mundũ ſe eſſe à peccato?* Charitas autem tegit multitudinem peccatorum, ut ea Deus non videat, id eſt, non puniat. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Secundò, quia ſicut tectum eſt quaſi complementum domus, ſic Charitas reliqua opera complet & perficit. *Plenitudo legis eſt dilectio. Nuda ſunt omnes ſine charitate virtutes,* ait Leo, *nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis,* inquit Gregor. Denique charitas veluti tectum bonum, defendit templum ſpirituale ab injuriis cœli, pluvia, grandine, nive, &c. id eſt, à tentationibus diaboli, carnis, mundi; *Fortis ut mors dilectio. Mors vehementiſſima eſt ad perdendum, charitas ad ſalvandum.* Quibus enim armis ſancti Dei Martyres, etiam teneræ ac delicatæ Virgines, tot tantaque tormenta vicere, niſi charitatis? *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Chriſtianorum Dei charitas facit,* inquit Concil. Arauſic. Poſtremò, ipſa protegit inopes, defendit oppreſſos, ad quod hortatur Propheta: *Subuenite oppreſſo, judicate pupillum, defendite viduam.* Et Sapiens: *Erue eos qui ad mortem ducuntur,* (videlicet injuſtè, reliqui puniendi in exemplum aliorum) *& qui trahuntur ad interitum, liberare non ceſſes.*

Proverb. 20.
1. Pet. 4.
Pſalm. 31.
Rom. 13.
Serm. 10. de Quadr.
Hom. 27.
Cant. 8.
Aug. in Pſal. 47.
Cant. 8.
Proſp. ſent. 295.
Cap. 17.
Iſai. 1.
Prov. 24.

Digitized by Google

MONITUM CVIII.

In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.

Ioan. 14.

VAriis modis Domus Dei in ſcripturis ſacris intelligitur. Imprimis Domus Dei eſt, Templum materiale, ad quod Christiani orationis
Matth. 21. cauſa conveniunt. De qua Chriſtus; *Domus patris*
Ioan. 2. *mei, domus orationis vocabitur.* Et, *Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Ubi apertè conteſtatur, Patrem ſuum Deum habitare in templo materiali; non quidem ut claudatur domo vel templo, vel quaſi ipſe templo indigeat, ſed ut ibi fideles exaudiat, & à fidelibus ibidem colatur. Sicut docet Salomon in oratione, quam
3. Reg. 8. fudit in dedicatione Templi. Deinde Domus
1. Tim. 3. Dei vocatur Eccleſia præſentis temporis, de qua Apoſtolus; *Ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari.* Ubi Ambroſius: *Eccleſia, inquit,*
Iſai. 2. *domus Dei eſt, cujus hodie rector eſt Damaſus.* Et Eſaias; *Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas.* Eſt enim ſedes veritatis, unde ſcilicet ipſa veritas petenda eſt, ut ait Apoſtolus. De qua domo idem Apoſtolus: *In domo magna non ſolum ſunt*
1. Tim. 3. *vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia.* De-
2. Tim. 2. nique Domus Dei eſt cœleſtis patria, de qua
Pſalm. 121. Pſalmiſta; *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi,*

in

in domum Domini ibimus. Et; *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Pſalm. 83.
Et promittit Dominus ſpadonibus ſpiritualibus: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus.* De qua loquitur Iſai. 56.
Chriſtus, dicens; *In domo Patris mei manſiones* Ioan. 14.
multæ ſunt.

Hîc non ſunt manſiones. *Non habemus hîc manentem civitatem*; ibi habemus. Hîc advenæ & peregrini ſumus, ut omnes patres noſtri. De Patribus veteris teſtamenti dicit Apoſtolus, quod *repromiſſiones à longè aſpiciebant & ſalutabant, confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã.* Et Chriſtianos alloquens Petrus: *Obſecro,* inquit, *vos tanquam advenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis.* Petenti verbum inſtructionis reſpondit Abbas Olympius *Ne ſedeas cum hæreticis, contine linguam, & ventrem, & ubicunque ſederis, dic; Peregrinus ſum. Cùm D. Petrus videret uxorem duci ad Martyrium, gaviſus dicitur, electionis gratia, & regreſſionis ad propriam domum. Hodiè homo eſt, cras non comparet: hodie extollitur, cras non invenietur.* De cœleſti autem Ieruſalem dicit David, *Confortavit Dominus ſeras portarum tuarum.* Nemo exit, nemo intrat, non exit amicus, non intrat inimicus. Securi ſunt Sancti, quod à ſua beatitudine nunquam excident. *Scimus*, inquit Paulus, *quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manifeſtam, æternam in cœlis.*

Hebr. 13. Hebr. 11. 1. Pet. 3. In Prato ſpirit. c. 12. Euſeb. lib. 3. cap. 30. hiſt. Pſalm. 147. 2. Cor.

In cœlo ergo manſiones ſunt, & multæ. Primò, numero: electi etſi comparatione reproborum pauci ſint, in ſe tamen conſiderati multi ſunt. Auguſt. de unit. Eccleſ. cap. 13.

Unde

Matth. 8. Unde Chriſtus in Evang. *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham,*&c. *in regno cælorum.* Et Ioannes in Apoc. Apoc. 7. *Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat:* Deinde multæ; quia variæ diſcretione, pro diverſitate meritorum. 1. Cor. 15. *Sicut enim ſtella differt à ſtella, ita erit reſurrectio mortuorum. Promiſſa eſt Sanctorum corporibus claritas*, ait Aug. Serm. 67. in Nov. *& diverſa ſpecies claritatis, quia diverſa ſunt merita charitatis.* Pſalm. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* Significatur Eccleſia, ſummi Regis vxor & ſponſa: hic à dextris eſt, quia dextram quærit, id eſt, ſpiritalia & æterna bona: ibi erit à dextris, quia in ſumma felicitate. Circundata varietate, hîc habet varietatem in ſanctis quoad merita, ibi habebit quoad præmia; ſicut enim hîc unus alio ſanctior, ita illic unus alio beatior, contra Eunomium & Jovinianum hæreticos, qui dicebant omnes æqualiter fore beatos, quos ſecutus eſt Lutherus.

Matth. 20. Sed nónne datur unus denarius omnibus in vinea Domini laborantibus? Ita; quia una vita æterna: Una, ratione durationis, quia omnium beatitudo in æternum durabit. August. tract. 67. in Joan. Una etiam, ratione objecti; quia omnes unum eundémque Deum videbunt. Gregor. Denique ratione charitatis, quæ bona aliorũ ſua facit, & æquè gaudet de bonis alterius atque de ſuis. Aug. ibid. Cogita, quantum erit cujuſque beati gaudium. Sed tamen unus magis, alius minùs participabit, pro ratione meritorũ. Sicut omnes unũ ſolem vident, ſed unus alio clariùs, pro conditione oculorũ. Ench. 113. *Manebit*, inq. Aug. *communiter omnium vita æterna ſanctorum, quámlibet bonorum diſtantia concorditer fulgeant; ſicut communis erit damnatis omnibus*

omnibus mors ſecunda, quàmlibet magna varietate pœnarum.

Eſt itaque hæc conſolatio infirmorum. Non debet quis imaginari, ego non poſſum eſſe quod Petrus, & Paulus; quod ille; & ille: ergo damnabor. Locus eſt perfectis, locus eſt imperfectis, locus eſt fortibus; locus eſt infirmis. Unde Pſalmiſta in perſona Eccleſiæ, *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.* Et D. Auguſt. *Etſi alius alio juſtior, ſanctior, nullus tamen alienabitur à domo Dei, ubi manſionem quiſque pro ſuo accepturus eſt merito.* Loquitur enim Dominus generaliter de omnibus ovibus ſuis, ſive perfectis, ſive infirmis; *Nemo rapiet eas de manu mea.* Sed nonne ſunt infirmi, qui ſi permitterentur tentari, ſecundum vires quas jam habent, ſuccumberent: iſti tamen etiam ſalvabuntur, quia non permittet Dominus illos tentari ſupra quam poſſunt, ſed eripiet eos per mortem, fugam, vel aliis modis. Aut ſi permittat, ex infirmis faciet fortes, & magnas eis vires dabit, ut poſſint ſuſtinere.

Pſal. 138.
Auguſt. in hunc Pſal. Tract 67. in Ioan.
Ioan. 10.
1. Cor. 10.

Hæc autem ſententia non debet nobis eſſe occaſio ſegnitiei ac negligentiæ, ut minus ſolliciti eſſe incipiamus de vitando omni lapſu, de ſerio progreſſu virtutum, cogitantes quod etiam infirmi ac imperfecti ſalutem conſequentur. Ubique ſcriptura ad profectum hortatur, & evomuntur tepidi ex ore Domini; & ille qui non ſtuduerat augere in ſe dona Domini, arguitur, denudatur, damnatur. Omnes ergo pro viribus ad profectum conari debemus, ut magnum nobis in cœlo locum comparemus. Sed ſi adhibito labore ac diligentia, non poſſimus pervenire ad illas virtutes, quas in

Apoc. 3.
Matth. 25.

Digitized by Google

aliis cernimus, non deſperemus, non deſpondeamus animum. In domo patris manſiones multæ ſunt. Sic Aug. in Conf. *Quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis? Quiſquis eſt, magnus eſt, magnificet nomen tuum. Ego autem non ſum, quia peccator homo ſum. Sed & ego magnifico nomen tuum, & interpellat te pro peccatis meis, qui vicit ſeculum, numerans me inter infirma membra corporis ſui, quia & imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.* Idem Aug. *Non timeant,* inquit, *imperfecti, tantum proficiant. Nec quia dixi, Non timeant, ament imperfectionem, & ibi remaneant, ubi inventi ſunt. Tantum proficiant, quantum in ipſis eſt, quotidie addant, quotidie accedant, tamen à corpore Domini non recedant, ut in uno corpore & in his membris compaginati, poſſint mereri de ſe eſſe dictam iſtam vocem: Imperfectum meum viderunt oculi tui,* &c.

Ioan. 14. Lib. 10. cap. 31. Rom. 8. Heb. 7. Ioan. 16. In pſ. 138.

Omnes ergo etiam imperfecti in libro vitæ ſcribentur. *Si modò ſtudium proficiendi eis non defuerit,* ait D. Bern. *Sedentem enim,* inquit, *& à cura vacantem proficiendi, à mortis tenebris comprehendi periculum eſt. Ingredientur ergo imperfecti cum ſuis imperfectionibus regnum Dei? Non, ſed dies formabuntur, & nemo in eis informis remanebit,* ait Bern. *Bonæ enim ſpei homo, ſi eum proficientem ultimus hujus vitæ dies invenerit; judicabitur potius, adjectis illis quæ hic defuerunt, perficiendus quàm puniendus,* inquit Auguſt. Et Leo Pontifex; *Quamvis ſcriptum ſit, Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut mundum ſe eſſe à peccato? non tamen deſperanda eſt apprehenſio puritatis, quæ dum ſemper appetitur, nec ſemper accipitur, nec remanet judicio condemnandum, quod fuerit confeſſione purgatum.*

Serm. 49. in Cant. De bon. perſ. c. 21. Ser. 12. de Quadrag. Prov. 20.

MONI

MONITUM CIX.

Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?

Luc. 24.

NOn fuit quidem ſimpliciter neceſſarium ut Chriſtus moreretur, hominis ſervandi cauſa, cùm alio modo potuiſſet illum reparare, quamvis cùm hoc Deus remedio uti decreviſſet, idque ſe facturum eſſe per ſuos Prophetas prædixiſſet, ejus voluntatem ac propoſitum oportuerit impleri; in quo ineſt non conſequentis, ſed conſequentiæ (ut vulgò loquuntur) neceſſitas. Unde ſunt illæ ſimiles ſcripturæ, *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. Et, *Si non poteſt calix hic tranſire à me*, &c. Et ad Tim. *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt*. Sic hîc, *Oportuit pati Chriſtum, ob varias cauſas.* Ioan. 12. Matth. 26. 2. Tim. 2.

Primò ut impleretur æternum Patris decretum. *Convenerunt*, inquit Petrus, *verè in civitate iſta adversùs ſanctum puerum tuum Ieſum, Herodes, Pilatus*, &c. *facere quæ manus tua & conſilium tuum decreverunt fieri. Non quod iniquitas perſequentium ex Dei eſt orta conſilio. Nunquid enim iniquitas perſequentium Chriſtum*, inq. D. Leo, *ex Dei eſt orta conſilio? & illud facinus, quod omni majus eſt crimine, manus Divinæ præparationis armavit? Non hoc planè de ſumma juſtitia ſentiendum eſt: quia multum diverſum, multùmque contrarium eſt, id quod in ma-* Actor. 4. Serm. 16. de paſſ.

lignitate Iudæorum eſt præcognitum, & quod in Chriſti eſt paſſione diſpoſitum. Non inde proceſſit voluntas interficiendi, unde moriendi: nec de uno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris. Non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit, nec præſciendo quod faciendum eſſet, coëgit ut
Matth. 26. *fieret, cùm tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, ut fieret.*

Secundò ut implerentur ſcripturæ. Quod ſæpè
Luc. 24. urget Chriſtus in Evang. *Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ? quoniam ſic oportet fieri.* Et diſcipulis in Emaus euntibus, probat paſſionem ſuam, *ex*
1. Cor. 15. *Moyſe, Prophetis & pſalmis.* Et Petrus in actis; *Deus qui præanuntiavit per os omnium Prophetarum, pati*
Act. 13. *Chriſtũ ſuum, ſic implevit.* Et Paul. *Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas.* Et in Actis; *Voces Prophetarum, quæ per omne ſabbathum leguntur, judicantes impleverunt.* Sic & Eccleſiam, ejuſque membra pati & affligi oportet, quia hoc ſcripturæ prædicunt ac promittunt, & illas oportet impleri.

Act. 3.

Tertiò ad exemplum humilitatis, quo mederetur ſuperbiæ hominis. Totus enim mundus in præſũptione & ſuperbia poſitus erat. *Quid*, inq. Aug. *tam opus habens miſericordia, quam miſer? Et quid tam indignum miſericordia, quam ſuperbus miſer? Ex quo factum eſt, ut illud Dei verbum, per quod facta ſunt omnia, & quo fruitur omnis angelica beatitudo, uſque ad miſeriam noſtram porrigat clementiam ſuam, & Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Sic enim poſſet panem angelorum manducare homo, nondum Angelis adæquatus, ſi panis iſte angelorum hominibus dignaretur adæquari.* Et alibi; *Magna eſt miſeria ſuperbus homo, ſed major miſericordia humilis*

Lib. 3. de lib. arb. cap. 10.

Ioan. 1.

lis Deus, quo factum eſt ut magnus tumor noſter majore contraria medicina ſanaretur. Et rurſum; *Viam nobis fecit Chriſtus per humilitatem; quia per ſuperbiam receſſeramus à Deo, redire ad eum niſi per humilitatem non poteramus. Non habebamus autem quem nobis præponeremus ad imitandum*, (in humilitate,) *omnis mortalitas hominum ſuperbia intumuerat. Et ſi exiſteret aliquis humilis vir in ſpiritu, ſicut erant Prophetæ, Patriarchæ, dedignabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari humilem hominem, Deus factus eſt humilis, ut vel ſic ſuperbia generis humani non dedignaretur ſequi veſtigia Dei*. Sicut autem ſuperbia, ſic & alia vitia in vita & paſſione Chriſti habent ſua medicamenta.

De catech. rudib. c. 4.

In Pſal. 33. conc. 1.

Quartò, ob altitudinem ſacramenti, *quo ſanguis ejus fuſus eſt in remiſſionem peccatorum*, ait Aug. *& ut juſtitia legis impleretur in nobis. In totius generis ſtrage communi, unum ſolum fuit remedium, ſub Divinæ rationis occulto, quod poſſet ſubvenire proſtratis, ſi aliquis filiorum Adam originalis prævaricationis alienus atque innocens naſceretur, qui cæteris exemplo prodeſſet & merito*, inquit S. Leo. Et rurſum: *Opera Domini noſtri, non ſolùm Sacramento nobis utilia ſunt, ſed etiam imitationis exemplo; ſi in diſciplinam ipſa remedia transferantur, quódque impenſum eſt myſteriis, proſit & moribus. Hoc autem Sacramentum tam potens etiam in ſuis ſignificationibus fuit, ut non minus adepti ſint, qui in illud credidere promiſſum, quàm qui ſuſcepere donatum.*

De civit. lib. 18 c. 49.

Roman. 8.

Serm. 8. de Nat.

Serm. 5. de Nat.

Et ita intrare in gloriam ſuam. Gloria Chriſti primò in hoc ſita, quod reſurrexit & aſcendit in cœlũ. *Spiritus nondum erat datus, quia Ieſus nõdum erat*

Digitized by Google

Ioan.7. *glorificatus*, ait Joannes, videlicet per reſurrectionem,& aſcenſionem.Deinde in eo etiam conſiſtit, quod creditus eſt à mundo verus Deus, in gloria Patris exiſtens,gloria enim ſolius Dei eſt;*Soli Deo* 1.Tim.6. *honor & gloria*.Unde & Chriſtus Apoſtolo,*Dominus gloriæ* dicitur.Et Pater,Filius, ac Spiritus San- 1.Cor.2. ctus ſemper in Eccleſia glorificantur. Denique in eo eſt ejus gloria,quod humanam naturam, ſuper omnem Angelicam naturam in dextris Dei collocavit. Quamvis enim à principio tanquam Deus caput eſſet Angelorum,tamen hoc ſuis meritis aſſecutus eſt,ut ſecundùm naturam humanam ſupra omnes Angelorum choros extolleretur, eorumque etiam ſecundùm illam naturam caput eſſet. Unde Pſal.23. ipſi Angeli mirantes,*Quis eſt iſte rex gloriæ? Quis* Iſai.63. *eſt iſte qui venit de Edom?*

Oportebat autem illum ita in eam intrare, tum propter ſeipſum, quia merito humilitatis & obedientiæ, quam oſtendit in paſſione, illam adeptus Philip.2. eſt. Unde Apoſtolus, *Propter quod Deus exaltavit illum*. Hanc ergo exaltationem, ut videlicet tanta hominis poteſtas & excellentia & majeſtas toti terrarum orbi innoteſceret, ut quamvis homo eſſet,ut Deus tamen ab omnibus coleretur & glorificaretur, ſua meruit humilitate & obedientia, ut patet ex Apoſtolo; nihil enim aliud præceſſit, de quo dici poſſet, *Propter quod*. Etſi contra Apoſtolum neget Calvinus, Chriſtum quicquam ſibi meruiſſe.

Deinde id etiam propter nos factum eſt, ut viam ſciremus ad gloriam, eamque Chriſti exem- De Civit. plo alacriter ingrederemur. Unde D. Auguſtinus; lib.18.c.49. *Paſſus,& mortuus eſt, & reſurrexit; paſſione oſtendens,*

dens, quid ſuſtinere pro veritate; reſurrectione, quid ſperare in æternitate debeamus. Et rurſus declarans, quomodo Chriſtus ſit ſpes noſtra; *Genus humanum,* inquit, *hominem noverat mori, reſurgere non noverat; ideo quod timeret habebat, quod ſperaret non habebat. Vt ergo ille qui propter diſciplinam fecit timorem mortis, propter præmium futuræ vitæ æternæ daret ſpẽ reſurrectionis, prior reſurrexit & aſcendit, & quò præceſſit caput, etiam mẽbra ſequuta ſunt.* Et alibi: *Chriſtus in nativitate & morte, hominis conditionem oſtendit; in reſurrectione & aſcenſione mercedis præbuit exemplum: naſci & mori noveras, plena eſt his duobus regio mortalium; iſtud non noveras, reſurgere & aſcendere in cœlum: hoc tibi Chriſtus oſtendit. Patere quod ſuſcepit, ſpera quod oſtendit.* Ita Auguſt. In pſal. 90. Ser. 107. in Nov.

MONITUM CX.

Diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Joan. 15.

QUalis charitas erga proximum nobis gerenda ſit, ipſe Dominus declarat iis verbis, *Vt diligatis invicem ſicut dilexi vos.* Vidẽdum ergo quomodo ille nos dilexerit. Imprimis dilexit nos amore ſpiritali, ad pietatem, ad ſalutem. Monet Aug. *Non carnalis, ſed ſpiritalis debet eſſe inter vos dilectio.* Videtur aliquando eſſe charitas, & eſt magis carnalitas, & ſunt qui ſpiritu incipiunt, & carne conſummant. Atque hæc carnalis dilectio noxia eſt, qua ſe mutuò homines perdunt. Dicit Auguſtinus de ſe ante converſionem: *Amare & amari, dulce mihi erat, ſed non tenebatur modus ab animo uſque* Joan. 15. Vide Mon. 38. Epiſt. 109. Lib. 2. conf. c. 2. & lib. 3. cap. 1.

ad animum, quatenus eſt luminoſus limes amicitiæ, ſed exhalabantur nebulæ de limoſa concupiſcentia, & obnubilabant atque obfuſcabant cor meum, ut non diſcerneretur ſerenitas dilectionis à caligine libidinis. Venam igitur amicitiæ coinquinabam ſordibus concupiſcentiæ, candoremque ejus obnubilabam tartarea libidine. Chriſtus omnia fecit & paſſus eſt, ut homines faceret juſtos & beatos, ſic quiſque pro virili ſua hoc cum aliis agere debet, ut boni fiant, & ſalventur. Sic monet Apoſtolus viros ut diligant uxores, ſicut Chriſtus Eccleſiam; talis etiam debet eſſe dilectio parentum erga liberos, imò omnium hominum erga ſe mutuò.

Epheſ. 5.

Deinde Chriſtus dilexit nos amore gratuito, id eſt, ſine noſtris meritis. *Miſericordia ejus præveniet me*, ait David. *Ipſe prior dilexit nos*, inq. Joan. Et ipſe Dominus. *Non vos me elegiſtis*, ſcilicet priores, *ſed ego elegi vos. Elegit nos*, ait Apoſt. *ut eſſemus ſancti*, non quia eramus. Deinde non ob ſuam utilitatem, ſed noſtram, ut daret nobis, non ut ipſe à nobis acciperet. *Vera amicitia*, ait Aug. *non penſanda eſt temporalibus commodis, ſed gratuito amore portanda.* Et Cicero: *Si*, inquit, *utilitas amicitias conjungeret, eadem commutata diſſolveret.* Vera autem amicitia æterna; quod maximè in amicitia Chriſtianorum locum habet, ubi etiam inimici diligendi. *Amicitia non aliunde quàm ab amore nomen habet, & nuſquam niſi in Chriſto fidelis eſt, in quo ſolo eſſe ſempiterna ac felix poteſt*, inquit Auguſt.

Pſalm. 58. 1. Joan. 4. Joan. 15. Epheſ. 1. Aug. de præd. ſanct. ca. 17. 18 19

Epiſt. 52. ad Maced.

De Amicitia.

Cont. 2. ep. Pelag. lib. 5. cap. 1.

Tertiò dilexit nos amore diſcreto. Hic amor perſonas diligit, vitia odit & perſequitur, nec ſic perſonis condeſcendit, ut vitiis implicetur. De Chriſto dicit Apoſtolus, quod *per omnia nobis ſimilis*

Hebr. 4.

milis factus eſt, excepto peccato; eam enim humanæ naturæ portionem quam aſſumpſit, *aut aſſumendo, aut aſſumendam purgavit*, ait Aug. Unde & Bern. *In carnis aſſumptione condeſcendit mihi, in culpæ vitiatione conſuluit ſibi. Sic diligendi ſunt homines*, ait D. Proſp. *ut eorum non diligantur errores, quia aliud eſt amare quod facti ſunt, aliud amare quod faciunt. Nulla eſt excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaveris*, inquit Cicero: *hæc prima lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati*. Et dicit nefariam fuiſſe eam vocem ejus, qui ſe amici cauſa & petitione etiam aliquid mali facturum dixit. *Si oculus, manus, pes, ſcandalizat te, projice abs te: nulli parcas*, inquit Hieron. *ut ſoli parcas animæ*.

De pecc. merit. lib. 2. cap. 35.
Proſp. Sent. 2.
De Amicit.
Matth. 5. & 18.
Hieron. ad Heliod.

Hac ratione etiam parentes odio habendos monet Dominus, ſi nobis alicujus peccati velint eſſe authores. Cùm amicus amico apud Val. Max. injuſtè aliquid petenti negaret: *Quid ergo mihi*, inquit, *opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpondit alter: Imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum?* Auguſtinus adhuc alienus à Deo, ridens apud amicum baptiſmum, quem mente abſens acceperat, ille mirabili libertate eum monuit, ut *ſi amicus eſſe vellet, talia ſibi dicere deſineret*. Illa Periclis exceptio, *Amicus uſque aras*, vult non progrediendum in amici gratiam ultra conſcientiæ terminos. *Non debet præponderare amicitia religioni*, inquit S. Ambroſ.

Luc. 14.
Lib. 6. c. 4.
Lib. 4. conf cap. 4.
Lib. 3. Offic. cap. 15.

Quartò, dilexit nos amore vehementi, *quia animam pro nobis poſuit, factus obediens uſque ad mortem crucis. In hoc*, inq. Joan. *cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Fortis ut mors dilectio,*

Philip 2.
1. Ioan. 3.
Cant. 8.
Epiſt. 29. ad Hier.

dilectio, ait Sap. *quia*, inq. Aug. *uſque ad mortem eſt*
Ioan. 15. *menſura charitatis*. Qui alium ex charitate juvat, laborat pro eo, dat ſubſtantiam, ſi habet, denique etiam vitam, non poteſt amplius. *Majorem charitatem nemo habet*, ait Chriſtus, *quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis*. Verus ergo Chriſtianus omnibus modis etiam ſaluti proximi incumbit, ſuccurrens ei verbo, bonis temporalibus, etiam vita. Exemplo enim Chriſti, quoties id proximi æterna ſalus poſtulat, voluntariè pro eis moritur. Eo enim caſu ſalutem ejus temporali huic vitæ noſtræ, quam illa neglecta, aliquantò fortaſſe diutiùs eramus retenturi, præponere debemus. Nam ut ait Auguſt. *Amplius anima proximi, quàm corpus noſtrum diligendum eſt*.

Lib. 1. c. 29. de doct. Chriſt.

Lib. 7. hiſt. cap. 7.

Habemus hujus charitatis exemplum apud Euſeb. qui ait Sanctos quamplurimos, dum infirmis peſte laborantibus ſuccurrunt ac miniſtrant, contagione mali extinctos eſſe. Sic in libris Machabæorum, Eleazarus vir admodum grandævus, ſatius habuit mori, quàm porcinæ carnis eſum vel ſimulare, ne videlicet ejus exemplo fratres ſcandalizarentur. Similiter & S. Baptiſta, & Lambertus certam mortem adire maluerunt, quàm à correptione fratrum abſtinere. Sanctus etiam Sebaſtianus & Vitalis, dum Martyres qui jam defecturi videbantur, audent in fide confirmare, animas etiam ſuas poſuere.

2. Mach. 6.

Marc. 6.

In vita.

Ad eximiam hanc charitatem obligantur Paſtores ex officio, uti aiebat Dominus primo Paſtori; *Sequere me*, videlicet moriendo in cruce pro ovibus meis, quemadmodum & ego pro eis mortuus ſum. Officium autem ſuum implevit B. Petrus, ſicut

Ioan. ult.

&

& cæteri Apoſtoli, Epiſcopi, aliique Chriſtiani innumerabiles, dum alios ad ſalutem adducere ſtudentes, occidi maluerunt, quàm à pio officio abſtinere. Quomodo autem Paſtores animas pro ſubditis ponere debeant, latiùs à D. Auguſt. tractatum in epiſt. ad Honoratum.

Cæteri verò Chriſtiani habere debent eam charitatem in præparatione animi, ſeu parati eſſe ad mortem pro fratribus ſubeundam, cùm neceſſe id fuerit, ac diligenter Dominum deprecari, ut aut tã fortes eos in dilectione faciat, ut auſint pro fratribus mori; aut hujuſmodi tentationem & caſum, quo mori pro fratribus oporteat, evenire non patiatur. Sic Chriſtus Petro adhuc infirmo, cui dixerat, *Non potes me ſequi modò*, *præcipit vigilare, & orare ne intraret in tentationem. Magna enim miſericordia multis parcitur, ut tentatione non interrogentur, ut non tententur ſupra id quod poſſunt*, ait Aug. Epiſt. 180. Vide Mon. 44. Ioan. 13. Matth. 26. De S. Virg. cap. 47.

Quintò dilexit nos Chriſtus amore utili ac fructuoſo, non vocali ſolùm. Commendat Joannes charitatem, quæ non fit verbo, neque lingua tantùm, ſed opere & veritate: *Filioli mei*, inquit, *non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate*. Opere diligamus, quando proximo eleemoſynam porrigimus, aut alia quapiam re juvamus. Veritate autem, dum in hac beneficentia non reſpicimus ad noſtrum commodum, vel gloriam, ſed tantùm ad proximi bonum & utilitatem. Ex dilectione Chriſti erga nos omnia nobis bona proveniunt. In multis charitas habet magnam linguam, ſed manum nullam; *eſt autem charitas noſtra ſemper exhibenda, & veneratione ſermonis, & miniſterio largitatis*, ait Gregorius. *Quid agit donum* 1. Ioan. 3. De vocat. gent. lib. 2. cap. 35.

dilectio

Hom.30. in Evang. In pſ.33. conc.2. Rom.1. Heb.13. De vocat. gent. lib.2 cap.25.

dilectionis,ſi benevolentia ſollicitudo non vigilet? inquit Proſp. *Nunquam amor otioſus eſt*, ait Gregor. *magna operatur,ſi eſt,ſi autem operari non vult,amor non eſt*. Et ab illo debito charitatis liberari non poſſumus, *ſemper redditur, & ſemper debetur*, ait Aug. Paulus oſtendens ſuam charitatem erga Romanos: *Ut aliquid*, inquit, *vobis impartiar gratiæ ſpiritualis*; & alios monet, *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci*.

Psalm.36. Pſalm.144. Hierem.31. Rom.11. De præd. Sanct.c.16. Lib.1. de voc.gent. cap.19.

Denique dilexit nos Chriſtus amore perſeveranti; non deſinit electos amare, & ſi cadant, offendant, ſupponit manum ſuam,erigit eliſos,condonat omnia. Tam antiqua eſt charitas Dei erga electos,quàm ipſe Deus: *Charitate perpetua dilexi te*, inquit. Nec mutat æternum ſuum decretum ſeu propoſitum de ſalvandis electis, etiamſi illi multa interea & gravia ſcelera committant, ut patet in Davide,Petro,Paulo,Magdalena, &c. *Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei*, ait Apoſt. id eſt, *ſine mutatione ſtabiliter fixa*, inquit Aug. Proſp. *Manet*, inquit, *prorſus, quod Dominus Abrahæ ſine conditione promiſit, ſine lege donavit*. Sic & proximus à nobis diligendus, ſive amicus, ſive inimicus, ſive pauper, ſive dives, ſeu bonus, ſeu malus. Quoniam enim neſcimus qui ad numerum electorum pertineant, qui non, ſic charitate affici debemus, ut quemlibet electum putemus, ac ſalvum fieri velimus; ſingulos prout poſſumus, eò abducere conemur, *ut juſtificati pacem habeant ad Deum*.

De cor.& grat.ca.15. Rom. 5.

MONI

MONITUM CXI.

Conſideravi opera tua, & expavi.

Abacuc 3.

QUia Deus talis eſt ſubſtantia, inquit Auguſt. *ut oculis videri non poſſit, ideò mira opera facit, ut de viſibilibus ad ſe inviſibilem intelligendum, humanam mentem admoneat.* Duplicis autem ea ſunt generis; alia enim naturaliter fiunt, quia videlicet talem vim rebus creatis in prima creatione inſevit, ut ex iis talia fieri poſſint; ut quod ex paucis granis in terram miſſis, multiplicentur ſegetes; quod nubes in aquas ſolvantur, quibus tota terra irrigatur; & ſimilia. Sed quia iſta naturalia aſſiduitate viluerunt apud homines, pro ſua bonitate dignatur interdum quædam facere, præter naturæ conſuetudinem, ut non majora, ſed inſolita videndo, ſtuperent, quibus quotidiana viluerunt. Ut quando aquam de petra eduxit, manna de cœlo pluit, ex paucis panibus aliquot millia ſatiavit. Non minus miraculum eſt de paucis granis ſegetes multiplicando, totum mundum paſcere, quàm quinque panes multiplicando paſcere quinque millia hominum. Et tamen illud nemo miratur, hoc mirantur homines; non quia majus eſt, ſed quia rarum eſt. *Imò quid non mirum facit Deus in omnibus creaturæ motibus, niſi conſuetudine quotidiana viluiſſent? Quàm multa uſitata calcantur, quæ conſiderata ſtupentur, ſicut ipſa vis ſeminum, &c.*

Aug. tract. 24. in Ioan.

Exod. 16. 17. Ioan. 6.

Aug. ep. 3. ad Voluſiã.

Exhiben

Exhibentur utraque iſta opera oculis, *ut iis intellectus exerceretur, mens erigeretur, ut inviſibilem Deum per viſibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiam ipſum inviſibilem videre cuperemus, quem de rebus viſibilibus noſceremus.* Increpantur impii, *Opera manuum ejus non conſideratis.* Et, *In tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt.* Et, *In ſapientia Dei non cognovit mundus per ſapientiam Deum. In pulchritudine enim cœli & terræ, quædam ſunt paginæ, ad omnium oculos ſemper patentes, & authorem ſuum nunquam tacentes, quarum proteſtatio doctrinam imitatur Magiſtrorum, & eloquia Scripturarum,* inq. D. Proſp. Et, *Tota iſta viſibilis creatura, ad hanc præcipuè diſpoſita eſt humani generis utilitatem,* ait idem Doctor, *ut natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem ſui imbueretur authoris, implente omnia ſpiritu Dei, in quo vivimus, movemur, & ſumus.*

Iſai. 5. Ioan. 1. 1. Cor. 1. In epiſt. ad Demetriad. Lib. 1. c. 1. de voc. gent. Actor. 17.

A magnitudine ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri, inquit Sap. Et, *Inviſibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur,* ait Apoſt. Unde Dei opera hominibus in Script. ob oculos ponuntur, ut credant, & diligant. *Si mihi,* ait Chriſtus, *non vultis credere, operibus credite,* & Joannis diſcipulos ad opera remittit, ut eum cognoſcant. Athenienſibus etiam qui exſtruxerant altare Ignoto Deo, eum illis ex operibus notum facere laborat Apoſtolus. Sic jubemur in Script. conſiderare volucres cœli, lilia agri, induſtriam formicæ & apis, aſtutiam ſerpentis, columbæ ſimplicitatem, &c. Et tametſi in *præteritis generationibus dimiſit omnes Gentes ingredi*

Sap. 13. Rom. 1. Ioan. 10. Matth. 11. Actor. 17. Matth. 6. Prov. 6. Matth. 10. Actor. 14.

vias ſuas; non tamen ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, inquit Paulus, *benefaciens de cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda noſtra.*

In operibus autem Dei relucet ejus potentia, quia mira ſunt, inquit Bernardus: ſapientia, quia pulchra; bonitas, quia utilia. *Unicuique fidelium*, ait Leo, *ad colendum Deum, ipſa rerum natura doctrina eſt, dum cœlum, terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt, bonitatem & omnipotentiam ſui proteſtantur authoris, & famulantium elementorum mirabilis pulchritudo juſtam ab intellectuali creatura gratiarum exigit actionem.* Et D. Auguſt. *Cœlum*, inquit, *& terra, & omnia quæ in eis ſunt, ecce undique mihi dicunt, ut te* (Domine) *amem, nec ceſſant dicere omnibus, ut ſint inexcuſabiles.* Et alibi: *Affectiones habet tabula, theatrum, venatio, aucupium, piſcatus, & non habeant opera Dei, & non habeant meditationes Dei interiores affectiones quaſdam ſuas, cùm inſpicitur mundus, & ponitur ante oculos ſpectaculum naturæ rerum, & in his quæritur artifex & invenitur, nuſquam diſplicens, & per omnia placens.* Serm. 6 de Quadr. Lib. 10. conf. cap. 6. In pſal. 76.

D. etiam Cypr. à vanis ſpectaculis homines revocans, invitat eos ad contemplationem rerum à Deo conditarum. *Creatorem*, ait iterum Auguſt. *videmus per creaturam, factorem per facturam, fabricatorem mundi per mundum. Vita enim ſapiens quæ fecit mundum, contemplato mundo intelligitur. Interroga mundum, ornatum cœli, fulgorem diſpoſitionemque ſiderum, ſolem dies efficientem, Lunam noctis ſolatium; interroga terram fructificantem herbis, & lignis, & animalibus plenam, hominibus exornatam; interroga mare quantis natatilibus plenum* In lib. de ſpectac. Ser. 55. de Ver. Dom.

eſt;

eſt; interroga aërem, quantis volatilibus viget; interroga omnia, & vide ſi non ſpecie ſua, tanquam voce; tibi reſpondent; Deus nos fecit. Psal. 52. *Hæc quidem illi Philoſophi nobiles quæſierunt, & ex arte artificem cognoverunt.* Hilar. in Pſalm. 52. Ita Aug. *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.* In corde ſuo dicit, *Quia ſi velit verbis oris hoc eloqui,* ait D. Hilar. *inſipiens eſſe, ſicut eſt; publici aſſenſus judicio argueretur. Quis enim mundum contuens; Deum non eſſe ſentiat? Omnis natura,* inquit Aug. *non ex commodo vel incommodo noſtro, ſed per ſeipſam conſiderata, dat artifici ſuo Deo gloriam.* Aug. li 12 de Civi. c. 4

Hinc exercitatio præcipua Sanctorum ſemper fuit, ex operibus Dei ad Deum aſſurgere, in iis quaſi quibuſdam ſpeculis intueri Deum, ex iis vel per ea quaſi quoſdam gradus ad Deum aſcendere. Pſalm. 76. *Memor fui operum Domini, quia memor ero ab initio mirabilium tuorum,* inquit Pſalmiſta. Pſalm. 142. Et rurſum, *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* Et Abacuc; *Conſideravi opera tua, & expavi.* Abac. 3. Dicitur Iſaac Patriarcha exiſſe in agrum, ad meditandum, videlicet in operibus Dei, ut ex iis diſceret cognoſcere & diligere creatorem. Geneſ. 24. Ambroſ. in pſalm. 118. Serm. 4. Qui quidem Patriarcha ſeceſſum agri & ſolitudinem petens meditandi gratia, primus docuit mortales opportuniſſimam eſſe ad res quaſcunque magnas & ſublimes animo agitandas, tractandaſque. Quod exemplum innumerabiles poſtea ſecuti ſunt. Philoſophis ad D. Antonium in eremo venientibus, & quaſi deplorantibus, quòd careret illo ſolatio, quod ex libris capi ſolet, reſpondit; *Materia rerum à Deo conditarum, libros abundè ſuppeditat, quos cùm volo, inſpicio.* Vide Socratem in hiſtor. lib. 4 cap. 18.

Ipſe Aug. ex conſpectu ſtellionis muſcas captantis, Lib. 10. conf. c. 35.

tis, & araneæ retibus ſuis irruentes implicantis, pergere ſolitus ad laudandum Deum creatoré mirificum, & ordinatorem rerum omnium. B. Ignatius Societatis Jeſu parés, frequenter ex tenuiſſimis rebus, ad Deũ, qui in minimis etiam maximus eſt, aſcendebat; ex plantulæ, frondis, floris, fructus unius aſpectu, ex vermiculi, aut beſtiolæ conſideratione ſupra cœlos attollebat ſe, & ad inviſibilia penetrabat, atque hoc familiare ſuis optabat eſſe, ut Deum in omnibus rebus præſentem cernerent. *Non ceſſat, nec tacet laudes tuas univerſa creatura tua* (ait Aug. Deo) *nec ſpiritus omnis per os converſum ad te, nec animalia, nec corporalia per os conſiderantium ea, ut exſurgat in te à laſſitudine anima noſtra, innitens eis quæ feciſti, & tranſiens ad te qui feciſti hæc mirabiliter, & ibi refectio, & vera fortitudo.* Et rurſum, *Duarum propriè creaturarum eſt laudatio, Angelicæ ſcilicet, & humanæ, quæ hunc affectum ex totius mundi conſideratione concipiunt, ut cum laudatoribus Dei ipſa laudis materia Deum laudare dicatur: Nihil enim eſt in univerſitate rerum, à ſummis uſque ad infima, quod non ſua æqualitate naturæ potentiam ſui proteſtetur authoris.* Ita Auguſt.

Maffæus in Vita.

Lib. 5. cõf. cap. 1.

In Pſalm. 148.

MONITUM CXII.

Omnes reſurgemus.

1. Cor. 15.

SCriptura nova plena eſt documentis de reſurrectione. Id agit ex profeſſo Paulus ad Corinth. utens ad probationem variis argumentis.

1. Cor. 15.

Vv Primum

Primum petitur à re jam facta, quia Chriſtus, inquit, reſurrexit: ergo & nos reſurgemus. Caput enim ſine membris eſſe non poteſt, debentque mébra ſuo capiti eſſe conformia. Quod ergo jam præceſſit in capite, ſequetur aliquando in membris. Valdéque id movet argumentum, non ſolùm ob analogiam capitis & membrorum, ſed & ob exéplum, quòd in rebus incredibilibus magnam vim habeant exempla, multóque moveant efficaciùs, quàm verba, ut Aug. de Trinit. Secundum pretium eſt à fide gentium, nos ita docuimus, & vos ita credidiſtis, quo etiam uſus eſt Aug. de civit. Dei. Quia enim mundus hoc credidit quod impoſſibile videbatur, multùm movere debet, ut non vana, nec falſa putetur eſſe reſurrectionis perſuaſio. Tertium ab abſurdo, ſi non eſt reſurrectio, *inanis eſt fides veſtra, inanis prædicatio noſtra*: rurſus ſtolidus Paulus, qui toties periclitetur, & miſerrimi omnes Chriſtiani. Quartum à contrario pari; ſi per Adam mors, ergo per Chriſtum reſurrectio mortuorum. Sic Apoſtol. dicit, quod Adam ſit *forma futuri, ſcilicet Chriſti, ſed à contrario ſenſu*; ſicut enim Adam author eſt peccati & mortis, ita Chriſtus juſtitiæ & vitæ.

Lib. 4. c. 4.

Lib. 22. cap. 25.

Roman. 5.

Aug. epiſt. 89.

Quanti autem fecerint veteres Doctores hanc fidei noſtræ partem, cujus ſpem certam ex Chriſti reſurrectione capimus, declarant eorum ſententiæ. Tertulliani quidem, cùm ait: *Fiducia Chriſtianorum, eſt reſurrectio mortuorum*. Ambroſii verò, cùm Fidei hujus vim fructumque demonſtrat illis verbis; *Quem dolorem non ſoletur reſurrectionis gratia, quem non excludat mœrorē, ſi credas nihil perire morte, imò ipſius fieri celeritate mortis, ut plus perire non poſſit? Mori etiam non timet reſurrecturus*. Cyrillus quoque,

e carn. reſurrect.

De fide reſur. c. 1.

quoque; *Virtus*, inquit *fidei noſtræ, & univerſa ſpes, poſt conſubſtantialis confeſſionem Trinitatis, reſurrectionis myſterium reſpicit*; *& ideò*, inquit, *non injuria exquiſitiſſimè conſcripta ſunt, quæ de Thoma dubitatione leguntur.* Lib. 12. in Ioan. c. 57.

Idem Cyrill. illud Origenis commentum de animabus ante corpora creatis, doctiſſimè confutans, ſumit argumentum, inter cætera, à reſurrectione mortuorum. *Dicant*, inquit; *ſi ad ſupplicia corpus animæ connectitur, quid boni nobis destructa morte, ac immortalitate corpori per reſurrectionem donata, Salvator contulit? Si enim ſic eſſet, majora nobis inferret mala reſurrectio, perpetuò miſeras animas corporibus includens, & unde per mortem evaſerant, eò repellens. Præterea*, ait, *ſingulare nobis gaudium quidam Propheta annuntians; Reſurgent* (clamabat) *mortui, & omnes qui in terra ſunt, exultabunt; magna potius afficientur moleſtia, dicendum erat, in corpora redeuntes.* Ita Cyrill. Lib. 1. in Ioan. c. 9. Iſai. 26.

Carcerem autem Scriptura corpus vocat, petuntque Sancti de eo educi, non propter carnis naturam, & inſtitutionem ejus primam, ſed propter eã, quæ ſucceſſit, ejus corruptibilitatem & mortalitatẽ, quæ in reſurrectione omninò tolletur. *Reformabit enim corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Alioqui ineſt*, inquit Aug. *animæ naturalis appetitus corpus adminiſtrandi, quo appetitu retardatur quodammodò ne pergat in ſummum cælum.* Unde dicit Apoſtolus, nolle nos *ſpoliari* corpore, *ſed ſuperveſtiri* immortalitate, ſignificans naturale omnibus inſitum eſſe deſiderium corporis recipiendi: quod non ita eſſet, niſi naturam hominis, corporis cum anima ſocietas perfi- Pſal. 141. Philip. 3. Lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 35. 2. Cor. 5.

ceret, ut veriſſimè, propriiſſiméque dixerit Athanaſ. quod *anima rationalis, & caro unus eſt homo.*

In Symbolo.

Ideò cùm in Conc. Florent. primum diſſidere viderentur Latini & Græci, Latinis quidem dicentibus, quod inquantùm animæ ſunt, perfecta felicitate fruantur, ſed aliam felicitatem habituræ poſt reſurrectionem: Græcis verò aſſerentibus, non perfectè beatas antè fore, quàm eſſent eis corpora reſtituta, tandem in eam convenere ſententiam, juſtorum ac Sanctorum animas perfecta quidem felicitate frui, perfectiore tamen cum ſuis corporibus, cùm reſurrexerint, fruituras.

Lib. 22. civit. c. 26.

Ait Porphyrius, *ut beata ſit anima, corpus omne eſſe fugiendum. Nihil ergo prodeſt*, inq. Aug. *quia incorruptibile diximus futurum corpus, ſi anima beata nõ erit, niſi corpus omne effugerit. Non ergo ut beatæ ſint animæ, corpus eſt omne fugiendum, ſed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo convenientiùs incorruptibili corpore lætabuntur, quàm in quo corruptibili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quam poſuit ex Platone Virgilius, ubi ait;*

Rurſus & incipiunt in corpora velle reverti.

Sic, inquam, cupiditatem revertendi ad corpora non habebunt, cùm corpora, in quæ reverti cupiunt, ſecum habebunt; & ſic habebunt, ut nunquam non habeant, nunquam ea prorſus vel ad exiguum quámlibet tempus ulla morte deponent. Ita Aug.

In hæreſ. Orig.

Methodius & Proclus apud Epiphan. ſic reſpondent Origeniſtis, aſſerentibus hominem eſſe ſolam animam, ex Stoïcorum ſententia, qui eam in corpore, ſicut nauclerum in navi, collocatam eſſe dicebant, quia & ſenſus omnes affirmabant in ea hærere, non in corpore, animamque ipſam eſſe, quæ

&

Digitized by Google

& videret,& audiret: corpus verò nihil eſſe, quàm vel moleſtum quendam carcerem, aut domicilium, ſeu inſtrumentum, quo ipſa uteretur. Hoc falſum eſſe dicunt, ſed hominem totum ex anima & corpore & ſpiritu & carne, tanquam ſuis eſſentialibus partibus eſſe conflatum atque compoſitum: propterea que ad hominis perfectam felicitatem requiri, ut in utraque ſui parte quandoque reſurgat. Cōc.Vien.
Atque hæc ratio eſt, cur in Conc. Viennenſi generali definitum ſit, animam rationalem eſſe per ſe eſſentialiter formam humani corporis, & contrarium reprobatum, ut fidei Catholicæ inimicum, nimirum propter reſurrectionis articulum, qui aſſertione contrarii non mediocriter labefactari videatur.

Aug.epiſt. 119.cap.3. Rom.6.
Nonnulli attendentes verba quæ aſſiduè dicit Apoſtolus; *Quia & mortui ſumus cum Chriſto, & reſurreximus cum eo*, nec intelligentes quatenus dicatur, arbitrati ſunt jam factam eſſe reſurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum eſſe ſperandam. *Ex quibus erat Hymeneus & Philetus, qui circa veritatem erraverunt, dicentes, reſurrectionem jam eſſe factam.* Quos Apoſtol. arguens, deteſtatur: 2 Tim.2.
qui tamen dicit, nos reſurrexiſſe. Unde? niſi quia hoc per fidem & ſpem & dilectionem factum eſſe dicit in nobis ſecundùm primitias ſpiritus. Sed Rom. 8.
quia *ſpes quæ videtur, non eſt ſpes, & ideo, ſi quod non videmus, ſperamus, per patientiam exſpectamus, reſtat utique redemptio corporis noſtri, quam exſpectantes in nobiſmetipſis ingemiſcimus.*

Sic & Seleuciani reſurrectionem non futuram putabant, ſed quotidie fieri in generatione filiorum. Et Manichæi dicebant, nunc eſſe reſurrectio- Lib. de hæreſ. hær. 59.

Digitized by Google

nem tantummodò animarum per prædicationem veritatis; corporum autem, quam prædicaverunt Apoſtoli, futuram negabant. Et Marcionitæ confitebantur quidem reſurrectionem carnis, id eſt, ut ipſi, animæ carnalis & implicatæ erroribus, per agnitionem veritatis; vel carnis, quia debeat illa reſurrectio hîc fieri, hominibus in carne conſtitutis. Sic nec Origenes apertè negavit corporum reſurrectionem, ſed carnis; corpora ſcilicet noſtra affirmans ſpiritualia fore, ſine aliqua nervorum, oſſium, membrorumque diſtinctione; ſed in modum aëris ſubtilia, & non tractabilia; & tamen peractis aliquot ſæculis in nihilum redigenda. Is error etiam fuit Eutychii Conſtantinopol. ut eſt apud Bedam in hiſt. Anglic. Sed hunc Gregor. ita convicit, ut ejus librum Imperator in ignem conjiceret, & ipſe Eutychius jam moriturus, pellem manus ſuæ tenens, diceret; *Confiteor quia in hac carne reſurgemus.*

Aug. lib. 4. cõt. Fauſt. cap. 4.

Vid. Hier. ad Pãmach & Ocean. de error. Orig.

Lib. 2. c. 1.

Utramque autem reſurrectionem apertiſſimè diſtinguit Dominus apud Joannem. De priori quidem dicit; *Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, vivent.* Iſta eſt reſurrectio animarum, quæ nunc peragitur, quando tranſeunt de infidelitate ad fidem, de impietate ad pietatem. De corporum verò poſtea ſubdit, *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui verò mala, in reſurrectionem judicii.* Non hîc dicit, & nunc eſt, quia futura exſpectatur. Et ut apertè ſciatur, loqui illum de reſurrectione corporum, addit; *Quando omnes qui in monumentis ſunt.* Et, *Procedent,* nempe de monumentis.

Joan. 5.

Aug. tract. 19. in Joan.

mentis. Et rectè monuit Aug. de civit. Dei, hanc Domini ſententiam ſimilem eſſe illi Danielis, *Multi de iis qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam, & alii in opprobrium, ut videant ſemper*. Ubi illud, *dormiunt*, dicitur de mortuis, propter animas morti ſuperſtites, ſed quarum vita mortales lateat; illud autem, *in pulvere*, propter corpora, quæ paulatim in pulverem diſſolvuntur. Multos autem pro omnibus, & omnes pro multis uſurpat Scriptura, ut notant ibidem Aug. & Theodoretus ex cap. 5. ad Rom. ubi dicitur, *peccatores conſtituti ſunt multi*, cùm dicat ibidem Apoſtol. *omnes*.

Lib. 2. cap. 23. Dan. 12. Ezech. 39.

De civit. ibid. Theodor. in c. 5. ad Rom.

Communis ergo erit reſurrectio omnium hominum ad vitam incorruptibilem: differentia tamen erit proborum & improborum, quòd illi *procedent in reſurrectionem vitæ*, ut ait Chriſtus; *ſive ad vitam æternam*, ut Daniel; hi verò *ad reſurrectionem judicii*, ut Chriſtus, ut judicio Dei æternis ſuppliciis condemnentur; vel *ad opprobrium ſempiternum*, ut Daniel, quod ipſi ante oculos ſemper habentes, incredibiliter cruciabuntur. Ideo dicebat unus VII. fratrum Machabæorum, impio Regi: *Tibi reſurrectio ad vitam non erit*; obliquè ſignificans, quod erit ei reſurrectio ad mortem ſecundam.

Vide Ambroſ. de fide reſur. c. 15. 16.

2. Mach. 7.

Digitized by Google

quàm malis verſatur. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id eſt, velle laborare in agro, habere amicum, indumenta, uxorem, fabricare domum, &c. Malis, ut homicidium, adulterium facere velle, &c.

Sed quærat aliquis: Ad quid ergo datur præceptum, ſi non ſit in poteſtate liberi arbitrii facere? *Deus*, inquit Leo, *ideo dat præceptum, ut excitet deſiderium & præſtet auxilium.* Et Proſp. *Non ob aliud unquam datur præceptum, niſi ut præcipientis quæratur auxilium:* vel ut Auguſt. *ut homo nec cognitum præceptum implere valens, intelligat ſibi non ſolùm doctorem neceſſarium, ſed & adjutorem Deum: ſicque à littera occidente confugiat ad ſpiritum vivificantem; & facultatem quam non invenit in natura, quærat ex gratia. Non eſt autem iniqua exactio*, ait Proſp. *quia ſuo vitio eam facultatem perdidit*, ut hoc cognoſcat, præcepto ipſo inducitur, & ut confugiat ad gratiam. *Dixeram in Confeſſ. Deo noſtro*, inquit Aug. *Da quod jubes, & jube quod vis. Quæ mea verba Pelagius Romæ, cùm à quodam fratre Coëpiſcopo meo fuiſſent eo præſente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotiùs, penè cum eo qui illa commemorabat, litigavit.* Quia juſtitiam ponebat in viribus lib. arbitrii; ſtultum autem eſt orare ut facias, quod in poteſtate habes. Verùm *Lex auditores tantùm juſtitiæ facit, Gratia factores; imò littera occidit, ſpiritus autem vivificat: quod lex, quamvis bona, auget prohibendo deſiderium malum*, inquit Aug. *ubi ſanctus non adjuvat Spiritus, inſpirans pro concupiſcentia mala concupiſcentiam bonam, hoc eſt, charitatem diffundens in cordibus noſtris.*

Ser. 5. de Quadr.
In epiſt. ad Demetria.
Lib. 5. c. 2. cont. 2. ep. Pelag. de ſpir. & lit. cap. 6.
Cont. Collat. c. 23.
Li. 10. c. 29.
De bono perſever. cap. 20.
2. Cor. 3.
De ſpir. & lit. c. 4.
Roman. 5.

Dicitur autem Paralytico: *Surge*, remiſſas manus, & ſoluta genua erige, & greſſus rectos fac pedibus

videntes, per alia vagamur. Magnam ille cordis tranquillitatem habet, qui nec laudes curat, nec vituperia, non extollitur, ſi laudetur; non turbatur, ſi vituperetur, qui Deo tantum judice, & conſcientiæ teſtimonio contentus eſt. Qualis erat Jeremias, dicens, *Diem hominis non deſideravi, tu ſcis, Domine.* Ierem. 17.
Et Paulus, *Mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicer,* 1. Cor. 4.
aut ab humano die. Et, *Gloria noſtra hac eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* 2. Cor. 1.

Quiſquis in corde *premitur mala conſcientia,* ait Aug. *quomodo quiſquis à ſtillicidio, à fumo exit à domo; ſic qui non habet quietum cor, habitare in corde ſuo libenter non poteſt. Tales foras exeunt à ſemetipſis animi intentione, & de his quæ foris ſunt, circa corpus delectantur, quietem in nugis, in ſpectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quærunt. Quare foris ſibi voluerunt bene eſſe? Quia non eſt illis intus bene, unde gaudeant in conſcientia ſua. Unde Dominus, cùm ſanaſſet paralyticum,* ait; *Vade in domum tuam. Faciat illud anima, quæ quaſi paralyſi diſſoluta eſt in membris bonæ operationis, conſtringatur, ut benè operetur: tollat grabatum ſuum, id eſt, regat cor ſuum. Et eat in domum, id eſt, intret in conſcientiam.* In pſ. 100. verſu non habitabit.

Et rurſum; *Quomodo nolunt intrare in domos ſuas, qui habent malas uxores; intrant enim ad tædia, ad murmura, amaritudines, ad everſiones; quia non eſt domus compoſita, ubi inter virum & uxorem pax nulla eſt. Et meliùs eſt illis foras circumire. Si ergo miſeri ſunt, qui cùm redeunt ad parietes ſuos, timent ne aliquibus ſuorum perturbationibus evertantur, quantò miſeriores ſunt, qui ad conſcientiam ſuam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorũ evertantur? Ergo ut poſſis libẽs redire ad cor tuum, munda illud; Beati enim mundo* In pſal. 33. verſu Exquiſivi.

corde

corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Aufer inde cupiditatum ſordes, labem avaritiæ, trabem ſuperſtitionum, ſacrilegia, & malas cogitationes, odia, non dico adversùs amicum, ſed etiam adversùs inimicum. Aufer iſta omnia, intra cor tuum, & gaudebis ibi. Cùm ibi cœperis gaudere, ipſa munditia cordis tui delectabit te, &c. Ita Auguſt.

2.Cor.5. Vel domus noſtra eſt immortalis, non manu facta, æterna in cœlis, ad illam debemus contendere, non hîc hærere. *Ecce in Babylonia,* inq. Auguſt. *ſunt*
In pſal.136 *pulchra quæ tenent, quæ capiunt, non te teneant, non te decipiant; aliud eſt ſolatium captivorum, quod in hac miſeria donatur; aliud gaudium liberorum, quod in æterna beatitudine exſpectatur. Quid hìc circumſpicis,*
Lib.2.c.1. de Imit. ait Tho. Kemp. *cùm iſte non ſit locus requietionis tuæ? In cœleſtibus debet eſſe habitatio tua, & ſicut in tranſitu cuncta terrena ſunt aſpicienda. Tranſeunt omnia,*
Philip.3. *& tu cum eis pariter. Vide ut non inhæreas, ne capiaris & pereas. Apud altiſſimum ſit cogitatio tua, &*
Sap.5. *deprecatio tua ad Chriſtum ſine intermiſſione dirigatur. Omnis qui ad ſupernam pertinet civitatem,* inquit
Sent.17. apud Pro. S.Aug. *peregrinus eſt mundi, & dum temporali utitur vita, in patria vivit aliena, ubi inter multa illecebroſa, & multa fallacia Deum noſſe & amare, paucorum eſt, quibus ſit præceptum Domini lucidum illumi-*
Pſalm.18. *nans oculos, ut nec in Dei, nec in proximi charitate*
Sent.113. ibid. *fallantur.* Et rurſum; *Chriſtiano rectè gaudendi cauſa, non præſens ſeculum eſt, ſed futurum. Et ita utendum eſt temporalibus, ne obſint æternis, ut in via, qua peregrini ambulant, hoc placeat quod ducit ad patriam.*

Multi ingrediuntur vias, non vitæ, quæ ſunt fi-
Matth.25. des, patientia, charitas, humilitas, caſtitas, &c. Sed mortis, ut ſunt iufidelitas, impatientia, odium, ſuperbia,

Digitized by Google

perbia, impudicitia, &c. Et illi vadunt in domum non ſuam, id eſt, infernum, qui diabolo paratus eſt, & angelis ejus. In domum ſuam vadit, qui benè vivendo ad cœlum vadit: de qua domo Pſalmiſta; *Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Hic ſumus in tabernaculo, quod transfertur, & militiæ ſervit, & eſt corpus mortale, de quo Petrus; *Velox eſt depoſitio tabernaculi mei.* Et Paulus; *Qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati.* Unde & Sancti Patres ſe hoſpites & peregrinos vocabant ſuper terram, ſcientes ſe non habere hîc manentem civitatem, ſed futuram inquirebant. Domus fixa eſt, & quieta in cœlis; illa eſt domus Domini, & etiam noſtra: ad illam conditi ſumus. Unde Pſalmiſta; *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus.*

Pſalm. 26. 2. Pet. 1. 2. Cor. 5. Heb. 11. Pſalm. 121

Atque hoc primum prædicandum, hominibus non eſſe quærendam felicitatem in hoc ſeculo, ſed futuro. Unde & Apoſtoli in ſuis concionibus, ſemſemper ferè de futuro ſeculo, & reſurrectione mortuorum ſermonem faciunt, ut clarum eſt ex prima concione Petri ad Cornelium, ex prima concione Pauli ad Athenienſes, item ex ejus diſputatione cum Felice præſide. Hinc & D. Aug. dicit: *Ei, qui Chriſtianus fieri vult, non ob aliquod hujus vitæ commodum, ſed propter requiem quæ poſt hanc vitam ſperatur, gratulandum eſſe, & gaudendum, quòd in tantis & tam periculoſis hujus ſeculi tempeſtatibus, de aliqua vera & certa ſecuritate cogitarit. Nam & in hac vita homines magnis laboribus requiem quærunt, & ſecuritatem, & pravis ſuis cupiditatibus non inveniunt. Volunt enim requieſcere in rebus inquietis, & non permanentibus.*

Act. 10. Act. 17. Act. 24. De catech. rudib. cap. 16. 17.

Digitized by Google

manentibus. Et quia illa tempore ſubtrahuntur & tranſeunt, timoribus & doloribus eos agitant, nec quietos eſſe permittunt. Ideo qui veram requiem & felicitatem deſiderat, debet ſpem ſuam tollere de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo 1.Pet.1. *Domini, ut hærens ei quod manet in æternum, etiam ipſe maneat cum eo in æternum, & ideo Chriſtianus fieri, ut non eat in ignem æternum cum diabolo, ſed regnet in æternum cum Chriſto.* Ita Auguſt.

MONITUM CXIV.

Videns fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.

Matth. 9.

MUlta præclara tribuuntur fidei in Scripturis ſanctis, non otioſæ, non mortuæ, ſed ei quæ vivit, operatur. Ad fidem enim pertinet, non ſolum credulitas, ſed & fiducia, oratio, jejunium, bona vi- Matth.21. ta. De tali fide dicitur, *Si habueritis fidem, dicetis monti huic, Tolle te, & jacta te in mare, & fiet.* Et, Lucæ 18. *Filius hominis veniens, putas inveniet fidem ſuper terrã?* Auguſt.de unit.Eccleſ. cap. 13. Et de Romanis Apoſt. Rom. 1. *Fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo.* De fide mortua tacetur. Unde Clerus Roman. ad D. Cypr. Apud Cypri.ep.31. *Non tantas laudes de nobis protuliſſet Apoſtolus, niſi antiquitus apud nos diſciplinæ viguiſſet ſeveritas; cujus laudis & gloriæ degenerẽ eſſe, maximum crimen eſt.* Talis fuit fides Magdalenæ, Centurionis, Syrophœniſſæ, quibus dictum eſt,

Digitized by Google

eſt, *Fides tua te ſalvum fecit*. Et ab Apoſtolo laudatur *fides quæ per charitatem operatur*. Fides de Dei potentia & bonitate; id eſt, quod poteſt & paratus ſit miſereri pœnitentibus & invocantibus ſe, grata eſt Deo, ex qua naſcitur in homine ſpes & ſollicitudo petendi ab eo gratiam & ſalutem. *Omnis autem qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit*. Hæc fides erat & in iis qui portabant paralyticum, & in eo qui portabatur; alioqui nec illi tanto labore & periculo ægrum per tectum ante Chriſtum demerſiſſent; nec ille paſſus fuiſſet. Horum ergo fidem cùm vidiſſet, & veniam largitus eſt, & ſanitatem.

Lucæ 7. Matth. 8. Matth. 19. Galat. 6. Rom. 10. Lucæ 5.

Miſericors Dominus multis exemplis in Scrip. nos docuit, quantùm proſit aliorum fides, etiam iis qui propria fide deſtituuntur, aut certè habent valdè exiguam; dum ad preces Heliæ & Heliſæi ſuſcitavit infantulos; dum Centurio, Regulus, Chananæa, pater Lunatici, ſua fide propriam fidem non habentibus, Chriſti gratiam impetrarunt: dum paucorum hominum portantium paralyticum, fidem reſpiciens, ait illi, *Remittuntur tibi peccata tua*. Sic credimus quod fides & charitas Eccleſiæ, prodeſt parvulo, ut in baptiſmo regeneretur. Nemo enim regeneratur, niſi cooperatione Matris Eccleſiæ: *nemo Deum accipit Patrem, niſi qui Eccleſiam habeat Matrem. Illa*, inquit Apoſtolus, *quæ ſurſum eſt Ieruſalem, mater eſt noſtra*. Et Auguſt. agens de infantibus qui baptizandi offeruntur: *Ab omnibus*, ait, *rectè offerri intelliguntur quibus placet, quod offerantur, & quorum ſancta atque individua charitate ad communicationem Spiritus S. admittuntur*. Quid mirum, ſi dicamus Eccle-

3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Matth. 8. Ioan. 4. Matth. 15. 17. Lucæ 5. Cypria. de unit. Eccl. Galat. 4. Aug. ep. 2

ſiam

ſiam per fidem & charitatem ſuam parere parvulos in Baptiſmo, quando & adultos propriam etiam fidem habentes, ſua fide & gemitibus in Baptiſmo pariat? Si enim eos non pareret, nec ad eorum generationem cooperaretur, fruſtra preces, fruſtra gemitus pro eorum peccatis remittendis funderentur.

Matth. 12. Aug. de S. Virg. cap. 5. & 6. Ipſe Chriſtus *quemlibet fidelium facientem voluntatem patris ſui*, myſticè *matrem vocat*; quia videlicet, Galat. 4. *charitate parturit alios, donec formetur in eis Chriſtus*. Atque hac ratione fideles ſibi mutuò parentes ſunt, dum ſe invicem charitate, ſanctiſque Matth. 19. deſideriis ad *regenerationem illam*, de qua in Evang. Matth. 6. adjuvant, dum pro ſe & omnibus ſanctis clamant, ut *adveniat regnum Dei*, in quo totus homo promiſſam accipiet hæreditatem. De hac ſpiritali familia Gen. 17. ſæpè loquitur Scriptura, dum & *Abraham* Rom. 4. *patrem omnium noſtrûm facit*, & *ſemen juſtorum in benedictione fore, potenſque in terra* promittit; Pſalm. 36. *dum filios ſervorum Domini, pereunte cœlo & terra, ſtabi-* v. 101. *liendos* aſſerit, dum dicit Cantic. 4. *nullum timentium Dominum carere fœtu, aut ſemine*.

Quantum denique valeant apud Deum, etiam pro aliis, fides & bona opera juſtorum, ipſe oſtendit, dum ſe dicit, *miſereri multis millibus hominum*, Exod. 20. *propter timentes ſe*. Et pro obedientia ſua accepit Gen. 22. Abraham, *ut multiplicarentur poſteri ejus ſicut ſtellæ* Gen. 18. *cœli, & in ſemine ejus benedicerentur omnes gentes*. Ac ſi in Sodomis decem juſti fuiſſent, Dominus pepercisset etiam impiis, & non deleviſſet urbem. Lib. 1. de Abraham, cap. 6. De qua re agens Divus Ambroſius: *Admiranda eſt*, inquit, *hoc loco Dei clementia, propter paucorum juſtitiam, impunitatem toti populo promittentis*.

tis. Unde diſcimus quantus murus ſit patriæ, vir juſtus; & quod non debemus invidere ſanctis, nec temerò derogare. Illorum enim nos fides ſervat, illorum juſtitia ab excidio defendit. Quando Dominus delere voluit gentem Iudaicam, à Moyſe cohibitus fuit, & illi locutus eſt: *Dimitte me, ut iraſcatur furor meus. Circuite,* ait Dominus per Ieremiam, *vias Ieruſalem, & quærite in plateis ejus, an inueniatis virũ facientem judicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei,* (Jeruſalem.) Et per Ezechielem conqueritur Dominus, *Quaſivi de eis virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam, & non inveni.* Et multis annis jam defuncto Davide, *Protegam,* ait Dominus, *urbem hanc, propter me, & propter David ſeruum meum.* Geneſ. 30. dicit Iacob ad Laban; *Modicum habuiſti antequam venirem, & nunc dives effectus es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum: benedixitque Dominus domui Æyptii propter Ioſeph, & multiplicavit tam in ædibus, quam in agris cunctam ejus ſubſtantiam.* Geneſ. 39. *Tholoſa,* inquit Hieronym. ad Agerochiam, *ut huc uſque non rueret, ſancti Epiſcopi Exuperii merita præſtiterunt.* Niſibe meritis Jacobi Epiſcopi ſæpe ab hoſtibus liberata, quamdiu vel vixit, vel cadaver ejus ibi ſepultum manſit, ut Theodor. lib. 2. cap. 30. Exod. 32. Ierem. 5. Ezech. 22. 4. Reg. 19.

Sicut autem Deus benefacit aliis ob fidem & pietatem bonorum; ſic contrà punit alios ob peccata malorum. Inprimis enim *viſitat peccata parentum in filios,* quia videlicet punit Deus homines, provt quidem ex propria iniquitate digni ſunt, quos tamen non eſſet puniturus, niſi parentum peccatis eſſet provocatus. Exempli gratiâ, filius Exod. 20. 2. Reg. 12.

Davidi per adulterium ex Bethſabea natus, juſto quidem judicio ob peccatum originale mortem pati debuiſſet, quandocumque Deo placuiſſet; niſi tamen David tam graviter peccaſſet, Deo miſerente, mors ejus dilata fuiſſet diu. Sic peccata parentum nocent etiam aliquando animabus filiorum, non quidem quòd Deus ea illis imputet, aut quòd eos ob parentes in aliqua peccata inducat; *ſed ſicut ſæpe meritis parentum, filios juſtorum à peccatis eruit,* (ut Auguſtinum matris) *ita filios injuſtorum, eorum meritis, in ſuis aliquando derelinquit,* inquit D. Anſel. Sic peccatum principis in ſubditis, ſocii in ſocio, in imitatore, aut aliter conjuncto vindicatur à Deo. Propter peccatum David, quòd numeraſſet populum, multa millia de populo occiſa ſunt. Et ob peccatum Achan etiam alii de populo corruerunt. Et Chriſtus dicit omnem ſanguinem vindicandum in Judæis ſui occiſoribus: quia per Deicidium principatum obtinuerunt in ſocietate eorum, qui juſtos occiderunt. *Malorum*, ait S. Auguſt. *imitatio facit, ut non ſolum ſua, ſed etiam eorum quos imitati ſunt, merita ſortiantur impii.*

De conc. Virg. c. 24
2. Reg. 24.
Ioſ. 7.
Matth. 23.
Tract. 1. in Pſal. 108.

Quinimò Samuel dum dicit; *Si non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros,* oſtendit etiam filiorum peccata in parentibus viſitari: ſicut in magiſtris diſcipulorum peccata viſitantur. Sicut Marcion & reliqui hæreticorum dogmatum duces, per eam perverſitatem doctrinæ, quam mundo invexere, maximè nocent; *cuncti verò qui ſalutis ſuæ damna per eos perceperunt,* inquit S. Baſil. *authores perditionis ſuæ, etſi dudum vita*

1. Reg. 12.
De S. Virg.

vita functos, atrocioribus illic ſuppliciis tradunt. Ex quibus patet, cur mandauerit Dominus in Levit. ut confiterentur Iudæi iniquitates ſuas, & majorum ſuorum; non ſolùm, videlicet, propterea, ne peccata ſua defenderent, tanquam bona, propter conſuetudinem à parentibus acceptam; ſed etiam ut agnoſcerent peccata parentum aliquouſque ad ſe pertinere. Atque hoc Dei præceptum ſtudioſè implevere pii omnes, David, Daniel, Eſdras, Ieremias, Tobias, &c. *Peccavimus,* ait David, *cum patribus noſtris.* Cap. vlt. Pſal. 105.

Chriſtus autem in curando Paralytico, ut prudens Medicus, priùs cauſam morbi aufert, remittendo ejus peccata: deinde ipſam infirmitatem, quæ ex peccato oriri ſolet. Unde & languido, quem ſanaverat ad piſcinam probaticam: *Ecce,* inquit, *ſanus factus es; iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Ita medici corporales priùs ſtudent cognoſcere & evellere cauſas & radices morborum. *Medici,* inquit Cicero, *cauſa morbi inventa, curationem inuentam eſſe putant: ſic nos ægritudinis cauſa reperta, medendi facultatem reperiemus.* Illis etiam mandatur in Concil. Lateran. ut vocati ad ægrotũ, primò exhortentur eum, *Medicos advocet animarum, ad peccatorum, ex quibus morbi ſæpe naſcuntur, expiationem, ut poſtquam infirmis fuerit de ſpiritali ſalute proviſum, ſalubrius ad corporalis medicinæ remedia procedatur, cùm cauſa ceſſante, ceſſet effectus.* Propheta David oſtendens per quos gradus gratiæ anima humana ſaluetur: *Qui propitiatur,* inq. *iniquitatibus tuis, qui ſanat infirmitates tuas.* Priùs iniquitates ponit, deinde infirmitates. Quæ omnes ſive ſint corporales, ut morbi; ſive ſpirituales, Ioan. 5. Lib. 3. Tuſc. Sub Innoc. 3. can. 22. Pſal. 102. & ibi Proſp.

ut concupiſcentiæ malæ ex peccatis oriuntur. *Malorum enim omnium noſtrorum,* inquit Auguſt. *cauſa peccatum eſt. Iuſtus eſt Deus, omnipotens eſt Deus, nullo modo iſta pateremur, ſi non mereremur.*

In Nou. ſerm.

Rectum ergo ordinem ſervat in curatione Dominus, eundem & nos obſervare docens. Verùm homines plerumque volunt inchoare curationem à poſterioribus, ab effectibus. Benè conqueruntur de bello, fame, peſte, cæteriſque miſeriis, quibus mundus plenus eſt, & ob peccata immitti ſolent, ab iiſque liberari admodum cupiunt: Verum de vitæ emendatione & peccatorum expiatione, ex quibus iſta proficiſcuntur, nihil aut parum cogitant. *Et ideo,* inquit D. Gregor. *non ceſſant flagella Diuinæ iuſtitiæ, quia nec inter flagella ceſſant actiones culpæ.*

In epiſt. ad Heliodor.

Queritur S. Hieron. *Subverſæ Eccleſiæ, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, Martyrum effoſſæ reliquiæ, capti Epiſcopi, interfecti Presbyteri, & diverſorum officia clericorum. Quot Matronæ, quot Virgines Dei, & ingenua, nobiliaque corpora, his belluis ludibrio fuere? Ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & cervix noſtra erecta non flectitur. Olim offenſum ſentimus, nec placamus Deum. Noſtris vitiis Barbari fortes ſunt; noſtris peccatis Romanus ſuperatur exercitus, nec amputamus cauſas morbi, ut morbus pariter auferatur.*

Sem. 1. de Quadr.

Et D. Leo; *Non aliter,* inquit, *prævalere poſſumus adverſariis noſtris, niſi prævaluerimus & nobis: & fruſtra certatur armis, niſi priùs repugnetur vitiis. Quibus ſuperatis, & corporeorum nobis hoſtium fortitudo ſuccumbet, & emendatione noſtra infirmabuntur, quos graves nobis faciunt non ipſorum merita, ſed noſtra*

peccata

peccata. *Proſperantur ſæpè bella*, ait D. Aug. de Civit. Dei, *non tam ob merita, eorum qui vincunt, quàm eorum peccata qui debellantur*: quod oſtendit lib. 16. de populo Hebræo, & lib. 4. de Romano. *Omnis autem victoria cum etiam malis provenit, victos humiliat, vel emendans peccatum, vel puniens*, inquit idem Auguſt. *Teſtis Daniele, qui in captivitate, ſua, & populi peccata confitetur.* De Civit. Dei, lib. 16. ca. 43. lib. 4. cap. 15. Ibid. lib. 19. cap. 15. Dan. 9.

Chriſti præcepta de juſtis probiſque moribus, ait idem Auguſt. *ſi ſimul audirent atque curarent Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, juvenes & virgines, ſenes cum iunioribus, ætas omnis capax, & uterque ſexus, & quos Baptiſta Ioannes alloquitur, exactores ipſi atque milites; & terras vitæ præſentis ornaret ſua felicitate Reſpublica, & vitæ æternæ culmen beatiſſimè regnatura conſcenderet. Sed quia iſte audit, ille contemnit, pluréſque vitiis malè blandientibus, quàm utili virtutum aſperitati ſunt amiciores, tolerare Chriſti famuli iubentur; ſive ſint reges, ſive principes, ſive iudices, ſive milites, ſive provinciales, ſive divites, ſive pauperes, ſive liberi, ſive ſervi utriuſlibet ſexus; peſſimam etiam, ſi ita neceſſe eſt, flagitioſiſſimamque Rempublicam. & in illa Angelorum quadam ſanctiſſima, atque auguſtiſſima curia, cœleſtique Repub. ubi voluntas Dei lex eſt, clariſſimum ſibi locum etiam iſta tolerantia comparare.* Lib. 2. de civit. c. 19. Luc. 3.

MONITUM CXV.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.

Joan. 14.

CHaritas eſt bona voluntas, qua bene affici-
1.Cor. 16. mur Deo & proximo, volentes Deo placere,
Serm. 8. de proximo ſubvenire. *Omnia veſtra*, inquit Apoſt. *in*
jejunio 10. *charitate fiant*, id eſt, ſtudio placendi Deo, proximo
menſ. ſubveniendi. Unde & Diuus Leo: *Meminerit homo omnes affectus ſuos hac lege dirigendos, nec ut à cultu recedat Domini, nec ab utilitate conſervi.* Ergo qui proximum diligit, ſollicitus eſſe debet ut proximo ſuccurrat; qui Deum diligit, ut Deo placeat, ſermonem ejus ſervando. Hîc autem Dominus dicit ſermonem, poſtea ſermones; quia *præcepta*
Hom 27. *Dominica & multa ſunt, & unum: multa per diverſitatem operis, unum in radice charitatis*, inquit D. Gregorius. *Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.* Sic & Diuus
In Pſ. 141 Auguſtinus: *Semita dicta, quia multa præcepta*
Rom. 13. *Dei, & quia eadem multa præcepta ad unum rediguntur, quia plenitudo legis charitas; ideo una via dicitur, videlicet charitas. Sermonem ergo* meum
1.Cor. 12. ſervabit, quia *probatio dilectionis exhibitio eſt ope-*
Ioan. 14. *ris. Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me.*

De charitate ergo cujuſque magis oculis quàm auribus credendum; quod de fide cujuſque dicebat

bat Moſes Ægyptius apud Ruff. Et S. Aug. *Opus fidei eſt dilectio, quia dilectio vacare non poteſt, niſi & mali nihil operetur, & quicquid poteſt boni operetur.* Lib. 11. hiſt. cap. 6. In Pſal. 31.

Et Pater meus diliget eum. Nonne etiam Filius & Spiritus Sanctus? Ita. Opera enim Trinitatis ſunt indiviſa. *Perſonæ illæ Divinæ, ſicut inſeparabiles, ita etiam inſeparabiliter operantur,* ait Auguſt. *Nihil ibi eſt in actione diviſum, ubi nihil eſt in voluntate diverſum,* inquit Leo. *Sed quia Trinitas eſt, oportebat ejus ſingulas inſinuare perſonas, eaſque nomine diſtinctè audire, inſeparabiliter intelligere,* ait idem Auguſt. Si ſimul ſemper nominarentur, putarentur eſſe una perſona plurium nominum. Sic dicuntur quidam baptizati in Spiritu S. in nomine Chriſti; non quòd iſta forma, ſed conſueta invocatione Trinitatis, ut Innoc. & Baſil. teſtantur: reliquæ enim perſonæ intelliguntur. Diliget eum Pater, id eſt, à Patre diligetur. Enchirid. 38. De Trinit. lib. 4. c. 4. Serm. 3. de Pentec. Tract. 77. in Ioan. Act. 2. 8. Epiſt. 22. De Spir. S. cap. 12.

Sed nónne antea dilectus? Niſi eum Pater diligeret priùs, ipſe Patrem non diligeret, nec ſermonem ſervaret: quia fides, dilectio, bona opera, quæ in homine ſunt, ex ejus indebito favore, dilectione, miſericordia nobis proveniunt. *Iacob dilexi,* dictum eſt, antequam Jacob poſſet eum diligere per uſum liberi arbitrii, quia volebat ei benefacere, beneficia conferre, non alteri. *Qui ad Chriſtum veniunt,* ait Proſp. *amore ducuntur; dilecti enim ſunt & dilexerunt; quæſiti ſunt, & quæſierunt.* Pater ergo diliget eũ amplius, quia plura beneficia conferet, quæ ſunt Dei erga hominem amoris indicia; quomodo monilia ſponſi, quibus ſponſam ornat, ejus erga illam amoris ſunt ſigna. Quæ dat Dominus hominibus, non dat ſimul omnia, nec Malach. 1. Roman. 9. Lib. 2. cap. 27. de voc. gent. Lib. 2. de voc. gent. cap. 11.

Lib. 2. de voc gent. cap. 11. in ſua perfectione, ſed per gradus. *Non enim chariſmatum ſemina,*ait Proſp. *in agro cordis humani totum hoc pariter, quod futura ſunt, naſcuntur, ſed conferendorum munerum cauſa,de his quæ ſunt collata, pariuntur : ſicut in germinibus herbarum & lignorum, non accipiunt plenum decorem ſtatim ut eduntur, ſed certis & ordinatis provehuntur augmentis. Sic particulatim ferè accreſcit quicquid ſuperna largitas donat.*

Deinde quia per remiſſionem peccatorum,quæ nulla inter omnes divinas gratias eſt major (unde & per antonomaſiam Gratia ab Apoſtolo vocatur) fiet amicus & filius Dei, & proinde hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ : qua etiam acquirit ſibi quandam confidentiam, & quaſi quandam ſecuritatem, quam Apoſtolus vocat, *Pacem ad Deum.* Quam non habent, qui nondum ſunt reconciliati Deo in Baptiſmi aut Pœnitentiæ Sacramento. Unde Auguſtinus, tametſi gemeret, doleret de peccatis præteritis ; tamen inquit, *Fides non ſinebat me eſſe ſecurum de præteritis meis peccatis, quæ mihi per baptiſmum remiſſa nondum erant.* Atque hoc indicatur ſequentibus verbis, *Ad eum veniemus.* Tunc enim venit ad nos, videlicet inhabitandum, quando per remiſſionem peccatorum propitius efficitur, ait Auguſtinus, ſimulque cum ea multa alia dona infundit.

Rom. 1.

Rom. 8.

Rom. 5.

Lib. 9. cōf. cap. 4.

Epiſt. 57.

Ubique eſt Deus per Divinitatis præſentiam, ſed non eſt ubique per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi proculdubio gratia dilectionis ejus agnoſcitur, non dicimus, Pater noſter, qui es ubique,quanquam hoc verum ſit ; ſed, Qui es in cœlis. ut templum potiùs ejus in oratione commemoretur, Matth. 6.

quod

quod & noſipſi eſſe debemus. Et hoc modo ſicut non in omnibus habitat, ſic in quibus habitat, non æqualiter habitat (tamen ubique totus.) *Unde enim in omnibus ſanctis ſunt alii aliis ſanctiores, niſi abundantiùs habendo habitatorem Deum? Sic Heliſæus petiit, ut Spiritus Dei, qui erat in Helia, fieret dupliciter in ſe.* Sic & Hieron. *Non omnes æquè inhabitat Deus, nec ad eandem menſuram omnibus infunditur. De Spiritu Moyſi aufertur, &* LXX. *preſbyteris datur. Heliæ ſpiritus Heliſæo duplex datur. Alia eſt abundantia fluminis, alia rivulorum, &c.* 4 Reg. 2. Lib. 2. in Iovinian. Num. 11.

Manſionem autem facit quando dat perſeverantiam, operando in eis ut perſeveranter velint bonum, eique adhæreant, qui velle bonum deſinerent, niſi Deus hoc ipſum velle operaretur. Unde D. Aug. *Si recedat ſpiritus Dei, pondere ſuo revoluitur ſpiritus hominis in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiſcentias ſeculares, & erunt hominis illius peiora noviſſima, quàm erant prima.* Item alibi; *Cùm data fuerit gratia, incipiunt eſſe etiã merita noſtra bona, per illam tamen; nam ſi ſe illa ſubtraxerit, cadit homo, non erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter quando cœperit homo habere merita bona, non ſibi debet illa tribuere, ſed Deo, cui dicitur in pſalmo; Adjutor meus eſto, ne derelinquas me: dicendo, Ne derelinquas me, oſtendit, quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ipſe per ſe.* Serm. 6. de Verb. Apoſt. Matth. 12. De grat. & lib. arb. cap. 6. In Pſ. 122. Pſalm. 1. Pſalm. 26.

Vide quanta ſit neceſſitas gratiæ, & quantùm ei niti debeamus, exemplo ſponſæ, de qua dicitur in Cant. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Unde & Bern. *Fruſtra nititur, qui non innititur. Qui autem habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli cõmorabitur.* Cant. 8. Pſalm. 90.

rabitur. Miror, inq. Auguſt. *homines infirmitati ſuæ ſe malle committere, quàm firmitati Dei. Sed incerta eſt,* inquit, *mihi de me voluntas Dei. Quid ergo? Tuáne tibi voluntas de teipſo certa eſt, nec times? Qui videtur ſtare, videat ne cadat. Cum itaque utraque incerta ſit, cur non homo firmiori, quàm infirmiori fidem ſuam, ſpem, charitatemque committit. Bonum caſtitatis* (ſic & alterius virtutis) *non cuſtodit*, ait idem Auguſt. *niſi Deus ipſe qui dedit. Niſi enim Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Locus autem huius cuſtodis eſt humilitas. Dixit enim Spiritum ſuum requieſcere ſuper humilem. Bonum ergo quod amas, volens tutius cuſtodiri, præpara locum cuſtodi.*

De præd. Sanctor. cap. 11. 1. Cor. 10. De S. Virg. cap. 51. Pſal. 126. Eſai. 66.

D. Antonio, cùm oſtenſa fuiſſent retia, quæ diabolus per totum mundum expanderat, dicenti: Quis poterit iſta euadere? reſponſum eſt, Humilis. *O quam excelſus es,* ait Aug. Deo, *& humiles ſunt domus tua? Tu enim erigis eliſos, & non cadunt, quorum fortitudo tu es.* Oret ergo, qui perſeverare cupit cum Auguſtino humiliter. *Gratias tibi de donis tuis, ſed tu mihi ea ſerva, ita enim ſervabis me, & augebũtur, & perficientur quæ dediſti mihi.* Et, *Nequaquam deſerens cœpta tua, conſumma imperfecta mea.* Et, *Nec dona tua deſeras, nec herbam tuam ſpernas ſitientem.* Et, *Libera nos omninò, quoniam cœpiſti, ut deſinamus eſſe miſeri in nobis, & beatificemur in te.*

Lib 11. Conf. c. vlt. Lib. 1. c. vlt. Lib. 10. c. 4. Li. 11. c. 1.

In quorundam autem corda venit, ſed manſionem non facit: quia *multi etiam de filiis perditionis incipiunt benè vivere in fide, quæ per dilectionem operatur, ſed non accepto dono perſeverandi uſque in finem, poſtea cadunt, ne fortè quis extollatur, ſed omnes, etiam qui benè currunt, timeant, dum occultum eſt*

Auguſt. de corr. & gra. cap. 13.

Digitized by Google

eſt, quò perveniant, hocque timore vitium elationis opprimatur. Et de S.Virg.ad virg. dicit, *Ideo Deum permittere ut miſceantur numero profeſſionis veſtræ, multi & multa, caſuri & caſura; ut his cadentibus timor veſter augeatur, quo ſuperbia comprimatur. Perſeverantes ergo in numero veſtro, præbeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem veſtrum. Illud amate, ut imitemini; hoc lugete, ne inflemini.* De S. Virg. cap.40.

Et Virgines bonæ deficient, ait Propheta. *Vide*, inquit Hier. Euſtochio, *ne hoc in te compleatur. Nolo tibi ſuperbiam venire de propoſito, ſed timorem. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. Tibi exeunti de Sodoma timendum Uxoris Loth exẽplum. Piget dicere quot quotidie virgines ruant, quantas de ſuo gremio perdat mater Eccleſia, ſuper quæ ſidera inimicus ſuperbus ponat thronum ſuum.* De quibuſdam viduis caſtitatis votum habentibus, dicit Apoſt. quod priùs uſæ delitiis Chriſti, poſtea eas faſtidientes, divinis nuptiis contemptis, humanas appetebant. De tribus amitis ſuis, ſacris virginibus, refert Greg. quod *uno omnes ardore converſæ, ſed non omnes in eodẽ ſtudio permanſerũt*, Gordiana juniore deficiente, *quæ oblita pudoris, reverentiæ, profeſſionis, conductorẽ agrorum ſuorum maritum duxit.* Amos 8. Hieron. ad Euſtoch. Gen. 19. 1. Tim. 5. D. Greg. hom. 38.

Perſeveraturis etiã, ait Aug. *ita iſta dicuntur, quaſi eos perſeveraturos habeatur incertum: ut, Si manſeritis in me, dicitur Apoſtolis, ab eo utique qui perſeveraturos ſciebat, quia non aliter audire hoc debent, quibus expedit non altum ſapere, ſed timere.* Cauſa autẽ lapſus in ipſo homine eſt; Quia *ad malum hominis*, ait Sanctus Aug. *prior eſt voluntas eius, ad bonum verò hominis, prior eſt voluntas creatoris ejus: ſive ut eam faceret, quæ nulla erat, ſive ut reficiat, quæ* De cor. & grat. ca. 13. Ioan. 15. Rom. 11. De civit. lib. 13. c. 15.

lapſa

Lib. 1. de voc. gent. cap. 6. *lapſa perierat. Humana enim natura,* inq. D. Proſp. *in prævaricatione primi parentis vitiata, etiam inter beneficia Dei, inter præcepta & auxilia Dei, ſemper in peiorem proclivior eſt voluntatē, cui committi, non eſt aliud quàm dimitti.* Et ſicut anima ſuos motus habet ſecundùm ſpiritū, quibus adverſatur aliis motibus quos habet ſecundùm carnem, ita etiam habet motus ſuos ſecundùm carnem, quibus adverſatur aliis motibus ſuis, quos habet ſecundùm ſpiritum, & ideo dicitur caro concupiſcere adversùs ſpiritum, & ſpiritus adversùs carnem.

Aug. lib. 6. in Iulian. cap. 5.

Galat. 5.

MONITUM CXVI.

Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c.

1. Cor. 13.

EXplicat Apoſtolus laudes, ornamenta, gradus, notas charitatis; & normam tradit, ad quam tanquam ad lydium lapidem exploranda eſt, & ſi qua harum laudum effectorúmve careat, nondum ſuam perfectionem habet, ad quam enitendum eſt illam perducere.

In primis *patiens eſt*, mala aliena æquanimiter portat, conſiderans etiam ſe habere, quæ ab aliis portantur, & ipſum Deum tot noſtra & aliena peccata portare. *Si portari vis, porta & alium,* ait Tho. Kemp. Et Apoſt. *Supportantes invicem in charitate.* Et, *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti,* id eſt charitatis, ait Greg. Aug. legit, Magnanimis eſt. *Major animus meritò dicendus eſt,* inquit Proſp. *qui ærumnoſam vitam magis eligit ferre quàm fugere; & humanum judicium præ*

Epheſ 4. Galat. 6. In Paſt. ut infra. De grat. & li. arb. c. 17. Sent. 52.

conſcien

conſcientia luce & puritate contemnere. Magni animi eſt, ferre injuriam; non vindicare; inimici, gaudere de ſui contemptu. ex lib. 1. de civit. c. 21.

Adiunxit autem illico Apoſt. *Benigna eſt*, inquit Greg. *quia quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non ceſſat.* Et hoc moneri vult patientes, *ut ſtudeant diligere, quos neceſſe eſt tolerare, ne in deteriorem culpam odii virtus offenſa vertatur.* Charitas ergo etiam benigna eſt, id eſt, manſueta, benè affecta, nullam habens animi amaritudinem erga eos à quibus læditur, vel iniuriam accepit, ſed diligit eos, etiam quando minatur, corripit, verberat: vultum quidem & actum mutat, ſed non animum. Vel benigna eſt, id eſt, liberalis, munifica, quomodo & Cicero accipit in officiis; & Paulus benignitatem recenſet inter fructus ſpiritus: libenter ergo ſua bona aliis communicat, ſi habet ſubſtantiam, dat; ſi non, dat conſilium, auxilium, conſolationem, orationem, &c. eſt miſericors quomodo poteſt. *Lex Chriſti charitas eſt*, ait D. Greg. *quia ille nobis & largiter ſua bona contulit, & æquanimiter mala noſtra portavit. Tunc ergo legem Chriſti imitando complemus, quando & noſtra bona benignè conferimus, & noſtrorum mala piè ſuſtinemus.* In Paſtor. part. 3. adm. 10. Ber. ep. 11. & in lib. de dilig. Deo. Galat. 5. Tob. 4. In Paſtor. part. 3. adm. 18.

Tertiò, *charitas non æmulatur*, non invidet aliis bona ſua, nec ſpiritualia, nec temporalia. Novit enim id quod ſingulis membris datur, toti Eccleſiæ prodeſſe, & ad aliorum etiam vtilitatem dari, propter communionem ſanctorum. Unde D. Leo; *In ſancto amore conſortes, etiamſi non utantur eiſdem gratiæ beneficiis, gaudent tamen inuicem bonis ſuis, & non poteſt ab eis extraneum eſſe quod diligunt; quia* Serm. 10. de Quadr.

incremen

Davidi per adulterium ex Bethſabea natus, juſto quidem judicio ob peccatum originale mortem pati debuiſſet, quandocumque Deo placuiſſet; niſi tamen David tam graviter peccaſſet, Deo miſerente, mors ejus dilata fuiſſet diu. Sic peccata parentum nocent etiam aliquando animabus filiorum, non quidem quòd Deus ea illis imputet, aut quòd eos ob parentes in aliqua peccata inducat; *ſed ſicut ſæpe meritis parentum, filios juſtorum à peccatis eruit,* (ut Auguſtinum matris) *ita filios injuſtorum, eorum meritis, in ſuis aliquando derelinquit*, inquit D. Anſel. Sic peccatum principis in ſubditis, ſocii in ſocio, in imitatore, aut aliter conjuncto vindicatur à Deo. Propter peccatum David, quòd numeraſſet populum, multa millia de populo occiſa ſunt. Et ob peccatum Achan etiam alii de populo corruerunt. Et Chriſtus dicit omnem ſanguinem vindicandum in Judæis ſui occiſoribus: quia per Deicidium principatum obtinuerunt in ſocietate eorum, qui juſtos occiderunt. *Malorum*, ait S. Auguſt. *imitatio facit, ut non ſolum ſua, ſed etiam eorum quos imitati ſunt, merita ſortiantur impii.*

De conc. Virg. c. 24

2. Reg. 24.

Ioſ. 7.

Matth. 23.

Tract. 1. in Pſal. 108.

Quinimò Samuel dum dicit; *Si non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros,* oſtendit etiam filiorum peccata in parentibus viſitari: ſicut in magiſtris diſcipulorum peccata viſitantur. Sicut Marcion & reliqui hæreticorum dogmatum duces, per eam perverſitatem doctrinæ, quam mundo inuexere, maximè nocent; *cuncti verò qui ſalutis ſuæ damna per eos perceperunt*, inquit S. Baſil. *authores perditionis ſuæ, etſi dudum vita*

1. Reg. 12.

De S. Virg.

vita functos, atrocioribus illic ſuppliciis tradunt. Ex quibus patet, cur mandauerit Dominus in Levit. ut confiterentur Iudæi iniquitates ſuas, & majorum ſuorum; non ſolùm, videlicet, propterea, ne peccata ſua defenderent, tanquam bona, propter conſuetudinem à parentibus acceptam; ſed etiam ut agnoſcerent peccata parentum aliquouſque ad ſe pertinere. Atque hoc Dei præceptum ſtudiosè implevere pii omnes, David, Daniel, Eſdras, Ieremias, Tobias, &c. *Peccavimus*, ait David, *cum patribus noſtris.* Cap. vlt. Pſal. 105.

Chriſtus autem in curando Paralytico, ut prudens Medicus, priùs cauſam morbi aufert, remittendo ejus peccata: deinde ipſam infirmitatem, quæ ex peccato oriri ſolet. Unde & languido, quem ſanaverat ad piſcinam probaticam: *Ecce*, inquit, *ſanus factus es; iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Ita medici corporales priùs ſtudent cognoſcere & evellere cauſas & radices morborum. *Medici*, inquit Cicero, *cauſa morbi inventa, curationem inuentam eſſe putant: ſic nos ægritudinis cauſa reperta, medendi facultatem reperiemus.* Illis etiam mandatur in Concil. Lateran. ut vocati ad ægrotũ, primò exhortentur eum, *Medicos advocet animarum, ad peccatorum, ex quibus morbi ſæpe naſcuntur, expiationem, ut poſtquam infirmis fuerit de ſpiritali ſalute proviſum, ſalubrius ad corporalis medicinæ remedia procedatur, cùm cauſa ceſſante, ceſſet effectus.* Propheta David oſtendens per quos gradus gratiæ anima humana ſaluetur: *Qui propitiatur*, inq. *iniquitatibus tuis, qui ſanat infirmitates tuas.* Priùs iniquitates ponit, deinde infirmitates. Quæ omnes ſive ſint corporales, ut morbi; ſive ſpirituales, Ioan. 5. Lib. 3. Tuſc. Sub Innoc. 3. can. 22. Pſal. 102. & ibi Proſp.

ut concupiſcentiæ malæ ex peccatis oriuntur. *Malorum enim omnium noſtrorum*, inquit Auguſt. *cauſa peccatum eſt. Iuſtus eſt Deus, omnipotens eſt Deus, nullo modo iſta pateremur, ſi non mereremur.*

In Nou. ſerm.

Rectum ergo ordinem ſervat in curatione Dominus, eundem & nos obſervare docens. Verùm homines plerumque volunt inchoare curationem à poſterioribus, ab effectibus. Benè conqueruntur de bello, fame, peſte, cæteriſque miſeriis, quibus mundus plenus eſt, & ob peccata immitti ſolent, ab iiſque liberari admodum cupiunt: Verum de vitæ emendatione & peccatorum expiatione, ex quibus iſta proficiſcuntur, nihil aut parum cogitant. *Et ideo*, inquit D. Gregor. *non ceſſant flagella Diuina iuſtitiæ, quia nec inter flagella ceſſant actiones culpæ.*

In epiſt. ad Heliodor.

Queritur S. Hieron. *Subverſa Eccleſia, ad altaria Chriſti ſtabulati equi, Martyrum effoſſa reliquiæ, capti Epiſcopi, interfecti Presbyteri, & diverſorum officia clericorum. Quot Matrona, quot Virgines Dei, & ingenua, nobiliaque corpora, his belluis ludibrio fuere? Ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit, & cervix noſtra erecta non flectitur. Olim offenſum ſentimus, nec placamus Deum. Noſtris vitiis Barbari fortes ſunt; noſtris peccatis Romanus ſuperatur exercitus, nec amputamus cauſas morbi, ut morbus pariter auferatur.*

Sem. 1. de Quadr.

Et D. Leo; *Non aliter*, inquit, *prævalere poſſumus adverſariis noſtris, niſi prævaluerimus & nobis: & fruſtra certatur armis, niſi priùs repugnetur vitiis. Quibus ſuperatis, & corporeorum nobis hoſtium fortitudo ſuccumbet, & emendatione noſtra infirmabuntur, quos graves nobis faciunt non ipſorum merita, ſed noſtra*

peccata

Digitized by Google

peccata.Proſperantur ſæpè bella,ait D. Aug. de Civit.Dei, *non tam ob merita,eorum qui vincunt, quàm eorum peccata qui debellantur :* quod oſtendit lib. 16. de populo Hebræo,& lib.4. de Romano.*Omnis autem victoria cum etiam malis provenit, victos humiliat, vel emendans peccatum, vel puniens*,inquit idem Auguſt. *Teſtis Daniele, qui in captivitate, ſua, & populi peccata confitetur.* De Civit. Dei,lib. 16. ca.43.lib.4. cap. 15. Ibid.lib.19. cap. 15. Dan.9.

Chriſti præcepta de juſtis probiſque moribus, ait idem Auguſt. *ſi ſimul audirent atque curarent Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, juvenes & virgines, ſenes cum iunioribus, ætas omnis capax, & uterque ſexus,& quos Baptiſta Ioannes alloquitur,exactores ipſi atque milites ; & terras vitæ præſentis ornaret ſua felicitate Reſpublica, & vitæ æternæ culmen beatiſſimè regnatura conſcenderet. Sed quia iſte audit, ille contemnit, pluréſque vitiis malè blandientibus, quàm utili virtutum aſperitati ſunt amicitiores, tolerare Chriſti famuli iubentur ; ſive ſint reges, ſive principes, ſiue iudices, ſive milites, ſive provinciales, ſive divites, ſive pauperes, ſive liberi, ſive ſervi utriuſlibet ſexus ; peſſimam etiam, ſi ita neceſſe eſt,flagitioſiſſimamque Rempublicam, & in illa Angelorum quadam ſanctiſſima,atque auguſtiſſima curia, cœleſtique Repub. ubi voluntas Dei lex eſt, clariſſimum ſibi locum etiam iſta tolerantia comparare.* Lib.2. de civit. c.19. Luc.3.

MONITUM CXV.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit.

Joan. 14.

CHaritas eſt bona voluntas, qua bene affici-
1. Cor. 16. mur Deo & proximo, volentes Deo placere,
Serm. 8. de jejunio 10. menſ. proximo ſubvenire. *Omnia veſtra*, inquit Apoſt. *in charitate fiant*, id eſt, ſtudio placendi Deo, proximo ſubveniendi. Unde & Diuus Leo: *Meminerit homo omnes affectus ſuos hac lege dirigendos, nec ut à cultu recedat Domini, nec ab utilitate conſervi.* Ergo qui proximum diligit, ſollicitus eſſe debet ut proximo ſuccurrat; qui Deum diligit, ut Deo placeat, ſermonem ejus ſervando. Hîc autem Dominus dicit ſermonem, poſtea ſermones; quia *præcepta*
Hom 27. *Dominica & multa ſunt, & unum: multa per diverſitatem operis, unum in radice charitatis*, inquit D. Gregorius. *Ut enim multi arboris rami ex una radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex una charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.* Sic & Diuus
In Pſ. 141 Auguſtinus: *Semita dicta, quia multa præcepta*
Rom. 13. *Dei, & quia eadem multa præcepta ad unum rediguntur, quia plenitudo legis charitas; ideo una via dicitur, videlicet charitas. Sermonem ergo* meum
1. Cor. 12. ſervabit, quia *probatio dilectionis exhibitio eſt ope-*
Ioan. 14. *ris. Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me.*

De charitate ergo cujuſque magis oculis quàm auribus credendum; quod de fide cujuſque dicebat

Digitized by Google

bat Moſes Ægyptius apud Ruff. Et S.Aug. *Opus fidei eſt dilectio, quia dilectio vacare non poteſt, niſi & mali nihil operetur, & quicquid poteſt boni operetur.* Lib. 11. hiſt. cap. 6. In Pſal. 31.

Et Pater meus diliget eum. Nonne etiam Filius & Spiritus Sanctus? Ita. Opera enim Trinitatis ſunt indiviſa. *Perſonæ illæ Divinæ, ſicut inſeparabiles, ita etiam inſeparabiliter operantur,* ait Auguſt. *Nihil ibi eſt in actione diviſum, ubi nihil eſt in voluntate diverſum,* inquit Leo. *Sed quia Trinitas eſt, oportebat ejus ſingulas inſinuare perſonas, eaſque nomine diſtinctè audire, inſeparabiliter intelligere,* ait idem Auguſt. Si ſimul ſemper nominarentur, putarentur eſſe una perſona plurium nominum. Sic dicuntur quidam baptizati in Spiritu S. in nomine Chriſti; non quòd iſta forma, ſed conſueta invocatione Trinitatis, ut Innoc. & Baſil. teſtantur: reliquæ enim perſonæ intelliguntur. Diliget eum Pater, id eſt, à Patre diligetur. Enchirid. 38. De Trinit. lib. 4. c. 4. Serm. 3. de Pentec. Tract. 77. in Ioan. Act. 2. 8. Epiſt. 22. De Spir. S. cap. 12.

Sed nónne antea dilectus? Niſi eum Pater diligeret priùs, ipſe Patrem non diligeret, nec ſermonem ſervaret: quia fides, dilectio, bona opera, quæ in homine ſunt, ex ejus indebito favore, dilectione, miſericordia nobis proveniunt, *Iacob dilexi,* dictum eſt, antequam Jacob poſſet eum diligere per uſum liberi arbitrii, quia volebat ei benefacere, beneficia conferre, non alteri. *Qui ad Chriſtum veniunt,* ait Proſp. *amore ducuntur; dilecti enim ſunt & dilexerunt; quæſiti ſunt, & quæſierunt.* Pater ergo diliget eũ amplius, quia plura beneficia conferet, quæ ſunt Dei erga hominem amoris indicia; quomodo monilia ſponſi, quibus ſponſam ornat, ejus erga illam amoris ſunt ſigna. Quæ dat Dominus hominibus, non dat ſimul omnia, nec Malach. 1. Roman. 9. Lib. 2. cap. 27. de voc. gent. Lib. 2. de voc. gent. cap. 11.

Digitized by Google

Lib. 2. de voc gent. cap. 11. in ſua perfectione, ſed per gradus. *Non enim chariſmatum ſemina*, ait Proſp. *in agro cordis humani totum hoc pariter, quod futura ſunt, naſcuntur, ſed conferendorum munerum cauſa, de his quæ ſunt collata, pariuntur: ſicut in germinibus herbarum & lignorum, non accipiunt plenum decorem ſtatim ut eduntur, ſed certis & ordinatis provehuntur augmentis. Sic particulatim ferè accreſcit quicquid ſuperna largitas donat.*

Deinde quia per remiſſionem peccatorum, quâ nulla inter omnes divinas gratias eſt major (unde & per antonomaſiam Gratia ab Apoſtolo vocatur) [Rom. 1.] fiet amicus & filius Dei, & proinde hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ: [Rom. 8.] qua etiam acquirit ſibi quandam confidentiam, & quaſi quandam ſecuritatem, quam Apoſtolus vocat, *Pacem ad Deum*. [Rom. 5.] Quam non habent, qui nondum ſunt reconciliati Deo in Baptiſmi aut Pœnitentiæ Sacramento. Unde Auguſtinus, tametſi gemeret, doleret de peccatis præteritis; tamen inquit, [Lib. 9. cōf. cap. 4.] *Fides non ſinebat me eſſe ſecurum de præteritis meis peccatis, quæ mihi per baptiſmum remiſſa nondum erant.* Atque hoc indicatur ſequentibus verbis, *Ad eum veniemus.* Tunc enim venit ad nos, videlicet inhabitandum, quando per remiſſionem peccatorum propitius efficitur; ait Auguſtinus, [Epiſt. 57.] ſimulque cum ea multa alia dona infundit.

Ubique eſt Deus per Divinitatis præſentiam, ſed non eſt ubique per habitationis gratiam. Propter hanc enim habitationem, ubi proculdubio gratia dilectionis ejus agnoſcitur, non dicimus, Pater noſter, qui es ubique, quanquam hoc verum ſit; ſed, Qui es in cœlis, [Matth. 6.] *ut templum potiùs ejus in oratione commemoretur,* quod

Digitized by Google

quod & noſipſi eſſe debemus. Et hoc modo ſicut non in omnibus habitat, ſic in quibus habitat, non æqualiter habitat (tamen ubique totus.) *Unde enim in omnibus ſanctis ſunt alii aliis ſanctiores, niſi abundantiùs habendo habitatorem Deum? Sic Heliſæus petiit, ut Spiritus Dei, qui erat in Helia, fieret dupliciter in ſe.* Sic & Hieron. *Non omnes æquè inhabitat Deus, nec ad eandem menſuram omnibus infunditur. De Spiritu Moyſi aufertur, & LXX. preſbyteris datur. Heliæ ſpiritus Heliſæo duplex datur. Alia eſt abundantia fluminis, alia rivulorum, &c.* 4 Reg. 2. Lib. 2. in Iovinian. Num. 11.

Manſionem autem facit quando dat perſeverantiam, operando in eis ut perſeveranter velint bonum, eique adhæreant, qui velle bonum deſinerent, niſi Deus hoc ipſum velle operaretur. Unde D. Aug. *Si recedat ſpiritus Dei, pondere ſuo revolvitur ſpiritus hominis in carnem, redit ad facta carnalia, redit ad concupiſcentias ſeculares, & erunt hominis illius peiora noviſſima, quàm erant prima.* Item alibi; *Cùm data fuerit gratia, incipiunt eſſe etiã merita noſtra bona, per illam tamen; nam ſi ſe illa ſubtraxerit, cadit homo, non erectus, ſed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter quando cœperit homo habere merita bona, non ſibi debet illa tribuere, ſed Deo, cui dicitur in pſalmo; Adjutor meus eſto, ne derelinquas me: dicendo, Ne derelinquas me, oſtendit, quia ſi derelictus fuerit, nihil boni valet ipſe per ſe.* Serm. 6. de Verb. Apoſt. Matth. 12. De grat. & lib. arb. cap. 6. In Pſ. 122. Pſalm. 1. Pſalm. 26.

Vide quanta ſit neceſſitas gratiæ, & quantùm ei niti debeamus, exemplo ſponſæ, de qua dicitur in Cant. *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Unde & Bern. *Fruſtra nititur, qui non innititur. Qui autem habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli cõmorabitur.* Cant. 8. Pſalm. 90.

Digitized by Google

rabitur. Miror, inq. Auguſt. *homines infirmitati ſuæ ſe malle committere, quàm firmitati Dei. Sed incerta eſt*, inquit, *mihi de me voluntas Dei. Quid ergo? Tuáne tibi voluntas de teipſo certa eſt, nec times? Qui videtur ſtare, videat ne cadat. Cum itaque vtraque incerta ſit, cur non homo firmiori, quàm infirmiori fidem ſuam, ſpem, charitatemque committit. Bonum caſtitatis* (ſic & alterius virtutis) *non cuſtodit*, ait idem Auguſt. *niſi Deus ipſe qui dedit. Niſi enim Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Locus autem huius cuſtodis eſt humilitas. Dixit enim Spiritum ſuum requieſcere ſuper humilem. Bonum ergo quod amas, volens tutius cuſtodiri, præpara locum cuſtodi.*

De præd. Sanctor. cap. 11. 1. Cor. 10.

De S. Virg. cap. 51. Pſal. 126. Eſai. 66.

D. Antonio, cùm oſtenſa fuiſſent retia, quæ diabolus per totum mundum expanderat, dicenti: Quis poterit iſta euadere? reſponſum eſt, Humilis. *O quam excelſus es,* ait Aug. Deo, *& humiles ſunt domus tuæ? Tu enim erigis eliſos, & non cadunt, quorum fortitudo tu es.* Oret ergo, qui perſeverare cupit cum Auguſtino humiliter. *Gratias tibi de donis tuis, ſed tu mihi ea ſerva, ita enim ſervabis me, & augebũtur, & perficientur quæ dediſti mihi.* Et, *Nequaquam deſerens cœpta tua, conſumma imperfecta mea.* Et, *Nec dona tua deſeras, nec herbam tuam ſpernas ſitientem.* Et, *Libera nos omninò, quoniam cœpiſti, ut deſinamus eſſe miſeri in nobis, & beatificemur in te.*

Lib 11. Conf. c. vlt.

Lib. 1. c. vlt.

Lib. 10. c. 4. Li. 11. c. 1.

In quorundam autem corda venit, ſed manſionem non facit: quia *multi etiam de filiis perditionis incipiunt benè vivere in fide, quæ per dilectionem operatur, ſed non accepto dono perſeverandi uſque in finem, poſtea cadunt, ne fortè quis extollatur, ſed omnes, etiam qui benè currunt, timeant, dum occultum*

Auguſt. de corr. & gra. cap. 13.

eſt, quò perveniant, hocque timore vitium elationis opprimatur. Et de S. Virg. ad virg. dicit, *Ideo Deum permittere ut miſceantur numero profeſſionis veſtræ, multi & multa, caſuri & caſura; ut his cadentibus timor veſter augeatur, quo ſuperbia comprimatur. Perſeverantes ergo in numero veſtro, præbeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem veſtrum. Illud amate, ut imitemini; hoc lugete, ne inflemini.* De S. Virg. cap. 40.

Ee Virgines bonæ deficient, ait Propheta. *Vide*, inquit Hier. Euſtochio, *ne hoc in te compleatur. Nolo tibi ſuperbiam venire de propoſito, ſed timorem. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. Tibi exeunti de Sodoma timendum Vxoris Loth exẽplum. Piget dicere quot quotidie virgines ruant, quantas de ſuo gremio perdat mater Eccleſia, ſuper quæ ſidera inimicus ſuperbus ponat thronum ſuum.* De quibuſdam viduis caſtitatis votum habentibus, dicit Apoſt. quod priùs uſæ delitiis Chriſti, poſtea eas faſtidientes, divinis nuptiis contemptis, humanas appetebant. De tribus amitis ſuis, ſacris virginibus, refert Greg. quod *uno omnes ardore converſæ, ſed non omnes in eodẽ ſtudio permanſerũt*, Gordiana juniore deficiente, *quæ oblita pudoris, reverentiæ, profeſſionis, conductorẽ agrorum ſuorum maritum duxit.* Amos 8. Hieron. ad Euſtoch. Gen. 19. 1. Tim. 5. D. Greg. hom. 38.

Perſeveraturis etiã, ait Aug. *ita iſta dicuntur, quaſi eos perſeveraturos habeatur incertum: ut, Si manſeritis in me, dicitur Apoſtolis, ab eo utique qui perſeveraturos ſciebat, quia non aliter audire hoc debent, quibus expedit non altum ſapere, ſed timere.* Cauſa autẽ lapſus in ipſo homine eſt; Quia *ad malum hominis*, ait Sanctus Aug. *prior eſt voluntas eius, ad bonum verò hominis, prior eſt voluntas creatoris ejus: ſive ut eam faceret, quæ nulla erat, ſive ut reficiat, quæ* De cor. & grat. ca. 13. Ioan. 15. Rom. 11. De civit. lib. 13. c. 15.

conſcientia luce & puritate contemnere. Magni animi eſt, ferre injuriam; non vindicare; inimici, gaudere de ſui contemptu. ex lib. 1. de civit. c. 21.

Adiunxit autem illico Apoſt. *Benigna eſt*, inquit Greg. *quia quos ex patientia tolerat, amare etiam ex benignitate non ceſſat.* Et hoc moneri vult patientes, *ut ſtudeant diligere, quos neceſſe eſt tolerare, ne in deteriorem culpam odii virtus offenſa vertatur.* Charitas ergo etiam benigna eſt, id eſt, manſueta, benè affecta, nullam habens animi amaritudinem erga eos à quibus læditur, vel iniuriam accepit, ſed diligit eos, etiam quando minatur, corripit, verberat: vultum quidem & actum mutat, ſed non animum. Vel benigna eſt, id eſt, liberalis, munifica, quomodo & Cicero accipit in officiis; & Paulus benignitatem recenſet inter fructus ſpiritus: libenter ergo ſua bona aliis communicat, ſi habet ſubſtantiam, dat; ſi non, dat conſilium, auxilium, conſolationem, orationem, &c. eſt miſericors quomodo poteſt. *Lex Chriſti charitas eſt*, ait D. Greg. *quia ille nobis & largiter ſua bona contulit, & æquanimiter mala noſtra portavit. Tunc ergo legem Chriſti imitando complemus, quando & noſtra bona benignè conferimus, & noſtrorum mala piè ſuſtinemus.* In Paſtor. part. 3. adm. 10. Ber. ep. 21. & in lib. de dilig. Deo. Galat. 5. Tob. 4. In Paſtor. part. 3. adm. 28.

Tertiò, *charitas non æmulatur*, non invidet aliis bona ſua, nec ſpiritualia, nec temporalia. Novit enim id quod ſingulis membris datur, toti Eccleſiæ prodeſſe, & ad aliorum etiam vtilitatem dari, propter communionem ſanctorum. Unde D. Leo; *In ſancto amore conſortes, etiamſi non utantur eiſdem gratiæ beneficiis, gaudent tamen inuicem bonis ſuis, & non poteſt ab eis extraneum eſſe quod diligunt; quia* Serm. 10. de Quadr.

incremen

Digitized by Google

bet, moderatur linguam, frenat gulam, iram ſedat, format inceſſum, &c. Vel non agit perperam, nihil mali agit. *Dilectio proximi malum non operatur.* Si interdum is qui diligit, mali aliquid agit, non id charitati tribuendum, ſed ignorantiæ, concupiſcentiæ, infirmitati, &c. quibus ille adhuc ſubjacet, qui amat. Sic & Joan. *Qui natus eſt ex Deo, non peccat,* videlicet ſecundùm charitatem, qua ex Deo natus eſt: ideóque orandum cum Paulo, *ut charitas noſtra magis magiſque abundet in ſcientia, & in omni ſenſu. Sicut enim ſcientia ſine charitate inflat, ſic charitas ſine ſcientia errat,* ait Bernardus.

Rom. 13.

1. Ioan. 3.
Proſp. ad Demetria.
Philipp. 1.
1. Cor. 8.
Serm. 69. in Cant.

Quintò, charitas non inflatur, cauſa redditur, *cur non æmuletur,* inquit Auguſt. *quia videlicet non inflatur. Ideo non habet invidentiam, quia nec ſuperbiam: ſuperbiam enim ſequitur invidentia, tanquam filia pediſſequa; eam quippe ſuperbia continuò parit, nec unquam eſt ſine tali prole atque comite; quibus duobus malis, id eſt, ſuperbia & invidentia, diabolus præeſt.* Monet Apoſtol. *Nihil per contentionem, neque inanem gloriam, ſed in humilitate, ſupuriores ſibi inuicem arbitrantes.* Et, *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Charitas etſi aliquod bonum operatur, vel habeat, ut humilitatem conſervet, cogitat quod alius fortè eſt de electis, ipſa verò de reprobis, quod in alio fortè ſit occultum aliquod bonum, propter quod melior eſt, & Deo charior. Unde & Aug. non vult ut virgo ſe conjugatæ præferat; poteſt enim hæc idonea eſſe Martyrio, illa verò non, ob occultam aliquam mentis infirmitatem.

De S. Virg. cap. 31.
Philipp. 2.
Galat. 5.
De S. Virg. c 41. & ſeq.

Sextò, Charitas non eſt ambitioſa; honoris vel

laudis

laudis cupida, quia cùm ſciat totum à Deo eſſe, ille omnem gloriam tribuit; & ſi laudari quærit, non niſi in Domino;& ut proximo proſit,cui prodeſſe non poteſt, ſi nimia dejectione vileſcat.Deinde non quærit dignitates ſeculares,celſiorē gradum,ſed humili contenta eſt loco,ſciens in eo ſalutem eſſe; in alto periculum: Qui enim gradus honorum ſcandunt, ad majora ſemper pericula tendunt. *Potentes etiam potenter tormenta patientur.* Et, *Iudicium duriſſimum his qui præſunt,fiet*; de quorum manibus, ſubditorum peccata requiret Deus.Chryſoſt.legit, *non eſt faſtidioſa,* id eſt, non contemnit alios præ ſe, viles, abjectos, pauperes, quorū colloquia,& converſationem,quodam animi tumore ſolent multi vitare. Monet Paulus *conſentire humilibus,* id eſt, abjectæ ſortis hominibus ſe accommodare, & divites hortatur,*Communicare,* hoc eſt, ut Theophyl. *communes ſe præbere,* benevolos, amicos, faciles, abſque faſtu. De ſuperbis dictum eſt, *Separatum eſt convivium eorum.*

Pſalm. 33. Aug. epiſt. 50. Ser.1. de com. vit. cler. Lib. 8. conf. c.6. Sap.6. Ezech.3. 13. Rom.12. 1.Tim.6. & ibi Theophylact. Oſeæ 4.

*Septimò,Charitas non quærit quæ ſua ſunt,*id eſt, ſibi temporaliter commoda; ſed quæ aliis ſpiritualiter proſunt. Imò ſpiritualia interdum fraternæ utilitatis cauſa intermittit vel omittit,nec hoc eſt opus bonum omittere,ſed mutare ſæpè in melius. D. Antonius ſimul ad Dominum ire cupiebat cum Paulo Heremita. Qui ad Antonium: *Non debes,*inquit,*quærere quæ tua ſunt, ſed quæ aliena. Expedit tibi, ſarcina carnis abjecta, agnum ſequi. Sed & cæteris expedit fratribus, ut tuo adhuc inſtituantur exēplo.Charitas,* ait Bern.*iam diu mihi perſuaſit, nihil deſiderabilium meorum veſtris præferre utilitæ*

Hieron. in vita Pauli herem. Serm.51. in Cantic.

Digitized by Google

utilitate, orare, legere, meditari, & ſi qua ſunt alia ſpiritualis ſtudii lucra, hæc arbitratus ſum propter vos detrimenta, &c. Ex hac charitate dixit S. Martinus jam moriturus : *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem, fiat voluntas tua.* Et B. Laurentius Juſtinia. vicinus morti; *Quà libenter*, inquit, *hinc abirem, ſed tu bone Ieſu, obſequi non debes voluntati meæ, ſed utilitati populi tui.* Apud Sulp. in Vita. In Vita cap. 10.

Octavò, *Charitas non irritatur*, non provocatur ad iracundiam, non facilè iraſcitur, etiam injuriantibus, ſed compatitur ut infirmis, plus dolens de alterius malitia, quàm de ſua injuria. *Ægros corpore minimè dignos odio, ſed potiùs miſeratione judicamus; multò magis non inſequendi, ſed miſerandi ſunt, quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas*, inquit Boëth.

Deinde, *non cogitat malum*, id eſt, non meditatur vindictam, ut homines ſolet, affecti aliqua injuria, quomodo eam compenſabunt verbo, verbere, opere. Cogitat illud. *Mihi vindictã, & ego retribuam in tempore.* Et illud, *Ne dixeris; Reddam malum, ſed expecta Dominum, & liberabit te.* Condolet injuriantibus, ut infirmis, phreneticis, pueris, à quibus multa ſæpè patimur, inq. Aug. *Parati plura pati, ſi illorum ſalus id exigat, donec vel ætatis, vel morbi infirmitas tranſeat. Omnis autem improbitas ex infirmitate animi venit.* Vel non cogitat malum, non facilè malum de alio ſuſpicatur, ſed quantùm poteſt, in bonum omnia interpretatur. *De incertis*, ait Aug. *non judicat, incognita non confirmat; proclivior eſt ad bene credendum de homine bono, quàm ad malè ſuſpicandũ. Non ſe dolet multùm errare, cùm benè credit etiam de malo; pernitioſum autem cùm malè ſenſerit fortè* De conſ. lib. 4. proſ. 4. Deut. 32. Prov. 20. Lib. 1. de ſer. Do. in mont. cap. 34. In pſ. 147.

de bono neſciens qualis ſit. Quid perdo, ſi credo quia bonus eſt? Si incertum eſt, licèt ut caveas, ne fortè verum ſit, non tamen damnes, tanquam verum ſit.

Pſal. 118.

Poſtremò, *non gaudet ſuper iniquitate*, quam alii perpetrant. ſed videt prævaricantes, & tabeſcit; vel quam alii patiuntur, quia flet cum flentibus: *congaudet autem veritati*, id eſt, iis qui ſincerè ac in veritate ambulant. *Majorem horum non habeo gratiam, vel majus horum non habeo gaudium*, ait Joan. *quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.* Et Paulus, *Implete gaudium meum*, inquit, mox oſtendens de quibus ſolet gaudere, *ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, id ipſum ſentientes*, &c. Et, *Spiritu vobiſcum ſum, gaudens & videns ordinem veſtrum, & firmamentum ejus quæ in Chriſto eſt, fidei veſtræ.* Quantam oſtenderit Cypr. lætitiam in fortitudine fidelium, qui uſque ad carceres, vincula, verbera, tormenta, &c. Chriſtum confeſſi eſſent, vide in tract. de Lapſis, & alibi.

Rom. 12. Ioan. ep. 3. Philipp. 2. Coloſſ. 2.

MONITUM CXVII.

Charitas omnia ſuffert, omnia credit, &c.

1. Cor. 13.

CHaritas, inquit Apoſtolus, *omnia ſuffert.* Qui enim charitate præditus eſt, agnoſcit & humiliter confitetur peccata ſua. Eſt autem patientia firmior, ſi nos dignos tribulatione cenſemus; & lætior, ſi perſuademus nobis per eam peccata ipſa aboleri

aboleri & remitti. Cogitat illud Cypriani; *Quàm gravis cauſa ſit hominis Chriſtiani, ſervum pati nolle, cùm paſſus ſit prior Dominus! & prò peccatis noſtris nos pati nolle; cum peccatum ſuum proprium non habens, paſſus ſit ille pro nobis!* Cogitat illud Pauli; *Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris; poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet juſtitia.* Et illud; *In diſciplina perſeverate. Tanquam filiis, vobis offert ſe Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filii eſtis*, ait Sapiens; *In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam igne probatur aurum atque argentum.* Lib. 4. epiſt. 6. Hebr. 12. Hebr. 12. Eccleſ. 2.

Mens etenim recta, & puri ſibi conſcia cordis,
Hoc plus ſplendeſcit, quò magis atteritur,

ait D. Proſp. In Epigrãmatib.

Charitas omnia credit. Sed nonne hoc levitatis eſt? Unde Sap. *Qui citò credit, levis eſt corde.* Et monet Joan. *Nolite omni ſpiritui credere.* Quomodo ergo charitas omnia credit? Primò, *inter eos quos connexos ſibimet unum facit*, inquit Aug. *Volunt audire confitentem me, quid intus ſim, quò nec oculum, nec aurem, nec mentem poſſunt intendere: credituri tamen volunt, nunquid cognituri? Dicit enim eis charitas qua boni ſunt, non mentiri me de me confitentem, & ipſa in eis credit mihi.* Ita Auguſt. Alioqui, ut idem alibi: *Ipſa charitas admonet non facilè de fratre aliquid mali eſſe credendum; & cum tale aliquid dicitur, hoc ad ſe magis judicat pertinere, ne credat.* Eccleſ. 19. 1. Joan. 4. Lib. 10. conf cap. 3. De Spir. & lit. cap. 31.

Deinde, *Charitas omnia credit*, ſcilicet, *Deo*; quic- De ſpir. & lit. ibidem.

quid loquitur Deus, ſive per ſe, ſive per Scripturas,
Ioan. 14. Eccleſiam, ſervos ſuos, etiamſi rationem planè ſuperent, eique abſurda videantur. *Ego*, ait Chriſtus, *ſum via*, quam ſequi debes; *veritas*, cui credere debes; *vita*, quam ſperare debes. *Crede Deo*, inq. Sap.
Eccleſ. 2. *& recuperabit te. Audiamus*, inquit Chryſ. *& credamus*
Hom. 83. in Matth. *ubique Deo, nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicitur; ſuperet & ſenſum & rationem noſtram.* Fides à
Tho. Kemp lib. 4 cap. ult. de Imit. te exigitur & ſincera vita, non altitudo intellectus; nec profunditas myſteriorum Dei. Si non intelligis quæ infra te ſunt, quomodo comprehendes ea quæ ſupra te ſunt? Non fallit te Deus, fallitur qui ſibi nimium credit. Quicquid intelligere non vales, Deo omnipotenti ſecurè committe. Certum eſt ergo eos qui non habent fidem, non habere charitatem, ut infideles & hæreticos, etiamſi ſpeciem aliquam virtutum habere videantur. Unde
De doct. Chriſt. lib. 1. cap. 37. ait Aug. *Si à fide quiſque ceciderit, à charitate quoque neceſſe eſt cadat; & titubante fide, charitas etiam ipſa langueſcit.*

Deinde, *Charitas omnia ſperat*, ſcilicet à Deo, quæ ipſe promiſit. Omnia etiam quæ non vident,
Proſp. ſent. 32. & impoſſibilia videntur. Unde & Chriſtiani ab infidelibus deſpiciebantur tanquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona perderent, & inviſibilia ſibi ac futura promitterent. Laudatur ſpes Abrahæ,
Rom. 4. cùm ei jam emortuo, uxore etiam emortua, & ſterili quoque exſiſtente, promiſiſſet ſemen. *In repromiſſione Dei*, ait Apoſt. *non hæſitavit diffidentia, ple-*
Rom. 4. *niſſimè ſciens, quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere.* Sara ejus uxor reprehenſa à Domino, quia
Gen. 18. riſerat audiens eandem promiſſionem. *Quare riſit Sara*

Sara dicens; Num verè paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Arguitur etiam diffidentia Moyſis, quòd cum ei promiſiſſet Dominus aquam de petra pro filiis Iſraël, ille non attendens promiſſionem Dei, ſed duritiem populi, diffiſus eſt. Sic & Zacharias Pater Baptiſtæ, audiens promitti ſibi à Domino prolem, cùm jam eſſet ſenex & uxorem haberet ſenem ac ſterilem, deſperando dixit, *Unde hoc ſciam?* & idcirco, ſicut & Moyſes à Deo punitus eſt, nimiùm attendens impedimenta naturæ, quaſi obſtare poſſent naturæ authori, qui omnibus naturæ legibus ſuperior eſt.

Num. 20. Lucæ 1. Aug. ſerm. 111. in Nov

Poſtremò, *Charitas omnia ſuſtinet*, vel mala præſentia, quæ prædicta ſunt; vel bona futura, quæ promiſſa ſunt. *Si quod non videmus, ſperamus, per patientiam exſpectamus. Exſpecta Dominum*, inq. Propheta. Sed quid interim facturus ſum? *Cuſtodi viam ejus*, fidei videlicet & juſtitiæ, qua ad eũ itur. Quid inde præmii, vel fructus? *Exaltabit te.* Quomodo? *ut hæreditate capias terram*, non moriẽtium, qualis hîc eſt, ſed viventium, qualis in cœlo eſt, de qua Pſalmiſta; *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Et, *Portio mea tu, Domine, in terra viventium.* Unde & Aug. hortatur: *Non te terreat, ô Chriſtiane, quod credita differuntur. Licèt in abſcondito ſit promiſſio, in ſpe tamen perſeveret oratio: exercere operibus, creſce virtutibus, dum fidei conſtantia probatur, gloria retributionis augetur.* Dicitur de Abraham, quòd *longanimiter ferens adeptus eſt repromiſſionem.* Et de Moyſe, quod *inviſibilem tanquam videns, ſuſtinebat.* Et monet Eſaias, *Qui credit in eum, non feſtinet. Reprehenditur in Script.* ait Aug. *Affectus iſte feſtinantium, & reprobati ſunt in populo Iſraël, qui feſtinaverunt aſſiduè.*

Rom. 8. Pſalm. 36. Pſal. 26. Pſal. 151. Sent. 93. apud Proſp Hebr. 6. Hebr. 11. Iſai. 28. In pſal. 83.

Tales & inter Chriſtianos ſunt,qui futuris contemptis, quæ promittuntur, & adhuc procul eſſe videntur,amplectuntur præſentia,& quæ ante oculos ſunt,non expectantes,opportunam,quæ vera eſt in futuro ſeculo,felicitatem,feſtinanter beari hujus ſeculi celebritate cupientes. Quibus ita minatur Sapiens,*Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam*, id eſt, qui non perſiſtunt in fiducia erga Deum, & cœptam virtutis viam non longanimiter perſequuntur,ſpe futuræ liberationis Divinæ,& ſecuturæ retributionis,ſed fracti animo,vel ob mala incidentia,vel ob illecebras voluptatum, derelicta via recta,divertunt in vias pravas.

Eccleſ.2.

Habeant tales præ oculis exemplum Tobiæ, illudque ſequantur,qui poſt tam magnifica pietatis & charitatis opera,adhuc à Domino cæcitate percuſſus,cùm parentes & cognati ejus irriderent vitam ejus,dicentes,Ubi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Increpabat eos dicens; *Nolite ita loqui, quoniam filii Sanctorum ſumus,& vitam illam exſpectamus,quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Fides vera id ſuper omnia diligit*,inquit S.Leo, *quod nullo ſenſu carnis attingit*.Et rurſum; *Magnarum hic vigor eſt mentium, & valdè fidelium lumen animarum, incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu: & ibi figere deſiderium,quò nequeas inferre conſpectum*.

Tob.2.

Ser.11.de Quadrag. Serm 2.de Aſcenſ.

MONI

MONITUM CXVIII.

Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Matth. 5.

ASCendens Chriſtus in montem docendi cauſa, locum elegit doctrinæ cœleſti, quæ à communi hominum ſenſu aliena eſt, congruum; & ut ab omnibus doctrina hæc, quia ad omnes pertinet, faciliùs audiretur, eſſetque quædam correſpondentia inter legem Moyſi & Chriſti, cùm utraque in monte data ſit. Et notabiliter dicitur aperuiſſe nunc os ſuum, qui priùs aperuerat ora Prophetarum. Primò ad noſtram conſolationem, qui aliis per Angelos, & homines loquebatur; nobis autem per ſemetipſum; unde ipſe ad Apoſtolos: *Multi Prophetæ & reges voluerunt audire, quæ vos auditis, & non audierunt.* Deinde, ad noſtram ſecuritatem, & veritatis confirmationem, ne quis circa tam ſublimem doctrinam ſcrupulus aliquis, aut falſitatis metus oriretur, cùm ipſa veritas, & patris ſapientia doceat. Denique ad terrorem noſtrum: ſi enim puniti ſunt inobedientes Deo per Angelos aut homines loquenti, quomodo non graviter punientur, qui Deo per ſemetipſum loquenti, non credunt, aut non obediunt?

Aug. lib. 1. de ſer. Domin. in mōte.

Hebr. 1.

Matth. 13.

Hebr. 12.

Beati pauperes ſpiritu. Rectè à beatitudine doctrinam ſuam orditur, quia omnes eam expetunt, & omnium

Aug. De Civit. lib. 21. c. 30. lib. 19. c. 12.

omnium ſtudia eò tendunt; etſi in quo ea ſita ſit, non omnes ſciant, ne ipſi quidem Philoſophi. Sed falſam pro vera, umbram pro re, vanitatem pro veritate amplexi ſunt. Effundit hîc Dominus abſconditos theſauros ſapientiæ, & eructat abſcondita à conſtitutione mundi. Quid enim tam abſconditum, quàm paupertatem eſſe beatam, & pauperes beatos; cùm homines felicitatem omnium rerum abundantiâ metiri ſoleant? *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt.* (Pſal.143.)

Duplex autem eſt paupertas, ſicut & duplices ſunt divitiæ: aliæ falſæ, quas iniqui divitias reputant, unde etiam vocantur Mammona iniquitatis; & ſunt iſtæ externæ. Pauper autem eſt, qui eas non habet, nec expetit; aut quia eas voluntariè reliquit, ſicut Religioſi, qui ſunt in ſupremo paupertatis gradu; aut quia eas non dedit ei Dominus, & eſt ſua paupertate contentus; aut quia habet quidem, ſed non ideo ſe divitem putat, non in illis confidit, non afficitur, non ob eas ſuperbit, aut alios contemnit. *Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*, ait pſal. Et monet divites Paulus, *non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto divitiarum*, &c. Tales pauperes ſpiritu fuerunt Abraham, Iſaac, Jacob, Job, David, &c. (Aug. ſer. 19. in Nov.; Pſal. 61.; 1. Tim 6.)

Aliæ autem ſunt veræ divitiæ; Virtutes nempe, *quia faciunt hominem non egere. Verè dives eris, quãdo nullius indigebis*, videlicet in regno cœlorum; cò perducunt iſtæ divitiæ. Sed quis hîc pauper? An ille qui non habet, aut non afficitur? *Peſſima paupertas*, inquit Bern. *penuria meritorum:* & virtutem ſemper diligere, ergáque ipſam benè affici debemus. Hîc ergo pauper eſt, qui ſe talem intelligit, uti ille (Aug. ſer. 41. in Nov.; Serm. 68. in Cant.)

qui

qui dicebat, *Ego verò egenus & pauper ſum*. Et, *Ego vir videns paupertatem meam*. Talis pauper, etſi habeat veras divitias, non ſibi tribuit, ſed agnoſcit ſe à Deo habere, & non minùs alteri potuiſſe dari, quàm ſibi: & quod ſicut eas dedit Dominus, ita poſſit ab eo rurſus auferre. Pauper ſpiritu erat Maria, etſi operibus ſpiritualibus abundaret, cùm diceret, *Magnificat anima mea Dominum*, nihil ſibi adſcribens, ſed omnia ſe de manu Domini accepiſſe, humiliter agnoſcens; ad eumque omnem laudem & gloriam referens. Talis pauper Paulus erat, etſi plenus operibus bonis, quando dixit: *Gratia Dei ſum id quod ſum*. Et, *Plus omnibus laboravi, non ego, ſed gratia Dei in me*. Sequitur;

Pſal. 69. Threnor. 3. Lucæ. 1. 1. Cor. 15.

Quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Præmia ubique meritis accommodantur; paupertati regnum cœlorum, quod maximæ divitiæ ſunt. Ubi erit Dominus *omnia in omnibus*, *oſtendet illis omne bonum, conſtituet eos ſuper omnia bona ſua*.

Vide Aug. ſer. 126. in Nov. 1. Cor. 15. Exod. 33. Matth. 25.

Beati mites, ſunt illi, qui non facilè iraſcuntur, etſi lædantur in corpore, fama, bonis: non expetunt vindictam, non reddunt malum pro malo, ſed bonum; ſervant ſuavitatem ſpiritus etiam erga inimicos, plus dolentes de alterius malitia, quàm de ſua injuria. Hanc, ſicut & præcedentem virtutem commendat Dominus dicens; *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde*. Et ejus Apoſtol. *Ambuletis dignè vocatione veſtra, cum omni humilitate & manſuetudine*. De qua Sap. *In manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris*: & rurſum Apoſt. *Servum Dei oportet eſſe manſuetum ad omnes*; & Jacobus: *Oſtendat operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ*. De Chriſto dicitur, *Ecce rex tuus*

Matth. 11. Epheſ. 4. Eccleſ. 3. 2. Tim. 2. Iac. 3. Matth. 21. Num. 3.

Digitized by Google

tuus venit tibi manſuetus. De Moyſe, quod erat *mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.*
Pſal. 131. Et David de ſe: *Memento, Domine, David, & omnis manſuetudinis ejus.* Sequitur;

Quoniam ipſi poſſidebunt terram, Corporis ſui ſine repugnantia. Sicut mitis ſe per omnia Deo ſubjicit, ſic corpus ſe ſpiritui in omnibus ſubjiciet.
Pſal. 36. Dicit David; *Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis*; quia nullum habebunt hoſtem, qui illos infeſtabit, nec intus, nec foris. *Tunc exterior homo*, inquit D. Leo, *interioris hominis erit quieta & intemerata poſſeſſio; tunc mens videndo Deo intenta, nullis infirmitatis corporeæ impedietur obſtaculis. Habitatori ſuo non reluctabitur terra, nec immoderatum aliquid contra imperium ſui rectoris audebit.* Eſt ergo & hîc etiam præmium correſpondens merito. Vel poſſidebit terram viventium, de qua ſupra.

Serm. de omnib. Sanctis.

Monito præced.

Beati qui lugent. In luctu vitam tranſigere, vulgò miſeria reputatur. Chriſtus lugentes, beatos pronūtiat. Eſt autem duplex triſtitia; *Una ſeculi, & hæc mortem operatur*, ut Paulus ait; animæ quidem, quia ex amore mundi proficiſcitur, qui prohibetur; *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt*. Et hominem ad murmurandum & blaſphemandum Deum inducit. Sæpè etiam corporis, unde Sap. *Multos occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa*. Et Aug. loquens de amore amicorum; *Hinc ille luctus*, ait, *ſi quis moritur, & tenebræ dolorum, & verſa dulcedine in amaritudinem, cor madidum, & ex amiſſa vita morientium, mors viventium. Multos ego audivi*, inquit Chryſ. *ad ſeipſos dicentes; Quæ utilitas, quod dolui? nec pecunias recuperavi, & meipſum læſi.*

2. Cor. 7.

1. Ioan. 2.

Eccleſ. 30.

Lib. 4. conf. cap. 9.

Hom. 18. ad pop.

Non

Non de hac triſtitia loquitur Chriſtus, ſed de ea quæ *ſecundùm Deum eſt, quæ pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Et eſt triſtitia de propriis peccatis & alienis, de ſcandalis infirmorum, periculis animarum, &c. *Religioſa triſtitia*, inquit Leo, *aut alienum peccatum luget, aut proprium. Nec de hoc dolet quod Divina juſtitia agitur, ſed eo mœret quod humana iniquitate committitur. Hoc eſt verè tempus fructuoſæ mœſtitiæ*, ait Aug. *ut conditionem mortalitatis noſtræ, abundantiam tentationum, ſurreptiones peccatorum, adverſitates cupiditatum, rixas concupiſcentiarum contra bonas cogitationes tumultuantium doleamus.* Queritur Chriſtus in pſal. *Quæſivi qui ſimul contriſtaretur, & non inveni.* Quærat aliquis, Nónne luxerunt mulieres, quæ Chriſtum crucem bajulantem ſequebantur? Non ſimul, id eſt, ex eadem cauſa: Chriſtus enim lugebat peccata, illæ ſupplicia, ut homines ſolent.

Serm. de omnib. Sanct.

Serm. 74. in Nov.

Pſal 68. & ibi D. Auguſt.

Lucæ 23.

Quoniam ipſi conſolabuntur, erit tempus, quando nullum amplius luctum habebunt, ſed plenam & perpetuam conſolationem in reſurrectione, quando *abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, & jam non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor, quæ prima abierunt.* Præmium rurſum merito accommodatum. Quid enim convenientius ac optabilius lugentibus conſolatione?

Apoc. 21.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam. Eſurire, deſiderare eſt; omnes in deſideriis ſunt, ſed ſeculares eſuriunt vanitates, luxurias, opes, honores, &c. boni verò veritatem & juſtitiam; & vita noſtra, ubi tot nobis deſunt, debet eſſe perpetua eſuries & ſitis juſtitiæ. Nunquam hic dicendum, Sat eſt, benè eſt. *Peto*, ait Hieron. *ut accipiam, & cum accepero, rurſus*

rurſus peto. Et illi maximè eſuriunt juſtitiam, qui de ejus ſuavitate aliquid guſtaverunt. Unde ibidē Hier. *Quo plus bibo, eo plus ſitio*. Et Propheta David, *Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus*. Eſuriunt ergo ſemper juſtitiam, non quin eam habeant, ſed quia cum voluptate poſſident quod habent, & quia vident ſe in multis adhuc deficere, plus cupiunt. *Hæc hominibus ſola perfectio*, teſte Hieron. *ſi ſe imperfectos noverunt*. Et, *Cùm me putavero ad calcem perveniſſe, tunc habebo principium*.

In epiſt. ad Creſiph. — Pſal. 33. — Ibidem.

Quoniam ipſi ſaturabuntur. Satiabor, inquit David, *cum apparuerit gloria tua*. Et tamen edendo adhuc eſuriunt, bibendo adhuc ſitiunt, quia nunquam faſtidiunt, ſatiantur, & non ſatiantur. *Dici poteſt, cogitari vix poteſt*, inquit Auguſt. *Eſt ſatietas inſatiabilis, nullum faſtidium, ſemper eſuriemus, ſemper ſaturi erimus*.

Pſal. 16. — Eccleſ. 24. — Aug. ſer. 53. in Nov.

MONITUM CXIX.

Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam, &c.

Matth. 5.

Miſericordia intelligitur in iis operibus, quibus ex charitate, proximi miſeriis ſubvenimus, ſive corporis, ſive animæ. Qui in iſtis ſe exercent, prædicantur à Chriſto beati. Nemo autem eſt, quantumcunque pauper & miſer ſit, quin poſſit & debeat aliquam miſericordiam impendere. Quiſque hominum habet ſua quædam peculiaria

liaria officia,ut aliud eſt officium Religioſi,quàm Conjugati; aliud Prælati; quàm Subditi. *Miſericordia tamen communis uſus,* inquit D.Ambr. *commune præceptum, ab omnibus deferenda; nemo ab ea præſtanda excipitur.* Nam tolerare aliorum infirmitates, offenſas remittere, orare pro aliis, bene eis optare,&c.ab omnibus præſtari poteſt. Ambr.in Luc.c.3.

Hanc beatitudinem benè conſiderantes multi etiam ſecundùm ſeculum nobiles, ſe miſeriis hominum inſerviendis penitus dedere,ut Placilla Imperatrix, *ipſamet ſolita ægrotos viſere, curare, tractare ollas, juſculum guſtare, patinam illis deferre, frangere panem, offas porrigere, eluere pocula, omnia alia ſervorum & ancillarum munia obire,* ut refert Theodoret. De Fabiola narrat Hieron. *quod prima omnium noſocomium inſtituerit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus & inedia miſerorum membra foveret.* Sic & de Paula Romana, *Nemo ab ea pauperum vacuus eſt reverſus, & dicebat ſe hoc habere voti, ut mendicans ipſa moreretur, hanc allegans beatitudinem.* De Exuperio Epiſcopo Tholoſano refert,quod *Viduæ Sarephtenſis imitator, eſuriens paſceret alios, & ore pallente jejuniis, fame torqueretur aliena, omnémque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogaſſet.* Eliſabeth Regis Hungariæ filia, pauperibus & infirmis juvandis addictiſſima, ſolita ancillis dicere; Quàm felices nos, quibus datur Chriſti pedes in pauperibus lavare, lectulum ejus ſternere, cibos parare & porrigere,&c. etſi ab aulicis ob hujuſmodi humilitatis & miſericordiæ opera rideretur. Sequitur; Theod. lib. 5. hiſtor. cap. 3. In epitaph. ejus. In epitaphio. In epiſt. ad Ruſtic. In vita.

Quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Merces rurſum merito reſpondens. *Iudicium ſine miſericor-* Iacob.2.

dia

De cor.& grat.c 13. *dia illi qui non fecit miſericordiam.Ergo,* inquit Auguſt. *judicium cum miſericordia illi,qui fecit.* Et cui non erit miſericordia neceſſaria in illa die? *Quis enim tunc gloriabitur caſtum ſe habere cor, aut mundum eſſe à peccato? Si juſtitia ſine miſericordia prolata fuerit,* inquit Auguſt. *in quolibet quod damnet, inveniet.* Quæ ergo nobis ſpes & conſolatio? Magna ex hac beatitudine, quæ hortatur ad miſericordiam; ſic enim & nos miſericordiam conſequemur. Dicit Sap. *Homo indigens, miſericors eſt.* Non utique corporaliter indigens, quem ſæpè occidit invidia: ſed qui ſuam indigentiam intelligit, egere ſe in multis miſericordia Dei videt, ob varios defectus & peccata in quæ frequenter incidit. Is nunquam ceſſat miſereri proximi, ut & ipſe miſericordiam à Deo conſequatur.

In Pſalm. 147.

Prov.19.

Beati mundo corde. Præcipua cura cordis eſſe debet, quod officina eſt omnium bonorum & malorum, adeóque ſedes, radix & fons virtutum & vitiorum. Dicit Sap. *Omni cuſtodia ſerva cor tuum.* Et Deus; *Præbe mihi cor tuum,* hoc ſibi dicari & conſecrari ſuo jure poſtulans. David ſollicitè orat, *Cor mundum crea in me, Deus.* Mundum eſt, quando non coinquinatur amore temporalium, maximè vitiorum, non eſt infectum affectibus malis, iræ, libidinis, ſuperbiæ, invidiæ, odii, avaritiæ, &c. *Sordes ejus in pedibus ejus,* id eſt, affectibus cordis. Vult Apoſtolus nos habere *pedes calceatos,* non tangentes terram, id eſt, terrenis non inhærentes: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, hæc ſunt quæ coinquinant hominem.*

Prov.4.
Prov.23.
Pſalm.50.
Threnor.1.
Epheſ.6.
Matth.15.

Hæc autem cordis munditi es ad multa valet: primò,

primò, ad obtinendam quietem, & animi tranquillitatem. Ex amore enim inordinato naſcitur inquietudo, timor, anxietas, &c. Deinde, ad rectitudinem verborum & operum, quæ ex corde procedunt *Bona arbor bonos fructus facit. Bonus homo de bono theſauro cordis profert bona.* Denique ad integritatem judicii: affectus enim carnalis, & amor vitiorum excæcat hominem, ne rectè de rebus judicet. *Qui in terra affectum habent, tenebroſum animi oculum gerunt,* inquit Auguſt. Matth. 7. Matth. 12.

Quoniam ipſi Deum videbunt. Volentes ergo Deũ videre, ad quem facti ſumus, oculum, quo Deus videri poteſt, purgemus. *Quemadmodum,* inquit Auguſt. *ſi ſolem iſtum videre vellemus, oculum corporis purgaremus, unde videri lux poteſt. Et ubi eſt iſte oculus, quo Deus videtur? Audi Evangelium, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt,* id eſt, intelligent Sanctam Trinitatem, Divinam eſſentiam, ſicuti eſt, facie ad faciem, in qua viſione conſiſtit tota hominis felicitas. De qua re Auguſt. de lib. arbitr. & de Civit. Lib. 1. conf. cap. 1. Tract. 7. in epiſt. Ioan. Cont. epiſt. Fundam. cap. 42. Lib. 3. cap. ultimo. Lib. 22. cap. 29.

Beati pacifici. Inquire pacem, & perſequere eam, ait Pſalmiſta. *Pax quærenda, ut bella fugiamus,* ait Hieron. *Nec ſufficit eam quærere, niſi inventam, fugientemque omni ſtudio perſequamur, quæ exſuperat omnem ſenſum, in qua habitatio Dei eſt, dicente Propheta. Et factus eſt in pace locus ejus.* Pſal. 33. In epiſt. ad Ruſtic. Philip. 4. Pſal. 75.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes,

ait Poëta. Deteſtatur eos Deus qui ſeminant diſcordias: beatificat pacificos. Pacifici ſunt, qui pacem ſectantur, in ſe, in aliis. Sed quomodo, & cum quibus pax facienda? Primò, cum Deo, Prov. 6. Iſai. 59.

per

Pſal. 17. per remiſſionem peccatorum: quæ dividunt inter
Epheſ. 2. nos & Deum, ab eo eos ſeparant, veluti quidã muros ac paries, quibus ablatis ac remiſſis, redit pax & amicitia cum Deo. Deinde cũ ejus lege, per ejus
Matth. 5. obſervationem & executionem. *Eſto conſentiens adverſario tuo. Adverſarius hominis, ſermo legis*, inquit
In lib. de Decach. & alibi. Aug. quia aliud jubet lex, aliud vult & facit homo. Pax cum ea fit, quando homo vitam ſuam ſecundùm legem inſtituit. Tertiò, pacem in ſeipſo curare debet, quantùm fieri poteſt, mortificando concupiſcentiam pravam, quæ bellum ſuſcitat, & pacem
Coloſ. 3. internam turbat. *Sunt*, inquit Leo, *intra noſmetipſos multa certamina; & aliud caro adverſus ſpiritũ, aliud*
Serm. 1. de Quadr. *ſpiritus adverſus carnem concupiſcit.* Quo ſpiritus magis dominatur, eo pax interior major erit. *Ille*
Galat. 5. *melior eſt*, inq. S. Aug. *in quo deſideria peccatorum*
Rom. 12. *minus minúſque moventur, ut adverſus ea mala, non*
Hebr. 12. *tanta, quanta prius, exerceat certamina, ſed minora, non virium diminutione, ſed hoſtium; nec deficiente pugna, ſed creſcente victoria.* Cont. Julia. lib. 6. ca. 7.

Deinde ſectanda & ſervanda pax cum aliis hominibus, quantum in nobis eſt. Cavendũ à diſſenſionibus: ſi fortè incidant, ſtatim ſopiẽdæ & extin-
Act. 15. guendæ. *Etiam inter ſanctos diſſenſiones extiterunt, ut inter Paulum & Barnabam; ſed non quæ occiderent*
In Pſal. 33. verſu Iniqui. *concordiam, interimerent charitatem*, ait Aug. *Nam & tibiipſi reſiſtis aliquando, nec tamẽ odiſti te.* Quintò curanda pax inter alios, quos inter ſe diſſidere novimus. Qua de re valde commendat Aug. matrem ſuam, quòd inter diſſidentes & diſcordes
Lib. 9. conf. cap. 11. quaſlibet animas præberet ſe pacificam. *Chriſtiano enim animo parum eſſe debet, non excitare, nec augere inimicitias hominum malè loquendo, niſi etiam benè loquendo*

loquendo ſtudeat extinguere, inquit Aug. Denique pacifici ſunt, qui in Eccleſia ſolliciti ſunt ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, non faciunt ſchiſmata, nec adhærent ſchiſmaticis, ſeminando novas & erroneas opiniones, aut illas ſequendo, fovendo, quibus turbatur Eccleſia. Unde Apoſtolus, *Non ſint in vobis ſchiſmata, id ipſum dicatis, id ipſum ſentiatis.* Ibidem. Epheſ. 4. Philip. 2. 1. Cor. 1.

Quoniam filii Dei vocabuntur. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & ſimus, ait Ioan. Frequens eſt ſermo in ſcriptura, *Filius altiſſimi vocabitur, Propheta vocaberis.* Sic filii Dei vocabuntur, id eſt, tales ſunt, & tales eſſe ab omnibus agnoſcentur. Etiã impii dicẽt in Iudicio, *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.* Ergo pacifici habebunt nomen Chriſti, naturalis filii Dei. Quia enim in hac vita fuerunt ei ſimiles in converſatione & opere, erunt etiam ſimiles in nomine. Nam ſicut præcipuum officium Chriſti fuit pacificare homines cum Deo, & inter ſe, ita ut & *pax noſtra, & princeps pacis nominetur.* Sic etiam horum præcipuus in hoc fuit conatus. Qua verò nominis ſignificatione, filii Dei appellandi ſint, docet Auguſt. cont. duas epiſt. Pelag. Quòd videlicet erunt non filii naturales, (quoniam unicus eſt Jeſus Chriſtus naturalis Dei filius) ſed adoptivi, qui propter imitationem operum Chriſti, filii Dei, nominis etiam ejus participatione donabuntur. 1. Ioan. 3. Lucæ 1. Sap. 5. Epheſ. 2. Iſai. 9. Lib. 3. c. 3.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Mundus eos beatos pronunciat, qui laudantur, honorantur, ſecurè & commodè vitam agunt, Chriſtus eos qui patiuntur, ridentur, contem-

nuntur ob juſtitiam, vexantur propter veritatem, bonam operationem, in corpore, fama bonis, &c. adverſa quælibet fortiter tolerantes. Etiam mali perſecutionem patiuntur à bonis. Unde David, *Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar.* *Bona perſecutio, quæ non hominem, ſed peccatum perſequitur.* *Eſt enim juſta perſecutio,* inquit Ambr. *ſi oderimus obſcœnos, ſi infeſti ſumus injuſtis, ſi iniquos velimus opprimere, ne pluribus noceant.* Nam ut eſt apud Sap. *Abominantur juſti virum impium.*

Pſal. 100. Aug. in in Pſal. 25. Serm. 11. in Pſal. 118.

Etiam Donatiſtæ gloriabantur, ut refert Auguſt. quòd perſecutionem paterentur à Catholicis. Sed non habent quod glorientur, inquit, quia non ob juſtitiam, ſed ob iniquitatem patiuntur; *Martyres diſcernit cauſa, non pœna.* De illis idem Aug. *Vivebant ut latrones, honorabantur ut Martyres.* Sic & noſtri hæretici, ſuos Martyres numerant, ſed diaboli ſunt, non Dei, quia ob ſcelera & errores paſſi. *Aliquando victi à diabolo, vincunt dolores, non habentes patientiam, ſed duritiam. Tunc eſt vera patientia, quando præceſſit bona cauſa,* inquit Aug. Et, *Fundunt ſanguinem elatione, non charitate.* Divus Bern. loquens de ſui temporis hæreticis: *Mirabantur aliqui,* inq. *quòd non modò patienter, ſed & læti, ut videbatur, ducerentur ad mortem, ſed qui minus advertunt, quanta ſit vis diaboli, non modò in corpora hominum, ſed etiam in corda, quæ ſemel permiſſus poſſederit. Nónne plus eſt, ſibimet injicere manus, quàm id libenter ab alio ſuſtinere? Nihil ergo ſimile habent, conſtantia Martyrum, & pertinacia horum; quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis duritia cordis operatur.*

De ſer. Dom. in mont. lib. 1. cap. 5. Ser. 102. in Nou. epiſt. 68. Serm. 102. in Nov. Serm. 120. in Nov. Serm. 81. ibid. Serm. 66. in Cant. Vide ejus epiſt. 241. ad Tholoſ.

Et quomodo illi Martyres eſſent, qui propter iniqui

Digitized by Google

iniquitatem paſſi; cùm nec illi ſint Martyres, qui ob cauſam bonam paſſi ſunt, ſed extra Eccleſiam, vt quia non volebant adorare idola, Chriſtum cõfitebantur, &c. Sicut dicit Auguſt. *Foris ab Eccleſia conſtitutus, & ſeparatus à compage unitatis, & vinculo charitatit, æterno ſupplicio punireris, etiamſi pro Chriſti nomine vivus incendereris.* Et ante eum Cypr. loquens de iis qui extra Eccleſiam colliguntur; *Tales*, inquit, *etiamſi occiſi in confeſſione nominis fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur. Inexpiabilis & gravis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur. Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt: ad regnum pervenire non poterit, qui eam quæ regnatura eſt, derelinquit.* Hinc gloriantur Martyres Pſal. 115. *ſe eſſe ſervos Dei, & filios ancillæ ejus*, id eſt, Eccleſiæ Catholicæ.

Epiſt. 204.

De Vnit. Eccleſ.

Beati ergo qui perſecutionem patiuntur. Quare beati? quia hoc maxtmè conducit ad humilitatem. Humiliatio via eſt ad humilitatem, ſicut patientia ad pacem, lectio ad ſcientiam, ait Bern. Humilitate autem nulla eſt virtus præſtantior in Chriſtiana Religione. Unde Paulus; *Placeo mihi in infirmitatibus meis. Cùm infirmor, tunc potens ſum.* Deinde, quia per hoc homo glorificatur à Deo. Unde Petrus, *Quod eſt honoris & gloriæ*, quod eſt honorificum & glorioſum, *requieſcet ſuper vos.* Pro hac clarificatione oravit Patrem Chriſtus, & meritò, quia Martyrium maximum Dei donum eſt. Sic etiam Deus ab homine glorificatur: oſtendit enim Chriſtianus quanti Deum, ciúſque dona æſtimet, pro quo pati, imò mori non recuſat. Sic de Petro dicitur; *Significans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Hinc poſtremò ſequitur, quod

Epiſt. 87.

2. Cor. 12.

1. Pet. 4.

Ioan. 12. 17.

Ioan. ult.

Deus eum amplius glorificabit in futuro ſeculo.
1. Reg. 2. Unde Dominus ad Heli; *Quicunque honorificaverit me, eum glorificabo.* Et Chriſtus addit huic beatitudini; *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

MONITUM CXX.

Separabit oves ab hœdis.

Matth. 25.

Iſai. 40. In paſt. par. 3. cap. 4. PRæcepit Deus in veteri teſtamento prædicatoribus: *Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit,* ait D. Gregor. *quiſquis ad ſacerdotium accedit, ut ante adventum Iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet clamando gradiatur.* Et in novo Teſtam. præcepit Chriſtus Apoſtolis, ut terribile idem Dei judicium, quando è cœlo, ubi nunc regnat, venturus eſt judicare omnes omninò homines, in ea forma ſive effigie, in Actor. 1. qua viſus eſt in cœlum aſcendere, cum multa gloria & majeſtate, cum omnibus ſanctis Angelis ſuis, populo frequenter ac diligenter proponerent & inculcarent. Sicut teſtatur Petrus Cornelio Centurioni & aliis præſentibus. *Præcepit nobis prædicare* Actor. 10. *populo & teſtificari, quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt à Deo judex vivorum & mortuorum.* Id implens Paulus Athenienſibus: *Statuit,* ait, *diem, in qua judicaturus eſt orbem in æquitate.* Et apud Felicem præſidem diſputabat, *de juſtitia, caſtitate, &* Actor. 17. *judicio futuro*; tanto rerum ac verborum pondere, Actor. 24. ut tremefactus Præſes ſermonem abrumperet.

Voluit autem Dominus tam ſeriò ac ſedulò incul

inculcari illum diem, quòd ejus cogitatio magnam vim habeat, & optima ſit contra peccatum medicina. Unde D. Baſil. *Cùm te invaſerit appetitus peccandi, velim cogites horribile illud ac intolerabile Chriſti tribunal, in quo præſidebit Iudex in alto & excelſo throno; aſtabit autem omnis creatura, ad illius glorioſum conſpectum contremiſcens.* Et cùm multa horrifica propoſuiſſet; *Hæc*, inq. *time, & hoc timore inſtructus, animam à concupiſcentia peccatorum, tanquam freno quodam reprime.* Et D. Amb. *Si*, ait, *mente cernerent homines peccatores, quale judicium imminet mundo, ſenſus humanus non diſpergeretur vanitate ſæculari, ſi non infidelitate gravaretur.* In pſ. 33. Ad Virg. lapſ. cap. 8.

Queritur D. Cypr. *Nemo futurorum metum cogitat, diem Domini, & iram Dei, & incredulis ventura ſupplicia, & ſtatuta perditis æterna tormenta, nemo conſiderat; quod metueret noſtra conſcientia, ſi crederet; ſi metueret, caveret; ſi caveret, evaderet.* Quid Hieronymum movit, ut pœnitentiæ cauſa ad eremum confugeret, quæ *exuſta ſolis ardoribus, horridum monachis præſtat habitaculum, ubi ſcorpionum tantùm ſocius erat & ferarum, niſi judicii & gehennæ metus?* ut ipſe teſtatur. Quid Auguſtinum ad converſionem, & vitæ in melius mutationem? Audi ipſum: *Nec me revocabat à profundiore voluptatum carnalium gurgite, niſi metus mortis, & futuri judicii tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen receſſit de pectore meo.* Quamobrem & ipſe Propheta David, quanquam jam erat & corde mundo, & ſpiritu recto præditus, tamen hunc ſibi timorem ineſſe, coque ceu clavis quibuſdam carnes ſuas configi petebat, ut vagandi libertatem cupiditas cruci affixa non haberet, ac dum in animo ejus aſſiduè Divi- De unit. Eccleſ. In epiſt. ad Euſtoch. Li 6 Conf. cap. 16. Pſal. 118. Leo Ser. 9. de Quadr.

norum judiciorum ſeveritas obverſaretur, efficaciùs mentem à peccandi revocaret illecebris.

Prædicens ergo Chriſtus diē Judicii, dicit quod *congregabuntur ante eum omnes gentes.* *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti*, ait Apoſt. Et D.Hier. *Ad tribunal Chriſti ſimul ſtabimus, ibi apparebit qua mente quis vixerit.* Et non ſolùm homines congregabuntur, ſed & eorū opera & cogitationes. *Ego*, inq. Deus, *opera eorum, & cogitationes eorum venio ut congregem, cū omnibus gentibus & linguis. Tunc dicetur*, inq. Chryſ. & Hier. *Ecce homo & opera eius.* Non autem confusè, aut ſummatim, aut indigeſtè peccata noſtra cernentur, ſed ſingula per partes, ut ſeſe habent, velut in pictura noſcentur, inq. D.Baſ. nec opus tantum externū, ait, ſed & intimæ cogitationes. Atque hæc omnia juxta Chriſti doctrinam, *nihil opertū, quod non reveletur. Meminerimus*, ait V. Bed. *actus & cogitationes noſtras non in vētū diffluere ſed ad examē ſummi Iudicis cūcta ſervari, & ſive per amicos angelos in fine nobis oſtendēda, ſive per hoſtes.*

Rom. 14. 2.Cor. 5. In ep. ad Aſellam. Eſai. 66. Hom 22. ad pop. In c.2 Zachar. De S.Virg. Matth. 10. Lib. 5. hiſt. Angl. c. 15.

Et ſeparabit eos ab invicem. Hîc electi reprobis permiſti ſunt; primò, quia eadem civitate, domo, eadem menſa, lecto ſæpè utuntur. Deinde illis bona & mala hujus vitæ ſunt communia, ſanitas, opes, honores, gloria, ignominia, contemptus, morbus, fames, &c. Denique ſunt in eadem vitæ profeſſione, ſimul prælati, paſtores, principes, Magiſtratus, religioſi, conjugati, &c. Sed nonne hic etiam aliqua ratione ſeparati? Ita, dicit enim Chriſtus, *Non veni mittere pacem, ſed ſeparationem, vel gladium*, quo dividit electos à reprobis, dando eis fidem, charitatem, bona opera, quibus ab impiis diſcernūtur. De qua diſcretione Paulus; *Quis eni m*

Matth. 10. Luc. 12.

te

Digitized by Google

te diſcernit? Et ne quis ſuperbè reſponderet, mea fides, mea juſtitia; ſtatim ſubjungit, *Quid autem habes, quod non accepiſti?* Hanc diſcretionem petebat Pſal. ſic orans; *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta.* Ubi S. Aug. *Eſt quidem bonis & malis par infirmitas, ſed diſpar conſcientia; par labor, ſed diſpar deſiderium.* In bonis eſt conſcientia bona & quieta; eſt in malis conſcientia mala & inquieta: In bonis eſt deſiderium virtutis & juſtitiæ, in malis vanitatis & iniquitatis. 1. Cor. 4. Aug. epiſt. 46. de cor. & grat. cap 5. & 7. Pſal. 42. & ibi Aug.

Verùm in die Judicii in æternum, etiam corporaliter, ab invicem ſeparabuntur. De qua permixtione & ſeparatione Dominus in Evang. *Duo erunt in agro, unus aſſumetur, & unus relinquetur; duæ molentes in mola, una aſſumetur, & una relinquetur; duo in lecto; unus aſſumetur, & unus relinquetur.* Ubi D. Aug. probabiliter ſignificari putat tres ſtatus hominum. In omni enim ſtatu, quidam ſunt veri, quidam ficti; quidam habent veram pietatem, alii eam ſimulant; illi aſſumentur ad ſalutem, alii relinquentur ad damnationem. Matt. 24. Luc. 17. In pſ. 36. 99. & 131.

Illi in agro ſunt, qui præſunt populo, laborant in agro Domini, ut boves. Et ſunt Epiſcopi, paſtores, Principes, Magiſtratus. Sunt ergo hîc in eodem officio, opere, profeſſione; ibi ſeparabuntur, quia unus aſſumetur ad vitam, alius relinquetur ad mortem. Quidam enim *perfunctoriè & adulatoriè rem agunt, quo nihil apud Deum miſerius, triſtius, damnabilius, tametſi fortè nihil lætius, facilius & hominibus acceptabilius. Alii eo modo militant, quo Imperator jubet, quo nihil beatius apud Deum, tametſi nihil laborioſius, periculoſius, difficilius.* Ita Auguſt. loquens de officio Epiſcopi, Presbyteri, &c. Epiſt. 148.

Illi

Illi ſunt in molendino,qui occupantur in operibus hujus vitæ, quæ ſemper eadem redeunt, ſicut ruſtici ſingulis annis eadem faciunt, arant, ſeminant, metunt, congregant: ſic alii mechanici, hi quaſi rotam volvunt,in qua ſemper eædem partes apparent. Significantur ergo populi, qui ab aliis reguntur, & hîc pariter ſunt in aliqua actione ſeculari; ibi ſeparabuntur,quia unus aſſumetur,alius relinquetur; quia quidam ita rebus hujus ſeculi ſunt intenti, ut Deum ſalutemque à ſe & ab animo ſuo ſecludant;alii autem quærunt primùm regnum Dei, ejuſque juſtitiam: iſta temporalia ut ſua neceſſaria quærentes, iiſque temperanter ac miſericorditer utentes.

Illi autem in lecto ſunt qui ſe ſeparant à mundo & actionibus ſecularibus, fugiunt tumultus ſeculi,quærunt quietem & ſolitudinem, ut Religioſi & alii,qui ſe ad monaſteria conferunt.Hîc ſunt in eodem ſtatu, profeſſione: tamen inter illos etiam quidam ſinceri, quidam ficti; ideóque unus aſſumetur, alius relinquetur. Vovent paupertatem, & proprium poſſident: vovent caſtitatem, & impu-
Epiſt.137. dici ſunt mente vel opere;obedientiam vovent,& rebelles ſunt.Dicit D.Aug. *Ex quo Deo ſervire cœpi, quomodo difficilè ſum expertus meliores quàm qui in monaſteriis profecerunt,ita non ſum expertus peiores,quàm qui in monaſteriis ceciderunt.*

Lib.1.ca.8. De hac permiſtione & ſeparatione,ait idē Aug. de Civ.Dei;*Placuit Divinæ providētiæ præparare in poſterũ bona juſtis,quibus non fruentur iniuſti,& mala impiis,quibus non excruciabuntur boni.Iſta verò tēporalia bona & mala,utriſque voluit eſſe cõmunia,ut nec bona cupidiùs appetantur,quæ mali quoque habere cernuntur;*

nũtur; nec mala turpiter evitẽtur, quibus & boni plerĩ-que afficiuntur. Ita Aug. *Videbitis*, inq. Malach. *quid ſit inter juſtũ & iniuſtum, inter ſervi ẽtem Deo, & non ſervientem.* Sicut adveniente æſtate diſcernuntur arbores frugiferæ ab infrugiferis, hyeme ſimiles omninò videntur: ſed æſtate, illæ florent & fructificant, hæ verò in ſua ariditate permanent. *Æſtas noſtra Chriſti adventus eſt*, inq. Aug. *Hyemis tempore & viridis arbor arida ſimilis eſt, utraque nuda eſt honore foliorum, vacua honore frugum. Veniet æſtas, & diſcernet arbores. Viva radix folia producit, impletur fructibus; arida inanis æſtate ſicut hyeme remanebit. Itaque illi horreum præparatur, huic ſecuris adhibetur, ut amputata in ignem mittatur.* Dicit S. Ambr. adducto exemplo divitis & mendici: *Meritorum aut præmia aut ſupplicia, poſt mortem manere, & rectè, quia in certamine labor eſt, poſt certamen aliis victoria, aliis ignominia.* Imò, inquit Chryſ. *Malorum proſperitas non eſt Dei remuneratio, ſed contemptio: bonorum autem afflictio, non eſt ira Dei, ſed admonitio.*

Malach. 3.

Ser. 32. in Nov.

Lib. 1. offi cap. 13.

Et ſic ſolvitur quæſtio, & querelæ occurritur, qua conqueri ſolent homines de pace & proſperitate malorum in hac vita, afflictione bonorum. Ac Gentiles quidem, cum nihil noviſſent de homine, niſi quod in hoc ſeculo videbant, maniſeſtúmque eſſet, univerſa bona & mala præſentis ſeculi, juſtis & injuſtis æqualiter evenire, putabant aut nullum eſſe Deum, aut injuſtum eſſe, aut non curare res humanas. Unde & *corda eorum impleta ſunt malitia & contemptu in vita ſua*, uti ait Sapiens. Imò dicit D. Leo; *Licèt omnium fidelium corda non dubitent, nullis hujus mundi partibus, nulliſque temporibus providentiam abeſſe Divinam, & æquiſſimo, ac*

Aug. in pſ. 31.

Eccleſ. 9.

Ser. 5. de Quadr.

Digitized by Google

Pſal.24. *clementiſſimo ſummi regis arbitrio cuncta diſponi, quoniam ſicut ſcriptum eſt, Univerſa via Domini, miſericordia & veritas; tamen cùm quædam non ſecundùm deſideria noſtra procedunt, & ſub humani judicii errore ſuperior eſt plerumque iniqui cauſa, quàm juſti, vicinum nimis atque contiguum eſt, ut etiam ma-*
Pſal.72. *gnanimos iſta concutiant; & in aliquod illicitæ cauſationis murmur impellant. Siquidem iſtis varietatibus etiam excellentiſſimus Propheta David uſque ad periculum ſe turbatum profitetur, & dicit; Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei, quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns.*

Sed quievit turbatio, cùm intraret in Suanctua-
In pſ.72. rium Dei, & intelligeret noviſſima eorum, id eſt, quæ bonis & malis in fine ſunt eventura. *Ibi enim cognoſcit,* inquit Aug. *totum genus humanum, omnem iſtam maſſam mortalitatis venturam eſſe ad examen, venturam eſſe ad libram ubi appendentur opera hominum. Cuncta modò nubes involvit, ſed Deo cognita ſunt merita ſingulorum, ibi manifeſtabuntur, ut mali æterna ſupplicia, boni verò æterna recipiant præmia. Mali enim cùm hic differuntur, ad pœnas ſine fine reſervantur, & boni cùm hic laborant, exercentur, ut in fine hæ-*
Ser.45. in Nou. *reditatem conſequantur.*

Et alibi: *Venient noviſſima, quando diſcernentur pii ab impiis, ut nulli bono ſit malè, nulli malo ſit bene: quare ergo modo non ſic? Forte & modò ſic. Sed quod nunc eſt in occulto, poſt erit in manifeſto. Ingredere mecum, ſi potes, in ſanctuarium Dei, fortè mecum intelliges, non eſſe bene malis, & melius eſſe bonis quàm malis. Rogo enim te, tibi quare malè eſt? Reſponſurus es, egeſtas angit, premit difficultas, dolor fortaſſe membrorum, timor ab inimico. Tibi ideo malè eſt, quia pa-*

teris

teris mala: & benè eſt illi, qui eſt ipſum malum? Multum intereſt inter malum eſſe, & malum pati. Tu quod pateris, non es; malum enim pateris, ſed tu malus non es. Ille autem malum non patitur, & malus eſt. Noli ergo falli. Non poteſt fieri ut tibi malè ſit, quia pateris malum; & illi bene ſit, qui eſt malus. Cum enim eſt malus, putas quia non patitur malum, cùm patitur ſeipſum? Tibi malè eſt, quia alienum malum pateris in corpore tuo: & illi benè, qui malum ſeipſum in corde ſuo? Tibi malè eſt, quia malam habes villam, & benè eſt illi, qui malam habet animam?

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-1

Digitized by Google